



Philol. 334. R 1711

II. e. 151.

Be. 151.

4-IIA
6198
453344820

P. VIRGILII MARONIS OPERA.

Cum Annotationibus, Argumentis & Dispositionibus nouis D. Philippi Melanthonis.



BIBLIOTH. ACADEM. DORPAT.

FRANCOFORTI, Apud Chr. Egenolphum. 1543.

CATALOGVS OPERVM hoc Opere contentorum.

Eclogæ x. pagi. 7
Georgicor. lib. iiij. 40
Aeneid. lib. xij. 129
Maphæi lib. i. 529
In obitum Virgilij 554
De seipso 556
Laudes hortuli 557
De uino & Venere 558
De liuore ibi.
De cantu Sirenum 559
De natali die 560
De Fortuna ibi.
De Orpheo 561
De ætatib. animaliũ ibi.
De ludo 562
De ærumnis & laboribus Herculis ibi.
Monosticha de ijsdem 563
Argumenta xij. librorũ Aeneid. ibi. & 590
De Musarum inuentis 566
Elegia in Mecœnatis obitum ibid.
Epitaphia uirorum illustrium 574
De Speculo 577. 579
Mira experientia 578
De quatuor Temporibus anni 581
De ortu Solis 584
De litera Pythagoræ Y. 586
De signis cœlestib. 587
Summa operum Buco. Georg. Aeneid. 590
Est & non 596
Vir bonus 597
Rosa 598
Culex 601
Diræ 616
Aetna 624
Ciris 649
Moretum 669
Copa 674
Priapus 676

ARGV-

ARGVMENTA IN ECLOGAS VIRGILII, PHILIP. Melanth. Et primùm de carmine Bucolico.

SVperuacaneum est quærere, quæ sit origo Bucolici carminis: semper enim fuerunt cantilenæ, & rusticis figuris, alias res ac personas in cantilenis significare, semper mos fuit, ut canticum Salomonis magna ex parte Bucolicum est, quo tamen describitur status regni Israël. Salomonis Buco licon.

Hoc igitur initiò discant Adolescentes, pastorum personis & figuris, significari alias magnas res in uita. Et scribi hæc figurata poëmata, uel ad oblectationem, uel ad consolationem, uel ad deplorationes, uel ad affectus animi quoscunque significandos, uel ad commonefaciendos homines, ac docendos de aliquare utili.

Quare plerunque aliqui loci communes assumuntur. Vt apud Virgilium statim prima Ecloga deplorat bella Ciuilia. Apud Theocritum uenustißimè uituperantur diuites auari, qui nolunt honesta studia iuuare: quum recitat fuisse quendam pastoris ministrum, qui quotidie Musis sacrificare unam ouem solitus sit, ut reliquum gregem Musæ seruarent. Auari diuites Apologo taxantur.

Crescebant igitur opes domini, cùm grex non periret pestilentia, aut alijs morbis, per aliquot annos. Sed tandem audit dominus quotidie mactari unam ouem Musis. Hanc iacturam tanti fecit, ut ministrum puniendum duxerit, qui exposita causa, cùm dixisset gregem à Musis seruatum esse, experiar inquit, an Musæ hactenus gregem seruauerint, te amoto. Includit igitur ministrum in cauam arborem, ut eum fame interficiat: Aliquanto post totus grex pestilentia moritur. Hîc auarus pastor agnoscere scelus suum incipit, & priorem ministrum desiderat. Fortè igitur ad arborem uenit, in quam eum incluserat. Hîc comperit ministrum adhuc uiuere, ac interea à Musis alitum esse: quæ apum examen miserant in eam arborem, ut ibi mel facerent, quo interim inclusus ille poëta uictitaret.

Hîc facilè intelligi potest, quid significetur: nempe, pios habere præmia, auaros uerò pœnam. Ita passim in Bucolicis Allegoriæ sparguntur.

Hæc de ipso genere Carminis, & consilio scribentium Bucolica, initiò obseruanda sunt.

Ecloga vnde dicta. Nomen Ecloga, non est à cæpris factum, sed simpliciter significat lectionem, seu narrationem, expositionem, explanationem, seu adnotationem.

Sunt autem in alijs continuæ expositiones, in alijs colloquia distincta personarum: & in utroq; quid deceat, & quomodo ingenioſi utranq; formam tractauerint, obseruandum est. Ha-

Hactenus in genere dixi, nunc de prima Eclogæ Virgilij dicam.

ARGVMENTVM PRIMAE Eclogæ.

VT autem antea monui, significari res magnas figuratis narrationibus, quærendum est Argumentum ex temporum illorum historijs. Duæ sunt personæ in Ecloga, quarum altera gratias agit pro reddito prædio: altera deplorat bella Ciuilia, & calamitatem ciuium, qui ex suis possessionibus propter Ciuile bellum expulsi erant. Hunc locum communem assumit Ecloga, qui præcipuè hîc obseruandus est: Monet enim uitanda & deprecanda esse dissidia ciuilia.

Historia autem, quæ præbet occasionem huic Carmini, hæc est: Non facilè sedantur ciuiles tumultus, ut hæc ipsa historia ostendit. Cùm Octauius & M. Antonius oppressissent Brutum & Cassium, Antonius in Asiam trajecit, Octauius Romam redijt, ut res urbanas constitueret, & ueteranis militibus daret promissos agros. Sed quia crudele est expellere possessores, hæc ipsa res nouum Augusti bellum excitauit. Nam Lucius Antonius, frater Marci, Consul, opponebat se Octauio, & collecto exercitu, circa Perusiam & Cremonam, impedire Octauium conatus est: sed paulò post fame coactus

Bellum ciuile Romæ.

Octauio sese dedidit. ibi Octauius victor iam ueteranis agros attribuit.

Erant autem & Cremonenses agro mulctati, quòd cum L. Antonio sensissent: cumq; horum ager diuideretur, nec sufficeret militibus, accidit (ut dici solet) malum uicinis Mantuanis propter uicinũ malum. Pars Mantuani agri etiam attributa est militibus. Hîc Virgilius suum prædium amisit.

Profectus igitur Romam, uenit in noticiam ac familiaritatem Cornelij Galli, qui cùm prædicaret Augusto ingenium, eruditionem, & mores Virgilij, impetrauit, ut prædium ei restitueretur.

Id Augusti beneficium celebrat in hac Eeloga: sed ut beneficij commemoratio esset illustrior, addita est conteraria querela expulsi patrisfamiliàs ex suis laribus: & hæc pars eò addita est, ut in narratione, alioqui agresti, tamẽ aliquis grauis locus spargeretur, & lectori sapienti gratus.

Summa primæ Eclogæ.

Est igitur Argumenti summa, gratiarum actio de redditis agris: & querela ciuium expulsorum ex agris.

De genere orationis.

Hæc de re monuisse satis est: Nunc et de genere orationis dicendum est. Nam hæc scripta ideo proponũtur, ut adolescentia rectè iudicare de oratione, & rectè loqui ac scribere discat. Sermo est proprius

prius & tenuis: & membra in suæ cuiusq; personæ oratione aptè cohærent.

Tityrus proponit, sibi redditos esse agros, exaggerat beneficium: & in fine addit, se perpetuò memorem & gratum futurũ esse. Melibœus uerò querelam orditur, & constituta propositione, eam exaggerat. Propositio eius est proprijs uerbis explicata:

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.

Deinde exaggerat per hypotiposin:

Vsq; adeò turbatur agris &c.

In fine amplificatur narratio, addita causa calamitatum. Hæc mala, inquit, orta sunt ex discordijs ciuilibus:

- En quò discordia ciues
Perduxit miseros.

Maximè autem prodest studiosis, diligenter considerare proprietatem sermonis, & ordinem membrorum, ut hæc exempla imitantes, se quoq; ipsi ad proprietatem in sermone assuefaciant, & aptè cohærentia dicere ac scribere discant.

Hæc præcipua utilitas ex his exemplis petenda est.

ARGVM. II. ECLOGAE.

Secunda Eeloga constat uno & perpetuo Argumento. Corydon enim ambit amicitiam Alexis, & recitat causas, quare non sit aspernandus.

Figura Bucolica.

Hæc summa est Argumenti, sed figura est Bucolica, & significat, Virgiliũ ambire amicitiã seu Augusti, seu alterius cuiuspiã, aut certè simile quiddam. Talibus enim figuris solent inuolui alia Argumenta, Vt apud nos cantilenæ extant figuratæ, in quibus rusticarum personarum imagine, aliæ personæ significantur.

Genus.

Est autem generis Deliberatiui, quia est petitio, qua rogat Corydon, se non despici ab Alexi.

Dispositio.

Priores quinq; uersus sunt Argumentum Eclogæ. Deinde sequitur propositio: O crudelis Alexi etc. Et amplificat eam querelã per collationem: Omnia alia habent, quo recreentur, & leuent suos labores, ego solus non possum acquiescere. Rationes propositionis inchoat ab occupatione: O formose puer etc. Quamuis formosus es, tamen etiam oppono alia plura bona illi fragili & caduco bono.

Primum igitur Argumentum sumitur à diuitijs.

Secundum ab arte: Canto, quæ solitus &c.

Tertium à forma: Nec sum adeò &c.

Quartum ab utilitatibus: Figere ceruos &c. Vbi obiter ruris commoda laudantur.

Deinde dona proponit: Est mihi &c. Et intertexit uenustißimos affectus zelotypiæ: Sordent tibi munera nostra. Si non uoles, alia auferet.

Quintò sequitur correctio: Rusticus es &c. quòd Alexis non capiatur muneribus.

Sextò,

Sextò, diluit obiectionem de indignitate: Quem fugis &c. Et argumentatur ab exemplo, à maiori ad minus: Habitarunt dij quoq; syluas.

Septimò, amplificatio addita est per similitudinẽ: Alij aliud amant, Corydon Alexin. Deinde addit correctionem totius querelæ, qua ad sanitatẽ redit, et se ipsum obiurgat et cõmonefacit, ut suas res agat, seq; ab hoc furore reuocet. Oratio est mellitißima, suauis & propria, sed cõsperſa quibusdam figuris, quæ Bucolico generi conueniunt. In primis est pulchra hypotiposis, cùm Corydon inquit, se ueram in speculo faciem in mari conspexisse.

Deinde sunt duæ elegantißimæ coacceruationes: altera de hortensibus donis, sertis, pomis etc. Altera quæ continet collationem, et gnomen, quòd alij alijs rebus capiantur, quæ est ornata gradatione.

ARGVM. III. ECLOGAE.

Tertia Ecloga est dißimilis superioribus. Nam superiores sunt magis oratoriæ: Constant enim perpetua quadã unius propositionis expolitione, cui adduntur Cõfirmationes et Amplificationes, ut fit in integris Oratorũ causis: propterea sunt exempla admodũ utilia scripturis unũ aliquod continuum Argumentum. Sed tertia Ecloga non constat uno perpetuo Argumento.

Est enim pastorũ contentio, qui inter se certant uarijs dictis, similibus, cõtrarijs, aut alijs allusionib.

Argutiæ & aculei.

In his plurimum est figurarum, argutiarum, & aculeorum, quibus aut uenustè notantur ænuli, aut amici honorificè ornantur encomijs.

Falsè dicta.

Demq; falsè & argutè dicta, multa sunt in hac Ecloga, quæ ad communem usum tanquam prouerbia transferre possumus, qualia sunt ista:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui.

Hic falsè ridentur inepti poëtæ: Sic de fucatis amicis, & insidiosis:

Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

Est igitur hæc Ecloga exemplum uenustæ & figuratæ altercationis, qualis in dialogis, & sæpe in congressibus incidit, ubi breui aculeo aliquem notamus, aut referimus, aut aliquid retorquemus. Ad

Vrbanitas.

hanc urbanitatem prodest meminisse exemplum huius Eclogæ.

Secunda utilitas est, ipsos prouerbiales uersiculos excerpere, & transferre ad nostra negocia: ut de scriptis quorundam nostræ ætatis dici posset:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mœui.

De liuidis & uirulentis ingenijs:

Et si non aliquâ nocuisses, mortuus esses.

De insulsis scriptoribus:

Stridenti miserum stipula disperdere carmen.

Eruditorum certamen.

Et quidem præcipuè altercatio pastorum instituta est, ut significet eruditos inter se certantes de ingenij

ingenij laude: Et interim alios ineptos Thrasones derideat, qui & ipsi congredi cum doctioribus conantur. Vt cùm Erasmus & Longolius inter se certant, non propterea debet Erasmum mordicus arripere Doletus.

Erasmus. Longolius. Doletus.

ARGVM. IIII. ECLOGAE.

Asinius Pollio.

EXtant Epistolæ Asinij Pollionis, ad Ciceronẽ eleganter scriptæ. Fuit autem præcipua eius autoritas apud Iulium, & deinde apud Augustum. Et quia doctrina excelluit, Virgilium, & alios multos doctos uiros complexus est.

Pollio iunior.

Huic natus est Pollio, qui postea etiam clarus Orator, et magnæ autoritatis sub Tyberio fuit, ac reliquit librũ, De collatione Ciceronis, et patris Asinij.

Cùm igitur Virgilius esset amicus patris Asinij, gratulatur ei natum filium Pollionem.

Genus.

Estq; hæc Ecloga generis Demonstratiui. Prædicat enim felicitatem temporum, & narrat filiũ Asinio natũ esse felicissimis temporibus, cui multa prospera contingent. Et significat fore, ut tẽporis felicitas huius bonis cumuletur, nato tali filio principe.

Amplificatio.

Et ut oratio creseceret, Rhetorica amplificatione distribuit illa prospera in gradus ætatis.

Apostrophe.

In fine addit apostrophen, uel ad puerum, uel figuratè ad Augustum.

Principiũ narrationis de felicitate temporũ, pertinet ad Augustũ. Repetit enim quædã uaticinia Sibyllæ,

Vaticinia de monarchia Ro. byllæ, quæ de pulcherrimo statu Monarchiæ Rom. prodita erant: quia omnia imperia habuerũt aliqua uaticinia. Estq; propemodũ tota Ecloga oratio perpetua.

ECLOG. V. ARG.

ELegans in primis est hæc quinta Ecloga, quia leuium affectuum, quos ἤθη uocãt, plena est, propter colloquiũ pastorum, amanter & familiariter se complectentium: quod Argumentum est perpetuum, & expolitum multis luminibus & figuris uerborum & sententiarum.

Seria Bucolicis in uolui. Deplorat aũt poëta sub Daphnidis persona, mortem uel fratris, uel, quod magis consentaneũ est, Iulij Cæsaris. Dixi enim suprà, quòd sæpe Bucolicis figuris seria Argumenta inuoluantur.

Pertinet autem hæc Ecloga partim ad genus demonstratiuum, partim ad genus deliberatiuum.

Fmguntur, n. hîc duæ cãtilenæ, quarũ prior continet laudationẽ personæ Daphnidis: est enim Epicedion. Altera cõtinet gratulationẽ, quòd sit receptus in numerum deorum: & precatur, ut sit propitius.

Principiũ Eclogæ est planè dialogicũ, ut sit occasio sermonis: postea sequũtur cantilenæ, in quarum priore propositio est amplificata distributione, omnia scilicet mœrere Daphnide extincto.

Primum Argumentũ ducitur à laude, quod sumitur à rebus gestis. Deinde accedit rustica collatio, qua dignitatem personæ amplificat.

Secundum

Secundũ Argumentũ petitur à consequenti, seu utili. Postquam Daphniden amisimus, dij etiam nos destituisse uidentur, & omnia nunc infeliciùs proueniunt. Clauditur hæc pars Epitaphio.

In altera cãtilena exordiũ constat gratulatione, quæ explicatur etiã distributione. Totũ scilicet mundũ lætari Daphnide in cœlũ sublato. Subijcitur precatio: ergo sis propicius nob. Sis bonus ô felixq; tuis.

Ab utili. Addũtur rationes ab utili, quas exponit enumeratione earũ rerũ, quæ ad diuinũ cultum pertinẽt. Ait enim se daturũ lac, oleũ, uinũ: item hymnos celebraturum. Postremò pollicetur perpetuum honorem.

ARGVM. ECLOGAE VI.

MAximè decẽt in hac tenui figura poëmatum gestus familiares, quib. quasi ipsi nos interpellamus, & reprehendimus. Ideo Virgilius initiò ait, se scribentem heroica, interpellatum esse ab Apolline, & reuocatum ad Bucolica. Gestus.

Extenuatio. Est autem bellissima extenuatio, quòd ait: Te nostræ Vare Myricæ, Te nemus omne canut. Cùm cõfert sua poëmata Myricis, quæ sunt humiles & contemptæ: Ideo plus gratiæ est in collatione, Myricæ. quanimis magna extenuatio est, nec poëma mediocre tam ule ducendum est, ut simile Myricis dicatur. Sed addita est correctio: Te nemus omne canut.

Hi ludi decent in carmine, & addũt motum, & continent significationes eruditas, & in scribendo

nobis

nobis dãda est opera, ut similes gestus excogitemus.

Silenus captus.

Tota autem Ecloga narratio est de capto Sileno, & de eius philosophia, seu sapientia: Aut risit Virgilius philosophos, aut uoluit significare aliquã oportere philosophiam esse, hoc est, doctrinam quæ initia rerum & naturam consideret, & temporum seriem, & uitæ officia monstret, sicut re ipsa uerũ est, generi humano semper talem aliquã doctrinam necessariam esse.

Epicuri doctrina.

Et tunc non tantùm Romæ, sed etiam in Græcia plurimi amplectebantur Epicuri doctrinam, quòd uidebatur minimum habere subtilitatis, aut difficultatum. Itaq; cùm aliquid ex Philosophia recitaturus esset poëta, illam Epicuri doctrinam attribuit Sileno, qui fingitur fuisse iocosus senex, Bacchi nutritor & dux in exercitu. Quare Epicurum transformat in Silenum. Etsi aũt appellationes in illis uetustissimis fabulis & historijs, sæpe casu oblatæ, postea latè celebrantur: tamen apparet nomen Sileni à torcularibus factum esse. Nam λήνος est Torcular, et Silenus aut significat idem, quod quatiens torcular, aut idem quod deus torcularis. Sed in omnib. iocosis descriptionibus significat hominẽ uoluptati deditum, & tamen ingenuosum & facetũ, ut sunt in aulis aliqui parasiti, qui ingenijs antecellunt.

Silenus. i. torcular quatiens.

Fit igitur totum poëma festiuius translata narratione in talem personam, cuius in poëmatis crebra

uentio est, & laudatur festiuitas: Quid igitur hic canit?

Primùm narrat mundi initium, sed Epicuri more dicit cõcurrisse partes, et hoc pulcherrimo ordẽ ne unam machinam ornatam & distinctam esse, cœli, stellarum, & elementorum, quæ sit domicilium generis humani.

Prodest autem cogitari aliqua rerum initia: sed hic Silenus Epicurum sequens, nihil de Deo Opifice dicit, ab hoc ordiri eum oportebat: sed uera doctrina petenda est ex alijs fontibus. Hæc poëmata propter uerborũ elegantiam leguntur: & prodest collatio opinionum philosophicarum cum uera doctrina.

Collatio opinionũ philosophicarum cum uera doctrina.

Postquam autem recitauit primordia corporum mundi, instituit recitationem ueterum historiarum. Nam homini sano necessaria est hæc cognitio, scire seriem temporum mundi, religionum origines, exordia & mutationes Imperiorum: Ideo literæ diuinitus traditæ sunt, ideo uult Deus nos uersari in studijs præcipuè, ut hæc discamus. Et extat tota series temporum mundi, mirabili Dei consilio conseruata, in poëmatis uestigia sunt.

Nam poëtæ famam Diluuij retinuerunt, quod circiter mille annos antecesserit bellum Troianum. Manet in poëmatis nomen Iapet, quem certum est fuisse filium Nohæ. Et utile est uidere aliquem consensum poëmatum cum uera antiquitate.

Diluuiũ.

Deinde,

Herculis gesta.

Deinde, omissa longi tẽporis descriptione, ueniũt ad res gestas Herculis, quæ paulò uetustiores sunt bello Troiano, quod fuit circiter tempora Dauidis.

Quæramus igitur uerã seriem historiarũ ex alijs scriptis, quæ quidẽ de multis maximis reb. hoies docent. Hos uerò ludos Virgilij legamus uel uerborum causa, uel ceu inchoatũ aliquod opus non absolutũ.

In fine Eclogæ abrũpens tã altè repetitã mũdi historiã, addit laudes amici sui, et conterranei, Cornelij Galli, per quem initiò commendatus est Augusto.

Hæc est Eclogæ summa, quæ præcipuè lectores admoneat: Etsi persona senior Silenus introducitur ad deridendos philosophos, tamen uerè ita se rem habere, necessariam esse doctrinam de rerum initio, & de serie historiarum.

ARGVM. VII. ECLOGAE.

PAstores hedera crescentem ornate poëtam.

Hic uersiculus præcipuus est in hac Ecloga, quo significat, uel seipsum, uel amicum aliquem non contemnendum esse præ æmulo, quisquis fuit. Nam tota Ecloga certamen continet duorum penè æqualium, quorum alteri tamen magis fauet.

Tales ludi aliquot in his Eclogis, et apud Theocritum sunt, in quibus arrogantia aliquorum uel exagitatur, uel reprimitur. Et uti horum uersuum exemplis possumus, si quando de certaminibus literatorum iudicandum est, ut suprà in Ecloga tertia:

Qui

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.

Id cõueniet dici applaudentẽ scriptis Doleti. Hìc tamen confert duos plus ingenijs ualentes, inter quos antecellit Corydon. Ac prouerbij uice poterit extrema clausula usurpari: Doletus.

Hæc memini, & uictũ frustra contendere Thyrsim.

Vt si de contentione Longolij & Erasmi dicas, iure anteponere Erasmum possis.

Imitatus est autem Virgilius Idyll. 6. Theocritum, & quædam excerpsit ex alijs.

Has igitur utilitates cõtinet hæc Ecloga: monet ut de ingenijs uerè & candidè iudicetur, & suppeditat figuras, quibus arrogantia irridetur. Postremò & multas arborum & herbarum appellationes recenset, quas rectè intelligere prodest.

ARGVM. IN VIII. ECLOG.

HAec Ecloga cõtinet duo diuersa argumenta, nihil cohærentia: quorũ prius habet Rhetoricas figuras, et est querela de puella alteri collocata, cùm ipse eam deperiret: estq; eleganter uariata hæc querela figuris. Nam in principio ἀπροσδόκητον, id est, nihil minus sperandum fuit, quàm ut ille cucu- ἀπροσδόκητον. inopinatum.
lus potiretur hac puella, id describit dissimilibus:

Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.

Deinde sequitur insultatio:

O digno coniuncta uiro, dum despicis omnes.

Tertiò amplificatio, quàm diu amauerit. Huic ad-

Amoris uehemens affectus.

dit generale epiphonema, describens quàm uehemẽs affectus sit amor, & quantos cruciatus animo adferat:

Nunc scio, quid sit amor, duris in cotibus illum. Hic locus est in hac Ecloga ferè præcipuus, de uehementia & scuitia amoris.

Quartò, imprecatio furentis est, ut tota rerũ natura mutetur: omnia uel medium fiant mare, sicut in magnis doloribus homines & sibi, & alijs interitum optant, sicut Xerxes ait apud Herodotum: Multa accidere homini, ut malit nõ esse, quàm esse.

Tandem uelut furens loquitur de abrumpenda uita. Itaq; prior pars Eclogæ proponit exempla Rhetorica amplificationum in querelis. Licet enim ad hunc modum usurpare insperata, insultationes, generales sententias de quolibet affectu.

Vt autem omnes homines adhibent Musicam in magnis affectibus uel ciendis, uel leniendis, sicut habemus Germanicas cantilenas, quibus odia, amores, querelas complectimur: ita ueteres in uersibus digerebant affectus, & propter hanc etiam causam assuefaciendi sunt adolescentes ad poëticen, ut lectio poëmatum affectus leniant. Item, ut ipsi interdum possint affectus suos carmine complecti, lenire amores, insectari hostes, dolores reprimere. Hæc in loco, magnam habent laudem, & utilitatem. Ita Theocritus orditur quandam Eclogam:

Poëticæ utilitas.

Nil

Nil præter Musas insanum lædit amorem.

Et Virgilius hoc loco describens scuitiam amoris, dehortatur homines. Et hæc ipsa accusatio mitigat furorem, sicut solet paulatim minuere dolorem effusum, ut Ouidius ait:

Expletur lachrymis, egeriturq; dolor.

Secunda pars tantùm est narratio, recitans incantationem, quam sumpsit poëta ex Theocrito, ut stylum exerceret, uel derideret magicas artes, quas hîc significat inanes esse.

Habet in fine memorabile dictum:

Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

De stulta spe amandi.

Hæc est summa & dispositio huius Eclogæ.

ARGVM. IX. ECLOGAE.

VEnusta Ecloga est, uariata querelis, uotis & gratulatione.

Occasio Eclogæ.

Dicitur enim scripta hac occasione, quòd centurio quidam conatus fuerit, Virgilium expellere ex prædio, quod Augustus sibi restituerat, Ideo pastor initiò deplorat calamitates, quæ existunt ex bellis ciuilibus.

Habet autem locos communes insignes aliquot.

Primus est, quàm sit calamitosa res bellũ ciuile.

Secundus, de inconstantia rerum humanarum.

Tertius, quòd præcipuè studia, leges, & artes in bellis Ciuilibus extinguantur.

Primùm igtur breui dicto, & Sarcasmo describit usitatas in ciuilibus discordijs, expulsiones ciuium ex paternis bonis, sicut nunc quoq; passim proscribuntur & expelluntur ciues. Magnam autem emphasin habet illa figura Sarcasmus:

Sarcasmꝰ

Hæc mea sunt, ueteres migrate coloni. Significat.n.hic gestus superbè insultantem uictorẽ uictis.

Secundus locus, quòd Resp. habent fatales uicissitudines & pœnas, Ideo ait:

Nunc uicti tristes (quoniam fors omnia uersat.)

Tertius locus, quem tribuit alteri pastori, quòd bella ciuilia maximè nocent literis, disciplinæ, legibus, & similibus pacis artibus, & efficiant barbariem & uastitatem, Ideo dicit:

Belli incõmoda.

Sed carmina tantũ etc. Sicut & Ennius ait:

Pellitur è medio sapientia, ui geritur res.

Et illud: Silent leges inter arma.

Et Oui. Victaq; pugnaci iura sub ense iacent. Sicut nec Pompeius, nec Cæsar leges aut consilia bonorum, ut Ciceronis & aliorum, audiebant.

Hi loci communes sunt obseruandi, quia monent lectorem de magnis rebus, de fugiendis & cauendis discordijs ciuilibus.

Deinde addit querelã, si miles interfeciſſet Virgiliũ, perijſſent multa poëmata. Estq; amplificatio damni à consequentib. Postea ludũt et prouocant se ad mutuũ certamen. Alter uenusta excusatione utitur,

tur, alludens ad locum cõmunem de ingraueſcente ætate: Omnia fert ætas, animum quoq;. Aetas.

Est autem in fine gratulatio, qua significat iam uictore Augusto, Remp. iterum pacatã fore. Et sunt uenustæ descriptiones, significantes pacis artes reflorescere. Figuratè etiã poëta studiũ literarũ præfert uitæ aulicæ, cùm ait: Hîc uer purpureũ &c. .i. quietam uitam in studijs, anteponito turbulentis negocijs publicis. Pacis artes.

Hos locos communes diligenter considerent, & meminisse studeãt adolescentes, quia nos in dicendo ac scribendo sæpe ijs cũ magna laude uti possumus, & talia dicta uenustè accommodata, multum gratiæ orationi addunt.

ARGVM. IN X. ECLOG.

Virgilius in Bucolicis aliàs prædicat beneficia amicorum, aliàs laudat amicos, aliàs insectatur inuidos, aliàs deplorat bella Ciuilia. Tales.n. materiæ, scilicet laudes rectè factorum, aut uituperationes uitiorum, conueniunt poëmatis.

Hæc postrema Ecloga est querela, in qua Gallũ amore & desiderio Cytheridis cruciari, conqueritur, quòd illã Antonius à Gallo abduxerat. Opinor rectè deplorari discordiam ortam inter Antonium & Augustũ. Nam Gallus utriq; fuit coniunctus, postea diuulsus est ab Antonio, & sequutus Augustũ, apud quem in summa gratia fuit. Estq; memorabile Gallus.

exemplum aulicæ fortunæ. Nã cùm Augusto fuisset familiarissimus, tamen ad extremũ uenit in suspicionem defectionis, & iudicatus est hostis. Quare dolens Augusti animũ à se sine causa esse alienatũ, propter indignitatem rei, mortẽ sibi conscíuit. Ac tectè Virgilius significat aulica pericula, cùm obiter inserit uotum: Vtinam procul ab aulis abesse mihi liceret: Atq; utinam ex uobis unus &c.

Aulicà pericula.

Hæc est usitata omniũ sapientũ uox, qui expertì miserias & pericula in gubernatione, mallent se uixisse in latebris abditos, ac procul remotos ab administratione Reipublicæ.

Demosthenis duæ uiæ.

Demosthenes dixit, se, si sibi liceret retexereuitam, ac duæ uiæ proponerentur, altera ad summos honores in Rep. altera rectà ad mortem: se hanc ad mortem ingredi malle, quàm alteram. Et Aeschines ciuitate pulsus, ornatissimè dixit, Gaudere se liberatum esse à Repub. tanquam à rabioso cane.

Et nota sunt illa Horatij:

Beatus ille, qui procul negocijs,
Paterna rura bobus exercet suis.

Item: Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus, & celsæ graviore casu
Decidunt turres, feriúntq; summos
Fulmina montes.

ARgumentum primæ Eclogæ.

Amissos bello patrios reparauerat agros,
Id memor, hic prima laude Poeta uehit.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS BVCOLICA.

Eclogæ prima. Tityrus.

MELIBOEVS, TITYRVS.



Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi, Propositio.
Syluestrẽ tenui musam meditaris auena:
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua
Nos patriã fugimus: tu Tityre lẽtus in umbra
Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

TI. O Meliboee, Deus nobis hæc otia fecit,
Nanq; erit ille mihi semper Deus, illius aram Homohominides, Prouer.
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues, ut cernis, & ipsum
Ludere quæ uellem, calamo permisit agresti.

ME. Non equidẽ inuideo, miror magis: undiq; totis
Vsq; adeò turbatur agris: en ipse capellas
Protinus æger ago, hanc etiam uix, Tityre, duco: Gemelli spes gregis.
Hîc inter densas corylos modò nanq; gemellos,
Spem gregis, ah silice in nuda conixa, reliquit.
Sæpe malum hoc nobis, si mens non læua fuisset, Amplificatio ab omine.

De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen iste Deus qui sit, da Tityre nobis.

TI. Vrbem, quam dicunt Romã, Melibœe putaui
Stultus ego huic nostræ similem, quo sæpe solemus
Pastores ouium teneros depellere fœtus.
Collatio Bucolica. Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos
Noram, sic paruis componere magna solebam.
Verùm hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter Viburna Cupressi.

ME. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi?

TI. Libertas, quæ sera tamen respexit inertem,
Candidior postquam tondenti barba cadebat,
Respexit tamen, & longo pòst tempore uenit,
Amaryllis, Roma. Postquàm nos Amaryllis habet, Galatea reliquit,
Galatea, Mantua. Nanq; (fatebor enim) dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi,
Quamuis multa meis exiret uictima septis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus urbi,
Non unquã grauis ære domũ mihi dextra redibat.
ME. Mirabar quid mœsta deos Amarylli uocares,
Cui pendere sua patereris in arbore poma,
πάθος à ruris amœnitate. Tityrus hinc aberat, ipsæ te Tityre pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta uocabant.
TI. Quid facerem? neq; seruitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.
Hìc illum uidi iuuenem Meliboe, quotannis

Bis

Bis senos cui nostra dies altaria fumant,
Hìc mihi responsum primus dedit ille petenti:
Pascite, ut antè, boues pueri, submittite tauros.
Descriptio ruris Virgiliani, & commendationes. ME. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt,
Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus,
Limosoq; palus obducat pascua iunco.
Non insueta graueis tentabunt pabula fœtas,
Nec mala uicini pecoris contagia lædent.
Aliquid mali propter uicinum malum. Fortunate senex, hìc inter flumina nota,
Et fontes sacros frigus captabis opacum.
Hinc tibi, quæ semper uicino ab limite sepes
Hybleis apibus florem depasta salicti,
Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.
Nec tamen interea raucæ, tua cura, palumbes,
Nec gemere aërea cessabit turtur ab ulmo.
Gratia, quam rependit restitutis agris, & libertate. TI. Antè leues ergo pascentur in æthere cerui,
Et freta destituent nudos in littore pisces,
Antè, pererratis amborum finibus, exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
Quàm nostro illius labatur pectore uultus.
Vide Angel. Polit. in miscel. cap. 37. ME. At nos hinc alij sitientes ibimus Afros,
Pars Scythiam, & rapidũ Cretæ ueniemus Oaxem,
Et penitus toto diuisos orbe Britannos.
En unquàm patrios longo pòst tempore fines,
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,

Post aliquot, mea regna uidens, mirabor aristas.
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes? en quò discordia ciues
Perduxit miseros: en queis conseuimus agros?
Insere nunc, Melibœe, pyros: pone ordine uites,
Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ:
Non ego uos posthac, uiridi proiectus in antro,
Dumosa pendêre procul de rupe uidebo:
Carmina nulla canam: non me pascente, capellæ,
Florentem cythisum, & salices carpetis amaras.
TI. Hîc tamen hanc mecũ poteris requiescere noctẽ
Fronde super uiridi, sunt nobis mitia poma,
Castaneæ molles, & preßi copia lactis:
Et iam summa procul uillarum culmina fumant,
Maioresq; cadunt altis de montibus umbræ.

Exclamatio aduersus bellũ ciuile.

ECLOGA SECVNDA. ALEXIS.

ARGVMENTVM.

Proxima non æquum querimonia deflet amorem,
Dum paribus studijs hic amat, ille fugit.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin,
Delicias domini, nec quid speraret, habebat.
Tantùm inter densas umbrosa cacumina, fagos
Aßiduè ueniebat: ibi hæc incondita solus
Montibus & syluis, studio iactabat inani:
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis.
Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant,

Videtur hæc eclo. continere poetæ querimoniã, quod parũ gratiosus apud Augustum esset.

Nunc

Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos.
Thestylis & rapido feßis messoribus æstu
Allia, serpillumq; herbas contundit olenteis.
At mecum raucis, tua dum uestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Nónne fuit satius, tristeis Amaryllidis iras,
Atq; superba pati fastidia? nónne Menalcam?
Quamuis ille niger, quamuis tu candidus esses.
O formose puer, nimium ne crede colori,
Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur.
Despectus tibi sum, nec quis sim, quæris Alexi,
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:
Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.
Canto, quæ solitus, si quando armenta uocabat
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.
Nec sum adeò informis, nuper me in littore uidi,
Cùm placidũ uentis staret mare, non ego Daphnim
Iudice te metuam, si nunquam fallit imago.
O tantùm libeat mecum tibi sordida rura,
Atq; humileis habitare casas, & figere ceruos:
Hœdorumq; gregem uiridi compellere hibisco.
Mecum una in syluis imitabere Pana canendo.
Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit: Pan curat oues, ouiumq; magistros.
Nec te pœniteat calamo triuisse labellum,

πάθος à tempore.

Increpatio, quod satius fuisset priorib. amoribus perfrui.

Ab opib.

Amphiõ poëta fuit, qui cõsciuit saxa, ut in mœnia coirent, ita Thebas conditas esse.

Amplificat studiũ musicę, & pastorum conditionem, exẽplo Panos.

Hæc

Hæc eadem ut sciret, quid nõ faciebat Amynthas?
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula, Damœtas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens: Te nunc habet ista secundum.
Dixit Damœtas, inuidit stultus Amyntas.
Præterea duo, nec tuta mihi ualle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccant ouis ubera, quos tibi seruo.
Iampridem à me illos abducere Thestylis orat:
Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.
Hûc ades, ô formose puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais
Pallentes uiolas, & summa papauera carpens:
Narcissum, & florem iungit bene olentis anethi.
Tum casia, atq; alijs intexens suauibus herbis,
Mollia luteola pingit uacinia caltha.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,
Castaneas q; nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Addã cerea pruna, & honos erit huic quoq; pomo,
Et uos, ô lauri, carpam, & te proxima myrte,
Sic positæ, quoniam suaues miscetis odores.
Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis.
Nec si muneribus certes, concedat Iolas.
Eheu quid uolui misero mihi? floribus Austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Quẽ fugis ah demens? habitarunt dij quoq; syluas,
Dardã-

Coacer-uatio.

Non dubiũ est qn Alexi Augustũ uellit intelligi, Iolam bonum ciuem.

Apros fõtibus immitt. pro.

Dardaniumq; Paris. Pallas quas condidit arces
Ipsa colat: nobis placeant ante omnia syluæ.
Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam,
Florentem cythisum sequitur lasciua capella,
Te Corydon ô Alexi: trahit sua quenq; uoluptas.
Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Et sol crescentes decedens duplicat umbras:
Me tamen urit amor, quis enim modus adsit amori?
Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondosa uitis in ulmo est.
Quin tu aliquid saltem potius, quorũ indiget usus,
Viminibus mollíq; paras detexere iunco.
Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

Rursus hortatur Alexin ut se redamet, ab exemplo.

ἐπιφώνημα.

Castigatio.

Argumentatur ab utili.

ECLOGA TERTIA. PALAEMON.

ARGVMENTVM.

Tertia pastorum repetit certamina Musa,
Cantatum Siculis antè poëma modis.

MENALCAS, DAMOETAS, PALAEMON.

DIc mihi Damœta, cuiũ pecus? an Meliboei?
Nõ, uerũ Aegonis, nup mihi tradidit Aegõ.
ME. Infelix ô semper ouis pecus, ipse Neæram
Dum fouet, ac ne me sibi præferat illa ueretur.
Hic alienus oues custos bis mulget in hora,
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.
DA. Parcius, ista uiris tamen obijcienda memento.
Nouimus & qui te, transuersa tuentibus hircis,*

ME.
DA.

Ex Theocri. sũpta, & ad imitationem græcã scripta ẽ hæc Ecloga.

* hirquis.

Et

Et quo, sed faciles Nymphæ riſere, ſacello.
ME. Tum credo, cùm me arbuſtũ uidere Myconis,
Atq; mala uites incidere falce nouellas.
Iurgia. DA. Aut hîc ad ueteres fagos, cùm Daphnidis arcũ
Fregiſti, & calamos, quæ tu peruerſe Menalca,
Et cùm uidiſti puero donata, dolebas,
Et ſi non aliquà nocuiſſes, mortuus eſſes.
ME. Quid domini faciant, audent cùm talia fures?
Non ego te uidi Damonis, peßime, caprum
Excipere inſidijs, multùm latrante Lyciſca?
Et cùm clamarem: quò nunc ſe proripit ille?
Tityre coge pecus, tu poſt carecta latebas.
DA. An mihi cantando uictus non redderet ille,
Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum?
Si neſcis, meus ille caper fuit, & mihi Damon
Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat.
ME. Cantando tu illũ? aut unquàm tibi fiſtula cerâ
Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen?
DA. Vis ergo inter nos, quid poßit uterq;, uiciſßim
Experiamur? ego hanc uitulam (ne fortè recuſes,
Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)
Depono, tu dic, mecum quo pignore certes.
ME. De grege nõ auſim quicquã deponere tecum.
Eſt mihi nanq; domi pater, eſt miuſta nouerca,
Biſq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos.

Verùm

Verùm id, quod multò tute ipſe fatebere maius,
(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cælatum diuini opus Alchimedonis,
Lenta quibus torno facili ſuperaddita uitis,
Diffuſos edera ueſtit pallente corymbos.
In medio duo ſigna, Conon & quis fuit alter?
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet.
Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.
DA. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum eſt anſas amplexus acantho.
Orpheaq; in medio poſuit, ſyluasq; ſequentes.
Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.
ME. Si ad uitulã ſpectes, nihil eſt q̃ pocula laudes.
Nunquam hodie eſſugies, ueniã quocunq; uocaris.
Audiat hæc tantũ uel qui uenit, ecce Palæmon,
Efficiam poſthàc ne quenquam uoce laceſſas.
DA. Quin age, ſi qd habes, in me mora nõ erit ulla.
Nec quenquam fugio: tantùm uicine Palæmon
Senſibus hæc imis (res eſt non parua) reponas.
PA. Dicite, quandoquidẽ in molli cõſedimus herba,
Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
Nunc frondent ſyluæ, nunc formoſiſſimus annus.
Incipe Damœta, tu deinde ſequére Menalca.
Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.
DA. Ab Ioue principiũ Muſæ, Iouis omnia plena,

Illic

Certamẽ

Archimedes.

Acãthus ſpina ſem per frondens.

Camœnæ à canẽdo

Ille colit terras, illi mea carmina curæ.
ME. Et me Phœbus amat, Phœbo sua semp apd̃ me
Munera sunt lauri, & suaue rubens Hyacinthus.
DA. Malo me Galatea petit, lasciua puella,
Et fugit ad salices, & se cupit antè uideri.
ME. At mihi sese offert ultrò meus ignis Amyntas,
Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.
Galateam suam Venerem appellat. DA. Parta meæ Veneri sunt munera, nanq; notaui
Ipse locum, aëriæ quò congessere palumbes.
ME. Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta,
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.
DA. O quoties, & quæ uobis Galatea locuta est,
Partem aliquam uenti Diuûm referatis ad aures.
Petitio. ME. Quid pdest, q̃ me ipse aio non spernis Amynta
Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo?
DA. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola,
Cùm faciam uitula pro frugibus, ipse uenito.
ME. Phyllida amo ante alias, nã me discedere fleuit,
Et longum formose uale, uale, inquit, Iola.
DA. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus uenti, nobis Amaryllidis iræ.
ME. Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.
DA. Pollio amat nostrã, quamuis sit rustica, musam
Pollionis encomiũ. Pierides uitulam lectori pascite uestro.
ME. Pollio et ipse facit noua carmina, pascite taurũ:
Iam

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
Qui te Pollio amat: ueniat, quo te quoq; gaudet: Da.
Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
Qui Bauiũ nõ odit, amet tua carmina Meui: Me. Taxat põẽ tã quẽdam qui carpere ausus fuit Pollionem.
Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos.
Qui legitis flores, & humi nascentia fraga, Da.
Frigidus, ô pueri, fugite hic, latet anguis in herba.
Parcite oues nimiũ procedere, nõ bene ripæ Me.
Creditur, ipse aries etiam nunc uellera siccat.
Tityre pascentes à flumine reijce capellas: Da.
Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lauabo. Apostrophe ad tempus.
Cogite oues pueri, si lac præceperit æstus, Me.
Vt nuper, frustra pressabimos ubera palmis.
Eheu quã pingui macer est mihi taurus in aruo? Da.
Idem amor exitiũ est pecori, pecorisq; magistro.
His certè neq; amor causa est, uix ossibus hærent: Me.
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Fascinare magicũ uerbum.
Dic qbus in terris (et eris mihi magnus Apollo) D.
Treis pateat cœli spatium non amplius ulnas. Treis patebat. Vide Petrũ Grinitũ lib. 3. de honesta disciplina ca. 8.
Dic quibus in terris inscripti nomina regum Me.
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.
Non nostrum inter uos tantas cõponere lites: Pa.
Et uitula tu dignus, & hic: & quisquis amores
Aut metuet dulceis, aut experietur amaros.
Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt. Clausula rustica.

ECLOGA IIII. POLLIO. ARGVMENTVM.

Quarto, dum genitum celebrat tibi Pollio natum,
Gratatur seclis ipse Poëta suis.

Propositio. SIcelides Musæ, paulò maiora canamus.
Nõ omnes arbusta iuuant, humiles q; myricæ.
Si canimus syluas, syluæ sint consule dignæ.

Orditur a descriptione tẽporis, uelutì publica uoce testatũ faciat, Augustũ noui seculi autorem esse. Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas:
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,
Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.
Tu modò nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta faue Lucina: tuus iam regnat Apollo.
Teq; adeò decus hoc æui, te consule inibit
Pollio, & incipient magni procedere menses.
Te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.
Ille Deũm uitam accipiet, Diuisq; uidebit
Permistos Heroas, & ipse uidebitur illis,
Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem:

Aurei seculi incrementa cõfert cum incremẽtis pueri. At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho,
Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet & serpens, & fallax herba ueneni
Occidet, Assirium uulgò nascetur amomum.

At simul Heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere uirtus: Adolescẽtia
Molli pulatim flauescet campus arista,
Incultisq; rubens pendebit sentibus uua,
Et duræ quercus sudabunt roscida mella,
Pauca tamen suberunt priscæ uestigia fraudis,
Quæ tentare Tethyn ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ uehat Argo
Delectos Heroas, erunt etiam altera bella:
Atq; iterũ ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas, Iuuentus.
Cedet, & ipse mari uector, nec nautica pinus
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non uinea falcem:
Robustus quoq; iam tauris iuga soluet arator,
Nec uarios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries iam suauc rubenti
Murice, iam croceo, mutabit uellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes uestiet agnos.
Talia secla suis dixerunt currite fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ:
Aggredere ô magnos (aderit iã tempus) honores. Peroratio.
Chara Deũm soboles, magnum Iouis incrementũ, Apostrophe ad Augustũ
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum:

Aspice, uenturo lætentur ut omnia seclo.
O mihi tam longè maneat pars ultima uitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta,
Nõ me carminibus uincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quãuis, atq; huic pater ad-
Orpheî Calliopea, Lino formosus Apollo. (sit:
Pan etiam Archadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.
Vide Ang. Pol. in Misc. cap. 89. Incipe parue puer risu cognoscere matrem:
Matri longa decem tulerint fastidia menses.
Incipe parue puer: cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

ECLOGA V. DAPHNIS.

ARGVMENTVM.

Daphnidis in Quinto ploratur carmine fatum,
Seu Cæsar, siue is Flaccus habendus erit.

Menalcas. Mopsus.

Deflet Poẽta mortem Daphnidis. Non Daphnis Augustus Cæsar est, sed Iuliis.

CVr nõ Mopse (boni quoniã cõuenimus ambo
Tu calamos inflare leuis, ego dicere uer-
Hic corylis mixtas inter cõsedimus ulmos? (sus
Tu maior: tibi me est æquũ parêre Menalca. Mo.
Siue sub incertas Zephyris motantibus umbras,
Siue antro potius succedimus: Aspice ut antrum
Syluestris raris sparsit labrusca racemis:
Inarrogantes. Mõtibus in nostris solus tibi certet Amyntas. Me.
Quid, si idẽ certet Phœbũ superare canẽdo? Mo.
Me. Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

In-

Incipe: pascentes seruabit Tityrus hœdos.
Imò hæc in uiridi nuper quæ cortice fagi Mo.
Carmina descripsi, & modulans alterna notaui,
Experiar: tu deinde iubeto certet Amyntas,
Lenta salix quantũ pallenti cedit oliuæ, Me.
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro, tantum tibi cedit Amyntas.
Sed tu desine plura puer: successimus antro. Mo. Propositio.
Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim
Flebant: uos coryli testes, & flumina nymphis:
Cùm complexa sui corpus miserabile nati Amplificatio ab euẽtu
Atq; deos, atq; astra uocat crudelia mater.
Non ulli pastos illis egêre diebus
Frigida Daphni boues ad flumina, nulla neq; amnẽ
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam. Incrementũ
Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, montes q; feri, syluæ q; loquuntur.
Daphnis & Armentas curru subiungere Tigres
Instituit: Daphnis thiasos inducere Baccho, Iulius enim Cæsar Bacchanalia Romæ instituit.
Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
Vitis ut arboribus decori est, ut uitibus uuæ,
Vt gregibus tauri, segetes ut pinguibus aruis,
Tu decus omne tuis: postquàm te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros, atq; ipse reliquit Apollo.
Grandia sæpe quibus mandauimus ordea sulcis, Lolio uictitãt. prouer.
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Pro molli uiola, pro purpureo Narciſſo,
Exclamatio. Carduus, & ſpinis ſurgit paliurus acutis:
Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras
Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis.
Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmẽ
Epitaphiũ. Daphnis ego in ſyluis, hinc uſq; ad ſydera notus,
Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.
Tale tuum carmen nobis diuine Poëta: Me.
Ruſticæ cõparationes. Quale ſopor feſſis in gramine: qualæ per æſtum
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
Nec calamis ſolum æquiparas, ſed uoce magiſtrũ:
Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.
Nõ tamen hæc quocunq; modo tibi noſtra uiciſſim
Dicemus: Daphninq; tuum tollemus ad aſtra:
Daphnin ad aſtra feremus: amauit nos quoq; Daph-
Mo. An quicquam nobis tali ſit munere maius? (nis.
Et puer ipſe fuit cantari dignus: & iſta
Altera pars Eclogę, qua canitur poſt cõplorationẽ diuinitas Daphnidos Eſt enim Iulius inter Deos relatus. Iam pridem Stimichon laudauit carmina nobis.
Candidus inſuetum miratur limen Olympi: Me.
Sub pedibusq; uidet nubes, & ſydera Daphnis.
Ergo alacreis ſyluas, & cætera rura uoluptas,
Panaq;, paſtoresq; tenet, Dryadasq; puellas.
Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis
Ipſi lætitia uoces ad ſydera iactant
Intonſi montes: ipſæ iam carmina rupes,

Ipſa

Ipſa ſonant arbuſta, Deus Deus ille Menalca. Pretatio.
Sis bonus ò felixq; tuis: en quatuor aras,
Ecce duas tibi Daphni, duoq; altaria Phœbo. Obſerua deſcriptiones ruſtici cultus.
Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis,
Crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui
Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, ſi frigus erit: ſi meſſis, in umbra,
Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Aegon:
Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.
Hæc tibi ſemper erunt: & cùm ſolennia uota
Reddemus Nymphis, & cùm luſtrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,
Dumq; thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenq; tuum, laudeſq; manebũt.
Vt Baccho, Cereriq;, tibi ſic uota quotannis
Agricolæ facient damnabis tu quoq; uotis.* *uoti.
Quæ tibi quæ tali reddã pro carmine dona? Mo.
Nam neq; me tantum uenientis ſibilus Auſtri,
Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxoſas inter decurrunt flumina ualles.
Hac te nos fragili donabimus antè cicuta. Me.
Hæc nos, formoſum Corydon ardebat Alexim:
Hæc eadem docuit, cuium pecus? an Mœlibœi? Hunc Antigenem coraulem fuiſſe perhibẽt.
At tu ſume pedũ: quod, me cũ ſæpe rogaret, Mo.
Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari:

Formosum paribus nodis, atq; ære Menalca.

ECLOGA VI. SILENVS.

ARGVMENTVM.

Res Epicureas sexto canit, & noua mundi
Semina, dum seruit, Vare Poëta, tibi:

Præfatio est cur canat Bucolicum carmen. Aurem uellere. Proue.

PRima Syracusio dignata est ludere uersu
Nostra, nec erubuit syluas habitare Thalia.
Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit, pastorem Tityre pingues
Pascere oportet oues, deductum dicere carmen.
Nunc ego (nanq; super tibi erũt qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella,

Extenuatio

Agrestem tenui meditabor arundine musam:
Non inuissa cano: si quis tamen hæc quoq;, si quis

Amplificatio.

Captus amore leget, te nostræ Vare myricæ.
Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior ulla est,
Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen:

ἠποτυπώσις.

Pergite Pierides: Chromis & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno uidere iacentem,
Inflatum hesterno uenas, ut semper, Iaccho,
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.
Et grauis attrita pendebat cantharus ausa,

Narratio.

Aggreßi (nam sæpe senex spe carminis ambos
Luserat) inijciunt ipsis ex uincula sertis.
Addit se sociam, timidisq; superuenit Aegle,
Aegle Naiadum pulcherrima, iamq; uidenti
Sanguineis, frontem moris, & tempora pingit.

Ille

Ille dolum ridens: quò uincula nectitis? inquit.
Soluite me pueri: satis est potuisse uideri.
Carmina, quæ uultis, cognoscite: carmina uobis,
Huic aliud mercedis erit, simul incipit ipse.
Tum uerò in numerum, Faunosq;, ferasq; uideres

Amplificatio ab exẽp.

Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phœbo gaudet Parnaßia rupes,
Nec tantũ Rhodope miratur, & Ismarus Orphea,
Nanq; canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque, animæq;, [illegible]risque fuißent,
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis,
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis,
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.
Iamque nouum terræ stupeant lucescere Solem,
Altius atq; cadant summotis nubibus hymbres,
Incipiant syluæ cũ primùm surgere, cumque
Rara per ignotos errent animalia montes,
Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna,
Caucaseasq; refert uolucres, furtumq; Prometheĩ:
His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent: ut littus Hyla Hyla omne sonaret.
Et fortunatam, si nunquam armenta fuissent,
Pasiphaën, niuei solatur amore iuuenci,
Ah uirgo infelix, quæ te dementia cepit?
Prœtides implerunt falsis mugitibus agros.

Alludit [illegible] ludos [illegible] norẽ [illegible] lisi [illegible] A[illegible]

At non tam turpes pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus, quamuis collo timuisset aratrum,
Et sæpe in leui quæsisset cornua fronte.
Exclamatio. Ah uirgo infelix, tu nunc in montibus erras,
Ille latus niueum molli fultus hyacintho,
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas. (pha
Aut aliquã in magno sequitur grege, claudite nym
Dictææ, nymphæ nemorum iam claudite saltus.
Si qua fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis uestigia, forsitan illum
Aut herba captum uiridi, aut armenta secutum.
Perducant aliquæ stabula ad Gortinia uaccæ,
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam,
Canit Phaethontiades mutatas in Alnos. Tum Phaëthontiadas musco circundat amaræ
Corticis, atq; solo proceras erigit aluos,
Tum canit errantem Permessi ad flumina Gallum
Laus Galli poetæ. Aonas in montes ut duxerit una sororum,
Vtq; uiro Phœbi chorus assurrexerit omnis,
Vt Linus, hæc illi diuino carmine pastor,
Floribus, atq; apio crines ornatus amaro
Dixerit: hos tibi dant calamos (en accipe) Musæ,
Ascræo quos antè seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.
Quid loquar? aut Scyllã Nisi, quã* fama secuta est

Cano

Candidæ succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias uexasse rates, & gurgite in alto,
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.
Aut ut mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit,
Quo cursu deserta petierit, & quibus antè
Infelix sua tecta superuolitauerit alis.
Omnia, quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audijt Eurotas, iussitq; edisscere lauros:
Ille canit, pulsæ referunt ad sydera ualles,
Cogere donec oues stabulis, numerumq; referre
Iussit, & inuito processit Vesper Olympo.

ECLOGA VII. Melibœus.

ARGVMENTVM.

Septima Amœbæo certat cum Thyrside uersu,
Ortygias iterum Musa secuta uias.

Corydon. Thyrsis.

FOrtè sub arguta consederat ilice Daphnis;
Cõpulerãtq; greges Corydõ et Thyrsis in unũ
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas:
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, & respondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerrauerat, atq; ego Daph
Aspicio: ille ubi me cõtrà uidet, ocyus inquit, (nin
Huc ades ò Melibœe: caper tibi saluus, & hœdi.
Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra.
Huc ipsi potum uenient per prata iuuenci.

Amplificatio a circũstantijs.

Hic

Hic uiridis tenera prætexit arundine ripas
Mincius, eq; sacra resonant examina quercu.
Quid facerē? neq; ego Alcippē, nec Phyllida habe
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos (bā,
Et certamen erat, Corydon cum Thyrside magnū.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere uersibus ambo
Cœpere: alternos Musæ meminisse uolebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.
Co. Nymphæ, noster amor Libetrides, aut mihi carmē
Inuocatio. Quale meo Codro, cōcedite (proxima Phœbi
Versibus ille facit) aut si non possumus omnes.
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.
Amplificatio a maiori Pastores hedera crescentem ornate Poëtā Th.
Arcades, inuidia rumpantur ut ilia Codro.
Aut si ultra placitum laudarit: baccare frontem
Cingite, ne uati noceat mala lingua futuro.
Setosi caput hoc apri tibi Delia parauus Co.
Et ramosa Mycon uiuacis cornua cerui.
Si proprium hoc fuerit, leui de marmore tota
Amplificatum a simili. Puniceo stabis suras euincta cothurno.
Sinū lactis, & hæc te liba Priape quotānis Th.
Amores. Expectare sat est: custos es pauperis horti,
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus estō.
Nerine Galathea, thymo mihi dulcior hyblæ. Co.

Cau-

Candidior cygnis, hedera formosior alba,
Quum primùm pasti repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet tē cūra, uenito.
Imò ego Sardois uidear tibi amarior herbis, Th.
Horridior rusco, proiecta uilior alga:
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuuenci,
Muscosi fontes, & somno mollior herba, Co.
Et quæ uos rara uiridis tegit arbutus umbra.
Solstitium pecori defendite, iam uenit æstas Precatio a tempestate.
Torrida, iam læto turgent in palmite gemmæ.
Hic focus, et tedæ pingues, hic plurimus ignis Th.
Semper, & assidua postes fuligine nigri.
Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum Non curat numerū lupus: Prou.
Aut numerum lupus, aut torrētia flumina ripas,
Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ: Co.
Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma. De absentia pueri.
Omnia nunc rident: at si formosus Alexis
Montibus his abeat, uideas & flumina sicca,
Aret ager, uitio moriens sitit aëris herba.
Liber pampineas inuidit collibus umbras.
Phyllidis aduentu nostræ nemus omne uirebit,
Iuppiter & læto descendet plurimus hymbri.
Populus Alcidæ gratissima, uitis Iacchо: Co.
Formosæ myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos, illas dum Phyllis amabit.

Nec

Nec myrtus uincet corylos, nec Laurea Phœbi.
Th. Fraxinus in syluis pulcherrima, pinus in hortis,
Collatio arborum. Populus in fluuijs, abies in montibus altis,
Sæpius at si me Lycida formose reuisas,
Fraxinus in syluis cedet tibi, pinus in hortis.
Me. Hæc memini, & uictũ frustrà cõtendere Thyrsim.
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

ECLOGA VIII. Pharmaceutria.

ARGVMENTVM.

Octauo, ingratum uerbis incusat amorem
Alter, sed magicas altera tentat opes.

Damon. Alphesibœus.

Propositio. PAstorum musam Damonis, & Alphesibœi,
Immemor herbarum quos est mirata iuuenca
ὑπερβολὴ Certantes: quorum stupefactæ carmine linces.
Et mutata suos requierunt flumina cursus.
Damonis Musam dicemus, & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris, an erit unquam
Ille dies, mihi quum liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sõlu Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium, tibi desinet, accipe iussis
Carmina cœpta tuis, atq; hanc sine tempora circũ
Inter uictrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida uix cœlo noctis decesserat umbra.
Cùm ros in tenera pecori gratissimus herba est.

In-

Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ.
Nascere, præq; die ueniens age Lucifer almũ. Da.
Coniugis indigno Nisæ deceptus amore
Dum queror, & diuos, quanquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Mænalus argutumq; nemus, pinosq; loquentes
Semper habet, semper pastorum ille audit amores,
Panaq;, qui primus calamos non passus inertes.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis, æuoq; sequenti
Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ,
Mopse nouas incîde faces, tibi ducitur uxor.
Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus Oetã.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
O digno coniuncta uiro, dum despicis omnes.
Dumq; tibi est odio mea fistula, dumq; capellæ,
Hirsutumq; supercilium, prolixaq; barba.
Nec curare Deũm credis mortalia quenquam,
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus,
Sepibus in nostris paruam te roscida mala.
(Dux ego uester eram) uidi cum matre legentem.
Alter ab undecimo tum me iam cœperat annus:
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos,
Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error.

In-

Fingit Damonem mane primum lamentari, & querelã ordiri carmine, utqui per totã noctem crucians se recordatione calamitatis, ac tandem in has crũpat lamentationes.

Exclamatio gnomica.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Nunc scio, quid sit amor, duris in cotibus illum
*Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
Nec nostri generis puerum, nec sanguinis edunt.
Petrus Bembus legit:
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
* Aut Tmarus, in lib. de Culice Vergil.
Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus: crudelis tu quoq; mater,
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Dubitatio.
Improbus ille puer: crudelis tu quoq; mater.
Conclusio.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Nunc & oues ultro fugiat lupus: aurea duræ
Optat omnium rerũ naturas mutari, postea quam res tam aliena accidit.
Mala ferant quercus, Narcisso floreat alnus.
Pinguia corticibus sudent electra myricæ,
Certent & cygnis ululæ, sit Tityrus Orpheus:
Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus.
Omnia uel medium fiant mare, uiuite syluæ,
Præceps aërij specula de montis in undas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.
Desine Mænalios, iam desine tibia uersus.
Hæc Damon: uos, quæ responderit Alphesibœus,
Omnes hostiæ solebãt uitta circũdari. Hic altare transfertur ad ultimas.
Dicite Pierides: non omnia possumus omnes,
Effer aquam, & molli cinge hæc altaria uitta. Al:
Verbenasq; adole pingues, & mascula thura,
Coniugis ut magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.

Ducite

Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Carmina uel cœlo possunt deducere lunã, (nin.
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssi,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Terna tibi hæc primũ triplici diuersa colore. (nin
Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco: numero deus impare gaudet.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos Amarylli colores, (nin. Versus intercalaris.
Necte Amarilli *nodos*, et Veneris dic uincula necto *amor illi.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin. *modò.
Limus ut hic durescit, et hæc ut cera liquescit (nin.
Vno eodemq; igni, sic nostro Daphnis amore.
Sparge molã, & fragiles incende bitumine lauros.
Daphnis me malus urit: ego hãc in Daphnide laurũ.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Talis amor Daphnin, qualis, cum fessa iuuencum
Per nemora, atq; altos quærendo bucula lucos,
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in ulua* *herbâ.
Perdita, nec seræ meminit decedere nocti.
Talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi. Precatio.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daphnin.
Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit, (nin.
Pignora cara sui, quæ nunc ego limine in ipso
Terra tibi mãdo, debent hæc pignora Daphnin.

Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daph-
Has herbas, atq; hæc ponto mihi lecta uenena, (nin
Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulchris,
Atq; satas aliò uidi traducere messes.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daph-
Indignatio. Fer cineres Amarylli foras, riuoq; fluenti, (nin.
Transq; caput iace, ne respexeris, his ego Daphnin
Aggrediar, nihil ille deos, nil carmina curat.
Ducite ab urbe domũ mea carmina, ducite Daph-
Aspice, corripuit tremulis altaria flammis (nin.
Euentus. Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum sit:
Nescio quid certè est, & Hylax in limine latrat,
Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
Parcite ab urbe uenit, iã parcite carmina Daphnis

ECLOGA IX. MOERIS.

ARGVMENTVM.

Ipse suas Nona commendat parte Camœnas,
Militis ulciscens arma, poeta suis.

Lycidas. Mœris.

Ly. Occasio fingitur. Is em̃ qui prædijs Vergilij præerat, Ario in urbem Mãtuã munus affert.

QVò te Mœri pedes? an quò uia ducit, in urbẽ?
O Lycida uiui peruenimus, aduena nostri, Mœ.
Quod nunquam ueriti sumus, ut possessor agelli
Diceret: hæc mea sunt, ueteres migrate coloni.
Nunc uicti tristes, quoniam sors omnia uersat:
Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hœdos.

Cer-

Certè equidem audieram, quà se subducere colles
Incipiunt molliq; iugum demittere cliuo: Ly.
Vsq; ad aquã, et ueteris iã fracta cacumina fagi, Admiratio.
Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam.
Audieras, & fama fuit, sed carmina tantum Mœ.
Nostra ualent Lycida tela inter Martia, quantũ
Chaonias dicunt aquila ueniente columbas,
Quòd nisi me quacunq; nouas incidere lites
Antè sinistra caua monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec uiueret ipse Menalcas.
Heu cadit in quenquam tantũ scelus? heu tua nobis
Penè simul tecum solatia rapta Menalca? Ly. Admiratio.
Quis caneret nymphas, quis humũ florẽtib. herbis
Spargeret? aut uiridi fontes induceret umbra?
Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cùm te ad delitias ferres Amaryllida nostras?
Tityre dum redeo (breuis est uia) pasce capellas:
Et potum pastas age Tityre, & inter agendum
Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.
Imò hæc, quæ Varo nec dũ perfecta canebat. Mœ.
Vare tuum nomen (superet modò Mantua nobis,
Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ)
Cantantes sublime ferent ad sydera cygni.
Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,
Sic Cythiso pastæ distentent ubera uaccæ:
Incipe si quid habes, & me fecere poëtam

Non esse locum honestati apud Mauortios

Quia Mœris bene precatus fuerat Vergilio, uicissim Lycida bene precatur Mœ-

rl, & prouocat ad recitandum carmen aliquod.

Pierides, sunt & mihi carmina, me quoq; dicunt
Vatem pastores, sed non ego credulus illis.
Nã neq; aduc Varo* uideor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos interstrepere Anser Olores.
*Vario. M
Id quidẽ ago, et tacitus Lycida mecũ ipse uoluto.
Si ualeam meminisse, neque est ignobile carmen.
Huc ades ò Galathea, quis est nam ludus in undis?
Hic uer purpureum, uarios hic flumina circum
Fundit humus flores, hic candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt umbracula uites.
Huc ades, insani feriant sine littora fluctus.
Quid? quæ te pura solũ sub nocte canentem Ly.
Audieram? numeros memini, si uerba tenerem.
Daphni quid antiquos signorũ suspicis ortus? Mœ.

Aliud canticum de Iulio Cæsare. Tempus.

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum,
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uua colorem.
Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.
Omnia fert ætas, animum quoq; sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoq; Mœrim

Lupi priores: Proue.

Iam fugit ipsa, lupi Mœrim uidère priores.
Sed tamen ista satis, referet tibi sæpe Menalcas.
Causando nostros in longum ducis amores. Ly.
Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes
(Aspice) uentosi ceciderunt murmuris auræ.

Hinc

Hinc adeò media est nobis uia, namq; sepulchrum
Incipit apparere Bianoris: hic, ubi densas
Agricolæ stringunt frondes, hic Mœri canamus.
Hic hœdos depone, tamen ueniemus in urbem.
Aut si nox pluuiam ne colligat antè ueremur,
Cantantes licet usq; (minus uia lædet) eamus,
Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce leuabo.
Desine plura puer, et quod nũc instat, agamus. Mœ.
Carmina tum melius, cùm uenerit ipse, canemus.

ECLOGA X. GALLVS.

ARGVMENTVM.

Vltima Musa graues Galli decantat amores,
Dum reuocat gressus dira Lycori tuos.

Inuocatio.

EXtremũ hũc Arethusa mihi cõcede laborem.
Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris
Carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?
Sic tibi cùm fluctus subter labêre Sicanos,
Doris amara suã non intermisceat undam.
Incipe, sollicitos Galli dicamus amores:
Dum tenera attondent simæ uirgulta capellæ.
Non canimus surdis, respondent omnia syluæ.
Quæ nemora, aut qui uos saltus habuere puellæ
Naiades, indigno cum Gallus amore periret?
Nam neq; Parnassi uobis iuga, nam neq; Pindi
Vlla moram fecere, neq; Aoniæ Aganippe,
Illum etiam lauri, illum etiam fleuere myricæ;

Propositio. Gallus Asinii Pollionis filius fuit. Hunc increpat poeta hic, quod se nimium discrucier, quod a se sit alienata puella. Est autem ciuilis increpatio.

Piniſer illum etiam ſola ſub rupe iacentem
Mænalus, & gelidi fleuerunt ſaxa Lycæi,
Stant & oues circùm, noſtri nec pœnitet illas,
Nec te pœniteat pecoris diuine poëta.
Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.
Venit & Vpilio, tardi uenêre bubulci*.
Vuidus hyberna uenit de glande Menalcas.
Omnes unde amor iſte rogãt tibi uenit Apollo.
Galle quid inſanis? inquit, tua cura Lycoris
Perq; niues alium, perq; horrida caſtra ſecuta eſt:
Venit & agreſti capitis Syluanus honore,
Florentes ferulas, & grandia lilia quaſſans.
Pan deus Arcadiæ uenit, quem uidimus ipſi
Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.
Et quis erit modus? inquit, amor non talia curat.
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,
Nec Cythiſo ſaturantur apes, nec fronde capellæ.
Triſtis at ille tamen, cantabitis Arcades, inquit,
Montibus hæc ueſtris, ſoli cantare periti
Arcades, ò mihi tum quàm molliter oſſa quieſcant,
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.
Atque utinam ex uobis unus, ueſtriq; fuiſſem
Aut cuſtos gregis, aut maturæ uinitor uuæ.
Certè ſiue mihi Phyllis, ſiue eſſet Amyntas,
Seu quicũq; furor (quid tum, ſi fuſcus Amyntas?
Et nigræ uiolæ ſunt, & uaccinia nigra)

Adonis formoſus iuuenis, quem amauit Venus.

*Subulci.

Amplificatio.

Fingit Gallum reſpondentem, ut magis ob oculos ponat hominis inſaniam.

Mecum inter ſalices lenta ſub uite iaceret
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas,
Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,
Hic nemus, hic ipſo tecum conſumerer æuo,
Nunc inſanus amor, duri me Martis in armis
Tela inter media, atq; aduerſos detinet hoſtes.
Tu procul à patria (nec ſit mihi credere tantum)
Alpinas ab dura niues, & frigora Rheni
Me ſine ſola uides, ah te ne frigora lædant:
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.
Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi condita uerſu
Carmina, paſtoris Siculi modulabor auena.
Certum eſt in ſyluis, inter ſpelæa ferarum
Malle pati, teneris q; meos incidere amores
Arboribus: creſcent illæ, creſcetis amores.
Interea myſtis luſtrabo Mænala nymphis:
Aut acres uenabor apros, non me ulla uetabunt
Frigora, Parthenios canibus circundare ſaltus.
Iam mihi per rupes uideor, lucoſq; ſonanteis
Ire, libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tanquam hæc ſit noſtri medicina furoris:
Aut Deus ille malis hominum miteſcere diſcat.
Iam neq; Hamadryades rurſus, nec carmina nobis
Ipſa placent: ipſæ rurſus concedite ſyluæ,
Non, ſi illum ueſtri* poſſunt mutare labores,
Nec ſi frigoribus medijs, Hebrumq; bibamus.

Diſceptat, quorſum ſe conferat amorem ſuum taturus.

Mutat ſuperius conſilium.

*noſtri.

Scythonias q; niues hyemis subeamus aquosæ;
Nec si, cùm moriens alta liber aret in ulmo,
Aethiopum uersemus oues sub sydere cancri.
Epilogus. Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.
Hæc sat erit diuæ uestrum cecinisse poëtam,
Dum sedet, & gracili fiscellam texit hibisco:
Pierides, uos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum uere nouo uiridis se subijcit Alnus.
Surgamus, solet esse grauis cantantibus umbra.
Periodus Bucolica. Iuniperi grauis umbra, nocent & frugibus umbræ,
Ite domum saturæ, uenit Hesperus, ite capellæ.

PVB. VERGILII MARONIS Georgicõn Liber primus, ad Mœcenatem.

ARGVMENTVM.

Quid faciat lætas segetes, quid molle legumen,
Quæ moueant imbrem sydera, primus habet.

Exorditur a propositione totius, cum enumeratione partium.

QVid faciat lætas segetes, quo sydere terram
Vertere Mecœnas, ulmis q; adiungere uites
Cõueniat: quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori, at q; apibus quanta experientia parcis.
Hinc

Hinc canere incipiam. Vos ò clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum:
Liber & alma Ceres, uestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista
Poculaq; inuentis Acheloia miscuit uuis:
Et uos agrestium præsentia numina Fauni,
Ferte simul, Fauniq; pedem, Dryadesq; puellæ.
Munera uestra cano, tuq; ò cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune: & cultor nemorum, cui pinguia Cæa
Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci.
Ipse nemus linquens patrium, saltusq; Lycæi
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ò Tegeæe fauens: oleaq; Minerua
Inuentrix: unciq; puer monstrator aratri,
Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum.
Dijq; Deæq; omnes studium quibus arua tueri,
Quiq; nouas alitis nonnullo semine fruges,
Quiq; satis largum cœlo demittitis hymbrem.
Tuq; adeò quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia, incertum est, urbis ne inuisere Cæsar,
Terrarumq; uelis curam: & te maximus orbis
Autorem frugum, tempestatumq; potentem
Accipiat, cingens materna tempora myrto.
An deus immensi uenias maris: ac tua nautæ
Numina sola colant: tibi seruiat ultima Thule.

Aristeum intelligit, de quo Iusti. lib. 1. Diog. lib. 5.

Triptolemus.

Augustum intelligit. Hyperbatõ est.

Amplificatio per distrì. Insula Oce

Vid. Pli. li. 2.

Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis.
An ne nouum tardis sydus te mensibus addas,
Qua locus Erigonen inter, Chelasq; sequentes
Panditur: ipse tibi iam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli iusta plus parte relinquit.
Quicquid eris (nam te nec sperent Tartara regē,
Nec tibi regnandi ueniat tam dira cupido,
Quamuis Elysios miretur Græcia campos,
Nec repetita sequi curet Proserpina matrem)
Da facilem cursum, atq; audacibus annue cœptis,
Ignarosq; uiæ mecum miseratus agrestes
Ingredere: & uotis iam nunc assuesce uocari.
Vere nouo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit,
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, & sulco attritus splendescere uomer.
Illa seges demum uotis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit,
Illius immensæ ruperunt horrea messes.
At prius ignotum ferro quàm scindimus æquor,
Ventos, & uarium cœli prædiscere morem
Cura sit: ac patrios cultus habitusq; locorum,
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset:
Hîc segetes, illic ueniunt felicius uuæ,
Arborei fœtus alibi, atq; iniussa uirescunt
Gramina. non ne uides, croceos ut Tmolus odores,

Virgo Chelæ. Scilicet quod scorpius duorũ syderũ spacium obtinebat, quod libram uetares ignorabant.

Narratio cũ Chronographia.

Elegans periphrasis.

Quæ terra optima.

Non omnis terra eodẽ modo colẽda.

India

India mittit Ebur: molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum: uirosa q; Pontus
Castorea: Eliadum palmas Epeiros equarum?
Continuò has leges, æternáq; fœdera certis
Imposuit natura locis: quo tempore primùm
Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem,
Vnde homines nati, durum genus, ergo agè terræ
Pingue solum primis extemplo à mensibus anni
Fortes inuertant tauri: glebasq; iacentes
Puluerulenta coquat maturis solibus æstas.
At si non fuerit tellus fœcunda, sub ipsum
Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco.
Illic, officiant lætis ne frugibus herbæ,
Hîc, sterilem exiguus ne deserat humor arenam,
Alternis idem tonsas cessare nouales,
Et segnem patiere situ durescere campum.
Aut ibi flaua seres, mutato sydere, farra,
Vnde prius lætum siliqua quassante legumen,
Aut tenues fœtus uitiæ, tristisq; lupini
Sustuleris fragiles calamos, syluamq; sonantem:
Vrit enim lini campum seges, urit auenæ,
Vrunt lethæo perfusa papauera somno.
Sed tamen alternis facilis labor, arida tantum
Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neue
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.
Sic quoq; mutatis requiescunt fœtibus arua,

Discrimina agrorum.

De noualibus uariere creandis.

Repetitio. Papauera somnum cõciliant.

Nec

Nec nulla interea est inarata gratia terræ:
Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
Atq; leuem stipulam crepitantibus urere flammis,
Siue inde occultas uires, & pabula terræ
Pinguia concipiunt: siue illis omne per ignem
Ratio physica. Excoquitur uitium, atq; exudat inutilis humor,
Seu plures calor ille uias, & cæca relaxat
Spiramenta, nouis ueniat quà succus in herbas.
Seu durat magis, & uenas astringit hianteis,
Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia Solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Multum adeò, rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineasq; trahit crates, iuuat arua, neq; illum
Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo.
Et qui proscisso quæ suscitat æquore terga,
Rursus in obliquum uerso perrumpit aratro,
Exercetq; frequens tellurem, atq; imperat aruis.
Tempestates Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas
Agricolæ, hyberno lætissima puluere farra,
Amplificatio a cõparatione regionũ fertilissimarum. Lætus ager, nullo tantùm se Mœsia cultu
Iactat: & ipsa suas mirantur Gargara messes.
Occupatio. Quid dicam, iacto qui semine comminus arua
Epexegesis. Insequitur? cumulosq; ruit male pinguis arenæ?
Deinde satis fluuium inducit, riuosq; sequentes?
Et cùm exustus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce supercilio cliuosi tramitis undam

Elicit

Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.
Quid qui, ne grauidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba, Depastio.
Cùm primùm sulcos æquant sata? quiq; paludis
Collectum humorem bibula deducit arena? Deiccatio.
Præsertim incertis si mensibis amnis abundans Id est, Veris & Autũni.
Exit, & obducto latè tenet omnia limo,
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.
Nec tamẽ (hæc cũ sint hominumq; boumq; labores Attentionẽ cõciliata rei difficultate.
Versando terram experti) nihil improbus anser,
Strymoniæq; grues, & amaris Intyba fibris
Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipse colendi Excursus.
Haud facilem esse uiam uoluit, primusq; per artẽ
Mouit agros, curis acuens mortalia corda,
Nec torpere graui passus sua regna ueterno.
Ante Iouem nulli subigebant arua coloni, Omnium rerum cõmunio.
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat, in medium quærebant, ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat,
Ille malum uirus serpentibus addidit atris,
Prædariq; lupos iussit, pontumq; moueri,
Mellaq; decussit foliis: ignemq; remouit,
Et passim riuis currentia uina repressit,
Vt uarias usus meditando extunderet artes
Paulatim: & sulcis frumenti quæreret herbam:

Et

Et silicis uenis obstrusum excuderet ignem.
Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas:
Nautæ primi obseruarunt stellas. Nauita tum stellis numeros, & nomina fecit,
Pleiades, Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, & fallere uisco
Inuentum: & magnos canibus circundare saltus:
Distributio Venatio. Atq; alius latum funda iam uerberat amnem
Piscatio. Alta petens: pelagoq; alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor, atq; argutæ lamina serræ,
Epiphonema. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.
Tum uariæ uenêre artes: labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.
Prima Ceres ferro mortales uertere terram
Instituit: cùm iam glandes, atq; arbuta, sacræ
Deficerent syluæ, & uictum Dodona negaret.
Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo: segnisq; horreret in aruis
Vitia segetum. Carduus: intereunt segetes, subit aspera silua,
Lappæq; tribuliq; interq; nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.
Quòd, nisi & assiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aues, & ruris opaci
Falce premes umbras, uotisq; uocaueris hymbrẽ:
Heu magnum alterius frustra spectabis aceruum,
Instrumenta rustica. Concussaq; famem in syluis solabere quercu.
Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma,

Queis

Queis sine, nec potuere seri, nec surgere messes.
Vomis, & inflexi primùm graue robor aratri,
Tardaq; Eleusinæ matris uoluentia plaustra,
Totus hîc locus ex Hesiodi secũdo translatus. Tribulaq; Trabeaq;, & iniquo pondere rastri,
Virgea præterea Celei, uilisq; supellex,
Arbuteæ crates, & mystica uannus Iacchi.
Omnia quæ multo antè memor prouisa repones,
Si te digna manet diuini gloria ruris.
Continuò in syluis magna ui flexa domatur
In burim, & curui formã accipit ulmus aratri.
Huîc à stirpe pedes temo protentus in octo,
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.
Cæditur & tilia ante iugo leuis, altaq; fagus,
Stiuaq; quæ currus à tergo torqueat imos,
Et suspensa focis exploret robora fumus.
Possum multa tibi ueterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuesq; piget cognoscere curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Agrorum pestes. Et uertenda manu, & creta solidanda tenaci,
ὑστερολογία. nã primum est ut terra uertatur, deinde solidetur creta, postremum ut æquetur. Ne subeant herbæ, neu puluere uicta fatiscat.
Tum uariæ illudunt pestes: sæpe exiguus mus
Sub terris posuit domos, atq; horrea fecit:
Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ,
Inuentusq; cauis Buso: & quæ plurima terræ
Monstra ferunt, populatq; ingentẽ farris aceruũ
Curgulio, atq; inopi metuens formica senectæ.

Con-

Prognostica.

Contemplator item, cùm se nux plurima syluis
Induet in florem, & ramos curuabit olentes:
Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur,
Magnáq; cum magno ueniet tritura calore.
At si luxuria foliorum exuberat umbra,
Nequicquam pingueis paleæ teret area culmos.
Semina udi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius, & nigra perfundere amurca,
Grandior ut fœtus siliquis fallacibus esset,
Et quamuis igni exiguo properata maderent.
Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni uis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret: sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.
Non aliter, quàm qui aduerso uix flumine lembũ
Remigijs subigit: si brachia fortè remisit,
Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.
Præterea tam sunt Arcturi sydera nobis,
Hœdorumq; dies seruandi, & lucidus Anguis,
Quã, quibus in patriã uentosa per æquora uectis
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.
Libra diei, somniq; pares ubi fecerit horas:
Et medium luci, atq; umbris iam diuidet orbem:
Exercete uiri tauros, serite hordea campis,
Vsq; sub extremum brumæ intractabilis hymbrẽ.
Necnon & lini segetem, & cereale papauer

Amigdala intelligit de quibus Macro. lib. 3. Satur.

De adiuuandis legumi-num semini-bus.

Astrologia rustico necessaria.

Discrimina dierum.

Periphrasis est æquinoctij autũnalis quod fit 8. Cal. Octo.

Tẽpus humo tegere, iamdudũ incumbere aratris:
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
Vere Fabis satio: tunc te quoq; medica putres
Accipiunt sulci, & Milio uenit annua cura,
Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens Canis occidit astro.
At si triticeam in messem, robustaq; farra
Exercebis humum, solisq; instabis aristis,
Antè tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ,
Debita quàm sulcis committas semina: quàmq;
Inuitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Maiæ cœpere: sed illos
Expectata seges uanis eluserit auenis.
Si uerò, uiciamq; seres, uilemq; faselum,
Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis:
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.
Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.
Quinq; tenent cœlum Zonæ: quarum una corusco
Semper sole rubens, & torrida semper ab igni.
Quã circùm extremæ dextra, læuaq; trahuntur
Cærulea glacie concretæ, atq; hymbribus atris.
Has inter, mediamq;, duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuûm: & uia secta per ambas

Satio fabarũ & milij.

Triticũ quãdo serendũ.

Vergiliæ.

Ratio sphæræ & zonarum.

Polus septẽtrionalis

Hyperbatō. Obliquus quà se signorum uerteret ordo.
Mundus ut ad Scythiā, Rhiphæasq; arduus arces
Descriptio Syderum. Consurgit: premitur Lybiæ deuexus in austros.
Polus meridionalis. Hic uertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra uidet, manesq; profundi.
Anadiplosis. Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circùm, perq; duas in morem fluminis Arctos,
Arctos, oceani metuentes æquore tingi.
Illic (ut perhibent) aut intempesta silet nox
Semper, & obtenta densantur nocte tenebræ,
Aut redit à nobis aurora, diemq; reducit,
Nosq; ubi primus equis oriens afflauit anhelis,
Ab utili cōmendat. Illic sera rubens accendit lumina Vesper.
πρώτερον ὕστερον. Hinc tempestates dubio prædiscere cœlo
Possumus: hinc meßisq; diem, tempusq; serendi,
συνα θρισμός. Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat: quando armatas deducere classes,
Aut tempestiuam syluis euertere pinum.
Nec frustra signorū obitus speculamur, & ortus,
Temporibusq; parem diuersis quatuor annum.
Frigidus agricolam si quando continet hymber,
Epilogus. Multa forent, quæ mox cœlo properanda sereno,
Quæ agēda agricolæ domi cum per tempestatē foris esse nō liceat. Maturare datur: durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem: cauat arbore lyntres,
Aut pecori signū, aut numeros impreßit aceruis.
Exacuunt alij uallos, furcasq; bicornes,

Atq;

Atq; Amerina parant lentæ retinacula uiti.
Nunc facilis rubea texatur fiscina uirga,
Nunc torrete igni fruges: nunc frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus, Quæ festis agenda diebus.
Fas & iura sinunt: riuos deducere nulla
Relligio uetuit: segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere uepres,
Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.
Sæpe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis: lapidemq; reuertens
Incusum, aut atræ massam picis urbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum: quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenidesq; satæ: tum partu terra nefando Obseruatio dierum felicitum & infelicium.
Cœumq;, Iapetumq; creat, sæuumq; Typhœa,
Et coniuratos cœlum rescindere fratres.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.
Scilicet atq; Ossæ frondosum inuoluere Olympū: Non obseruatur synalœpha.
Ter pater extructos deiecit fulmine montes.
Septima post decimam felix, & ponere uites,
Et prensos domitare boues, & licia telæ
Addere: noua fugæ melior: contraria furtis. Noctu quædam melius quam interdiu fiunt.
Multa adeo gelida melius se nocte dedêre,
Aut cùm Sole nouo terras irrorat Eóus.
Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata Quæ Nocte agenda.
Pondentur, noctis lentus non deficit humor.

Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Traductio. Peruigilat, ferroq; faces inspicat acuto.
Interea longum cantu solata laborem
Versus hypermeter. Arguto coniunx percurrit pectine telas,
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Quid inter diu fiat. Et fœlijs undam tepidi despumat aheni.
Asynthetō. At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,
Et medio tostas æstu terit area fruges.
Ocium hybernum. Nudus ara, sere nudus, hyems ignaua colono.
Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur,
Mutuaq; inter se læti conuiuia curant.
Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit.
Parabole. Ceu pressæ cum iam portum tetigêre cărinæ,
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas.
Venatio hyberna. Sed tamen & quernas glădes tunc stringere tĕpus
Et lauri baccas, oleamq; cruentaq; myrta.
Vide apud Varro. eadĕ lib 3. ca. 36. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,
Auritosq; sequi lepores, tum figere damas,
Autumnus Stupea torquentem balearis uerbera fundæ,
Tĕpestates uel signa tempestatū. Cùm nix alta iacet, glaciem cùm flumina trudunt.
Occupatio. Quid tempestates Autumni, & sydera dicamĕ
Ver. Atq; ubi iam breuiorq; dies, & mollior Aestas,
Digressio in descriptionem tempestatis. Quæ uigilanda uiris, uel cũ ruit hymbriferũ Ver:
Spicea iam campis cùm messis inhorruit: & cùm
Frumenta in uiridi stipula lactentia turgent.
Sæpe ego, cùm flauis messorem induceret aruis

Agricolæ

Agricolæ, & fragili iam stringeret hordea culmo,
Omnia uentorum concurrere prælia uidi.
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems, culmumq; leuem, stipulasq; uolãtes.
Sæpe etiam immensum cœlo uenit agmen aquarũ,
Et fœdã glomerant tempestatem hymbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,
Et pluuia ingenti sata læta, boumq; labores
Diluit, implentur fossæ, & caua flumina crescunt
Cum sonitu feruetq; fretis spirantibus æquor.
Ipse pater media nimbrorum in nocte, coruscat
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit: fugere feræ, & mortalia corda
Per gentes humilis strauit pauor, ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Deijcit: ingeminant Austri, & dĕsissimus hymber.
Nunc nemora ingenti uento, nunc littora plangũt.
Hoc metuens, cœli menses, & sydera serua,
Frigida Saturni sese quò stella receptet,
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.
In primis uenerare Deos, atq; annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extremæ sub casum hyemis, iam uere sereno.
Tunc agni pingues, & tunc mollissima uina,
Tunc somni dulces, densæq; in montibus umbræ,

Tonitrus. Montes Espiri a crebris fulminibus dictos.

Prognostica, quæ tempestates indicant.

Ad institutum redit. Pietas.

Vide Mac. lib. 4. Sa.

Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.
Cui tu lacte fauos, & muti dilue Baccho,
Terq; nouas circùm felix eat hostia fruges.

Ambarualia sacra.

Omnis quam chorus, & socij comitentur ouantes,
Et Cererem clamore uocent in tecta: neq; antè
Falcem maturis quisquam supponat aristis,

Choreã intelligit.

Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompositos: & carmina dicat.
Atq; hæc ut certis possimus discere signis,
Aestusq; pluuiasq;, & agentes frigora uentos,
Ipse pater statuit, quid menstrua Luna moneret,

Pronosticõ uenti futuri.

Quo signo caderent Austri: quid sæpe uidentes
Agricolæ, propius stabulis armenta tenerent.
Continuò uentis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere: & aridus altis
Montibus audiri fragor: aut resonantia longè
Littora misceri: et nemorũ increbrescere murmur.

Quando nõ sit tutum nauigare.

Iam sibi tum curuis malè temperat unda carinas,
Cùm medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamoremq; ferunt ad littora: cumq; marinæ
In sicco ludunt Fulicæ: notasq; Paludes
Deserit, atq; altam supra uolat ardea nubem.

ὑποτύπωσις.

Sæpe etiam stellas uento impendente uidebis
Præcipites cœlo labi: noctisq; per umbras
Flammarum longos à tergo albescere tractus,

Alia prognostica è cœlo.

Sæpe leuem palcam, & frondes uolitare caducas,

Aut

Aut summa nantes in aqua colludere plumas.

Inditia pluuiæ impendentis.

At Boreæ de parte trucis cùm fulminat, & cùm
Euriq;, Zephyriq; tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis: atq; omnis nauita ponto
Humida uela legit, nunquã imprudẽtibus hyemps
Obfuit, aut illum surgentem uallibus imis
Aëriæ fugere grues: aut bucula cœlum
Suspicieus, patulis captauit naribus auras,
Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo,
Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam.
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua
Angustum formica terens iter: & bibit ingens
Arcus, & è pastu decedens agmine magno
Coruorum increpuit densis exercitus alis.
Iam uarias pelagi uolucres, & quæ Asia circùm
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,
Certatim largos humeris infundere rores,
Nunc caput obiectare fretis, nũc currere in undas.
Et studio incassum uideas gestire lauandi.
Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce,
Et sola in sicca secum spaciatur arena.
Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nescíuere hyemem: testa cùm ardente uiderent
Scintillare oleum: & putres concrescere fungos.
Nec minus ex hymbri soles, & aperta serena
Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.

Amplificatio.

Fluuius Meoniæ Plin. lib. 5.

Hypotyposis.

Signa domestica temperiatis.

Signa serenitatis.

Nam neq; tum stellis acies obtusa uidetur,
E Cœlo. Nec fratris radijs obnoxia surgere Luna,
Ex auibus Tenuia nec lanæ per cœlum uellera ferri,
Non tepidum ad Solem pennas in littore pandunt
Syncope. Dilectæ Thetidi Halcyones: non ore solutos
Immundi meminere sues iactare maniplos.
At nebulæ magis ima petunt, campoq; recumbũt.
Solis & occasum seruans, de culmine summo
Nequicquam seros exercet Noctua cantus,
Apparet liquido sublimis in aëre Nisus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunq; illa leuem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: quà se fert Nisus ad auras,
Impietas coruorum notatur. Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tum liquidas corui præsso ter gutture uoces
Aut quater ingeminant: & sæpe cubilibus altis
Nescio qua præter solitum dulcedine læti,
πάθος. Inter se foliis strepitant: iuuat hymbribus actis
Progeniem paruam, dulcesq; reuisere nidos.
Vnde muta tempestatẽ præsentiãt. Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.
Verum ubi tempestas, & cœli mobilis humor
Effectus aeris. Mutauere uias: & Iuppiter humidus austris
Denset, erãt quæ rara modò: & quæ dẽsa, relaxat,
Vertuntur species animorum: & pectora motus

Nunc

Nunc alios, alios dum nubila uentus agebat,
Concipiunt: hinc ille auium concentus in agris.
Et lætæ pecudes, & ouantes gutture corui,
Si uerò Solem ad rapidum, Lunasq; sequentes
Ordine respicies, nunquam te crastina fallet
Indubitata tempestatũ inditia ex sole & luna
Hora, neq; insidijs noctis capiere serenæ,
Luna reuertentes cũ primùm colligit ignes.
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,
Maximus agricolis, pelagoq; parabitur hymber.
At si uirgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit: uento semper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namque is certissimus autor)
Homeri epi theton.
Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit:
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem, pluuia uentisq; carebunt,
Votaq; seruati soluent in littore nautæ
Homericũ hemistichium.
Glauco & Panopeæ, & Inoo Melicertæ,
Sol quoque & exoriens, et cũ se condet in undas,
Polysynthe ton: De ortu.
Signa dabit: Solem certissima signa sequentur.
Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris.
Ille ubi nascentem maculis uariauerit ortum,
Conditus in nubem, medioq; refugerit orbe,
Inditia ex sole oriente
Suspecti tibi sint hymbres, namque urget ab alto
Arboribusq;, satisq; Notus, pecoriq; siniſter.
Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese
Diuersi rumpent radij: aut ubi pallida surgit
Polysynthe ton.

Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Heu malè tum mites defendet pampinus uuas.
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grãdo
De occasu — Hoc etiam, emenso cum iam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis, nam sæpe uidemus
Ipsius in uultu uarios errare colores.
Mira breuitas. — Cæruleus pluuiam denunciat, igneus Euros:
Si maculæ incipient rutilo immiscerier igni:
Omnia tunc pariter uento, nymbisque uidebis
Enallage cõiurationis uerbi. — Feruere: non illa quisquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem.
At si, cũ referetque diem, condetq; relatum,
Epilogus. — Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis,
Et claro syluas cernes aquilone moueri.
Deniq; quid uesper serus uehat, unde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus auster,
Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
Excurrit in locum communem, deploratenim temporã calamitatem, queriturq; & ardere omnia bello, & apparuisse certa belli signa. — Audeat? ille etiam cœcos instare tumultus
Sæpe monet, fraudẽq; & operta tumescere bella,
Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
Quum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Impiaq; æternam timuerunt secula noctem,
Tẽpore quanquã illo tellus quoq; et æquora põti,
Obscœnique canes, importunæque uolucres
Signa dabant, quoties Cyclopũ efferuere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam?

Flam-

Flammarũque globos liquefactaq; uoluere saxa:
Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audijt, insolitis tremuerunt motibus Alpes,
Vox quoq; per lucos uulgò exaudita silentes
Ingens, & simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis, pecudesque locutæ,
Infandum, sistunt amnes, terræque dehiscunt,
Et mœstum illachrymat templis ebur, æraq; sudãt.
Proluit insano contorquens uertice syluas
Fluuiorum rex Eridanus, camposque per omneis
Cum stabulis armenta tulit, nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor cessauit, & altæ
Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.
Non aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere Cometæ:
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum uidêre Philippi:
Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Aemi pinguescere campos,
Scilicet & tempus ueniet, quum finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exesa inueniet scabra rubigine pila,
Aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes,
Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris:
Dij patrij indigetes, & Romule, Vestaque mater,

Varia prodigiorum genera.

Anapestus prodactilo

De quibus Pli. lib. 2. ca. 25.

Poetica amplificatio. Cum indignatione Poeta hæc loquitur.

Ita assurgit Poeta, ut argumentũ immemor

Quæ sit,

Quæ Thuscũ Tyberim, & Romana palatia seruat
Hunc saltem euerso iuuenem succurrere seclo
Ne prohibete, satis iam pridem sanguine nostro
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ,
Querimonia. Iam pridem nobis cœli te regia Cæsar
Inuidet, atque hominũ queritur curare triũphos.
Quippe ubi fas uersum, atq; nefas, tot bella per orbẽ,
Tam multæ scelerum facies, nõ ullus aratro
Dignus honos, squallent abductis arua colonis,
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Fluuius Armeniæ maioris. Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum,
Vicinæ ruptis inter se legibus urbes
παραβολὴ Arma ferunt, sæuit toto Mars impius orbe,
Prouerbialis uersiculus de ijs, q nõ audiunt Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt in spacia, & frustra retinacula tendens,
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.

PVB. VERGILII MARONIS
Georgicõn Liber secundus.

ARGVMENTVM.

Alter habet uites, & cultum lenis oliui,
Et quot mitescant insita poma modis.

Exorditur a transitione[cum propositione. HActenus aruorum cultus, & sydera cœli,
Nũc te Bacche canã, nec nõ syluestria tecũ
Virgulta, & prolem tardè crescentis oluæ.
Huc pater ò Lenæe (tuis hic omnia plena

Mune-

Muneribus, tibi pampineo grauidus Autumno
Floret ager, spumat plenis uindemia labris)
Huc pater ò Lenæe ueni, nudataq; musto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.
Principiò arboribus uaria est natura creandis.
Nanq; aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua ueniunt, camposq; & flumina latè
Curua tenent, ut molle siler, lentæq; genistæ,
Populus & glauca canentia fronde salicta.
Pars autem posito surgunt de semine, ut altæ
Castaneæ, nemorumq; Ioui quæ maxima frondet
Aesculus, atq; habitæ Graijs oracula quercus.
Pullulat ab radice alij densissima sylua:
Vt cerasis, ulmisq;, etiam Parnassia laurus,
Parua sub ingenti matris se subijcit umbra.
Hos natura modos primùm dedit, his genus omne
Syluarum, fruticumq; uiret, nemorumq; sacrorum,
Sunt alij, quos ipse uia sibi repperit usus.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrũ,
Deposuit sulcis, hic stirpes obruit aruo:
Quadrifidasq; sudes, & acuto robore uallos,
Syluarumq; aliæ pressos propagnis arcus
Expectant, & uiua sua plantaria terra.
Nil radicis egent aliæ, summumq; putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)

Tru-

Quã uarie nascantur arbores.

A diuisione rem ingredi tur.

Epilogus, Artificialis arborum satio.

De hac uoce Gellius lib. 6 cap 5.

Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Et sæpe alterius ramos impunè uidemus
Vertere in alterius, mutatamque insita malæ
Ferre pyrum, et prunis lapidosa rubescere corna.

Adhortatio Attentionē cōciliat hortatu.

Quare agite ò proprios generatim discite cultus
Agricolæ, fructusq; feros mollite colendo,
Neu segnes iaceant terræ, iuuat Ismara Baccho
Conserere, atq; olea magnum uestire Taburnum.
Tuque ades, inceptumque unà decurre laborem,

apostrophe ad Mecœnatem.

O Deus, ò famæ meritò pars maxima nostræ
Mecœnas, pelagoque uolans da uela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti uersibus opto:
Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,

Prosequitur partes propositas.

Ferrea uox: ades, & primi lege littoris oram,
In manibus terræ, non hic te carmine ficto,
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.

Cura arborum sponte nascentium

Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras,
Infœcunda quidem, sed læta & fortia surgunt.
Quippe solo natura subest, tamen hæc quoq; si quis

De arboribus e radice pullulantibus.

Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,
Exuerint syluestrem animum, cultuque frequēti
In quascunque uoces artes, haud tarda sequentur,
Nec non & sterilis quæ stirpibus exit in imis,
Hoc faciet, uacuos si sit digesta per agros.
Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,
Crescentique adimunt fœtus, urunq; ferentem.

Nam

Nam quæ seminibus iactis se sustulit arbos,

De arboribus quę e seminibus proueniunt

Tarda uenit, seris factura nepotibus umbram,
Pomaq; degenerant succos oblita priores,
Et turpes auibus prædam fert uua racemos.
Scilicet, omnibus est labor impendeudus, et omnes

Epiphonema.

Cogendæ in sulcum, ac multa mercede domandæ.
Sed truncis oleæ melius, propagine uites
Respondent, solido Paphiæ de robore myrtus,
Plantis & duræ coryli nascuntur, & ingens

Periphrasis arboris populi. Herculi sacræ.

Fraxinus, Herculeæq; arbos umbrosa coronæ,
Chaonijque patris glandes, etiam ardua palma
Nascitur, & casus abies uisura marinos.

Hipermeter de insitione

Inseritur uerò & fœtu nucis arbutus horrida,
Et steriles platani malos gessere ualentes,
Castaneæ fagos, ornusque incanuit albo
Flore pyri, glandemque sues fregere sub ulmis.

De discrimine insitionis, & inoculationis.

Nec modus inserere, atq; oculos imponere simplex
Nam quà se medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit modò sinus, huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoque docent inolescere libro.
Aut rursum enodes trunci resecantur, & altè

Insitionem describit.

Finditur in solidum cuneis uia, deinde feraces
Plantæ immittuntur, nec longū tempus, & ingens
Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos,
Miraturq; nouas frondes, & non sua poma.

Præ-

Varias esse ſpecies in ſingulis generibus.

Prætered genus haud unũ nec fortibus ulmis,
Nec ſalici, lotoq́;, nec Idæis cypariſſis.
Nec pingues unam in faciem naſcuntur Oliuæ
Orchites, & radij, & amara pauſia bacca,

Species oliuæ.

Pomaq́;, & Alcinoi ſyluæ, nec ſurculus idem
Cruſtumijs, Syrijſque pyris grauibusq́; uolemis.
Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris,
Quam Methymnæo capit de palmite Leſbos.
Sunt Thaſiæ uites, ſunt & Mareotides albæ,
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.
Et paſſo Pſythia utilior, tenuiſque Lageos
Tentatura pedes olim, uinctura linguam,
Purpureæ, Preciæque, & quo te carmine dicam,

Rheticum uinum, uelt liner.

Rhetica? nec cellis ideo contende Falernis.

Alciatus legit:* Sunt etiam.

Sunt & * Amineæ uites, firmiſſima uino.
Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus,
Argitisque minor, cui non certauerit ulla,
Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos:

*Non ego te dijs et mẽſis &c. alij legunt.

* Non ego te menſis & dijs accepta ſecundis,
Tranſierim Rhodia, et tumidis Bumaſte racemis.
Sed neq; quàm multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint,
Eſt numerus, neq; enim numero cõprendere refert,
Quem qui ſcire uelit, Libyci uelit æquoris idem
Diſcere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ,
Aut ubi nauigijs uiolentior incidit Eurus.

Vndas numerare, Prouerbium.

Noſſe quot Ionij ueniant in littora fluctus,

Nec

Nec uerò terræ ferre omnes omnia poſſunt,
Fluminibus ſalices, craſſisq́; paludibus alni
Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montibus orni,
Littora myrtetis lætiſſima, deniq; apertos
Bacchus amat colles, aquilonem & frigora taxi.
Aſpice & extremis domitum cultoribus orbem,
Eoasq́; domos Arabum, pictoſque Gelonos:
Diuiſæ arboribus patriæ, ſola India nigrum
Fert Ebenum, ſolis eſt thurea uirga Sabæis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno,
Balſamaq́;, & baccas ſemper frondentis achanti?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
Velleraque in ſolijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis, ubi aëra uincere ſummum
Arboris haud ullæ iactu potuere ſagittæ?
Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.
Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem
Felicis mali, quo non præſentius ullum,
Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ,
Miſcueruntque herbas, & non innoxia uerba,
Auxilium uenit, ac membris agit atra uenena,
Ipſa ingens arbos faciemq́; ſimillima lauro:
Et ſi non alium latè iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud ullis labentia uentis:

Non omnes terræ omnia ferunt

Balſama in India creſcunt.

Synæreſis Liptote eſt

A ſapore.

Deſcriptio mali aurei, ſeu Citrini,

Flos apprime tenax, animas, & olentia Medi
Ora fouent illo, & senibus medicantur anhelis,
Encomium Italiæ. Sed neq; Medorum syluæ, ditissima terra,
Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus,
A comparatione aliarum regionum. Laudibus Italiæ certent, non Bactra, neq; Indi,
Totáq; thurifera Panchaia pinguis arenis,
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Inuertêre, satis immanis dentibus Hydri,
Nec galeis, densisq; uirûm seges horruit hastis.
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Massicus humor
Impleuere, tenent oleæq;, armentaq; læta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert,
Hyperbatõ. Hinc albi Clitumne greges, & maxima tauris
Ab aeris têperie. Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro
A fertilitate Romanos ad templa Deûm duxere triumphos,
A comparatione aliarũ regionum iterum laudat. Hic uer assiduum, atq; alienis mensibus æstas.
Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos.
At rabidæ tygres absunt, & sæua leonum
Semina, nec miseros fallunt aconita legentes,
Nec rapit immensos orbes per humũ, neq; tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Ab ædificijs Adde tot egregias urbes, operumq; laborem:
Tot congesta manu præruptis oppida saxis,
A fluminibus. tyrrhenum mare, Fluminaq; antiquos subter labentia muros,
An mare, quod suprà memorẽ, quodq; alluit infra?

An ne lacus tantos? te Lari maxime? teq;
Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?
An memorem portus? Lucrinoq; addita claustra?
Atq; indignatum magnis stridoribus æquor?
Iulia quà ponto longè sonat unda refuso:
Tyrrhenusq; fretis immittitur æstus auernis?
Hæc eadem argenti riuos, ærisq; metalla
Ostendit uenis, atq; auro plurima fluxit.
Hæc genus acre uirûm, Marsos, pubemq; Sabellã,
Assuetumq; malo Ligurem, Volscosque uerutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar,
Qui nunc extremis Asiæ iam uictor in oris,
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Salue magna parens frugum Saturnia tellus,
Magna uirûm tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis,
Ascræumq; cano Romana per oppida carmen.
Nunc locus aruorum ingenijs, quæ robora cuiq;
Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis,
Difficiles primũ terræ, collesque maligni,
Tenuis ubi argilla, & dumosis calculus aruis,
Palladia gaudent sylua uiuacis oliuæ.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, & strati baccis syluestribus agri.

Iulius exci sit mare sol tum irrum pere in Lu crynum la cum, facto aggere, De quo uide Suetonium

Conclusio

Aptissima transitione ad rem re uertitur. Propositio. De discrimi nibus terra rum & soli.

Terra pin guis uiribus apposita.

At quæ pinguis humus, dulciq; uligine læta,
Quiq; frequens herbis, & fertilis ubere campus:
Qualem sæpe caua montis conualle solemus
Despicere: huc summis liquuntur rupibus amnes,
Felicemq; trahunt limum, quique æditus austro:
Et filicem curuis inuisam pascit aratris:
Hic tibi prævalidas olim, multoq; fluentes
Sufficiet Baccho uites, hic fertilis uuæ,
Hic laticis, qualem pateris libamus, & auro,
Inflauit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras:
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis studium, uitulosque tueri:
Aut fœtus ouium, aut urentes culta capellas,
Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti.
Laudem patriæ suæ aspergit. Et qualem infelix amisit Mantua campum,
Pascentem niueos herboso flumine cygnos,
Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt,
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Terra frumentis idonea. Nigra ferè, & presso pinguis sub uomere terra,
Et cui putre solum (nanq; hoc imitamur errando)
Optima frumentis, non ullo ex æquore cernes,
Excursus in ista descriptione. Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis.
Aut unde iratus syluam deuexit arator,
Et nemora euertit multos ignava per annos,

Anti

Antiquasque domos auium, cum stirpibus imis
Eruit, illæ altum nudis petiere relictis.
At rudis enituit impulso uomere campus,
Nam iciuna quidem cliuosi glarea ruris,
Vix humiles apibus casias, roremque ministrat,
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta, negant alios æquè serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras,
Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq; uolucres.
Et bibit humorem, & cũ uult, ex seipsa remittit,
Quæq; suo uiridi semper se gramine uestit,
Nec scabie, & falsa lædit rubigine ferrum,
Illa tibi lætis intexet uitibus ulmos,
Illa ferax oleæ est, illam experiere colendo,
Et facilem pecori, & patientem uomeris unci.
Talem diues arat Capua, & uicina Veseuo
Ore iugo, & uacuis Clanius non æquus acerris.
Nunc quo quanq; modo possis cognoscere, dicam:
Rara sit, an supra morem si densa requiras,
Altera frumentis quoniam fauet, altera Baccho,
Densa magis Cereri, rarissima quæq; Lyeo:
Ante locum capies oculis, alteque iubebis
In solido puteum demitti, omnemq; repones
Rursus humum, et pedib. summas æquabis arenas,
Si deerunt, rarum, pecorique, & uitibus almis

Noualia. Hypotypos. Quomodo terra explorgetur.

Ea est optima, quæ fæpe ex se exhalat uebulam.

Ab exẽplis.

Densa terra

Sic deprehẽdas denſam ſi effoſſam terram rurſus in eundem locum regeras. Et ſi ſuperat, denſa eſt: ſin non implet foſſam, eſt rara.

Aptius uber erit: ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca, & ſcrobibus ſuperabit terra repletis,
Spiſſus ager, glebas cunctantes, craßaque terga
Expecta, & ualidis terram proſcinde iuuencis.
Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara
Frugibus infelix (ea nec manſueſcit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſeruat)
Tale dabit ſpecimen, tuſpiſſo uimine qualos,
Colaq; prælorum fumoſis diripe tectis.
Huc ager ille malus, dulceſque à fontibus undæ
Ad plenum calcentur, aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per uimina guttæ.
At ſapor indicium faciet manifeſtus, & ora
Triſtia tentatum ſenſu torquebit amaror.
Pinguis item quæ ſit tellus, hoc deniq; pacto
Diſcimus: haud unquam mambus iactata fatiſcit,
Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.
Humida maiores herbas alit, ipſaque iuſto
Lætior, ah nimium ne ſit mihi fertilis illa,
Neu ſe prævalidam primis oſtendat ariſtis,

Salſa.

Id eſt, herbis ſurgentibus. ἄκνρον. De terræ coloribus.

Quæ grauis eſt, ipſo tacitam te pondere prodit,
Quæque leuis, prõptũ eſt oculis prædiſcere nigrã,
Et quiſquis color: at ſceleratum exquirere frigus,
Difficile eſt, piceæ tantum, taxique nocentes
Interdum, aut hederæ pandunt ueſtigia nigræ.

His animaduerſis, terram multò antè memento
Extorquere, et magnos ſcrobibus cõcidere mõtes,
Ante ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas,
Quàm lætum inſodias uitis genus, optima putri
Arua ſolo, id uenti curant, gelidæque pruinæ,
Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.
At ſi quos haud ulla uiros uiglantia fugit,
Antè locum ſimilem exquirunt, ubi prima paretur
Arboribus ſeges, & quo mox digeſta feratur,
Mutata ignorent ſubitò ne ſemina matrem.
Quin etiam cœli regionem in cortice ſignant,
Vt quo quæque modo ſteterit, qua parte calores
Auſtrinos tulerit, quæ terga obuerterit axi,
Reſtituant, adeò in teneris conſueſcere multũ eſt.
Collibus, an plano melius ſit ponere uites,
Quere prius: ſi pinguis agros metabere campi,
Denſa ſere, in denſo non ſegnior ubere Bacchus:
Sim tumulis aceliue ſolum, colleſque ſupinos,
Indulge ordinibus, nec ſectus omnis in unguem
Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret.
Vt ſæpe ingenti bello cum longa cohortes
Expliciut legio, & campo ſtetit agmen aperto,
Direptæque acies, ac latè fluctuat omnis
Aere renidenti tellus, nec dum horrida miſcent
Prælia, ſed dubijs mediis Mars errat in armis,

Scrobes faciendæ & uertendum ſolum.

Hypallage proamouẽs & labefaciens. Translatæ arbores.

Epiphonema.

An in colle magis conducat, uelim plano.

Παραβολὴ mire facetæ.

Duplex cõmodum ordinis,

Omnia sint paribus numeris dimensa uiarum.
Non animum modò ut pascat prospectus inanem,
Sed quia non aliter uires dabit omnibus æquas
Terra, neq; in uacuũ poterũt se extendere rami.

Scrobes uitium nõ ad modum, profundæ, arborum profundæ sint. Eadem Pli. lib. 16. c. 31.

Forsitan & scrobibus, quæ sint fastigia quæras,
Ausim uel tenui uitem committere sulco,
Altius ac penitus terræ defigitur arbos,
Aesculus in primis, quæ quantum uertice ad auras
Aetherias, tantum radice in tartara tendit.
Ergo non hyemes illam, non flabra, neq; hymbres
Conuellunt, immota manet, multosque per annos
Multa uirũm uoluens durando secula uincit.

Non uergãt ad occidentem.

Tum fortes latè ramos, & brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram,
Neúe tibi ad solem uergant uineta cadentem,

Non ex summis arboribus defringendæ plantæ.

Neúe inter uites Corylum sere, neúe flagella
Sũma pete, aut summas defringe ex arbore plãtas,
(Tantus amor terræ) neu ferro læde retuso

Non inserẽdus oleaster oleæ,

Semina, neúe Oleæ syluestres insere truncos,
Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis.
Qui furtim pingui primùm sub cortice tectus,
Robora comprendit, frondesq; elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit, inde secutus
Per ramos uictor, perq; alta cacumina regnat,
Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram

Ad cœlum picea crassus caligine nubem,
Præsertim si tempestas à uertice syluis
Incubuit: glomeratq; ferens incendia uentus,
Hoc ubi, non à stirpe ualent, cæsæq; reuerti
Possunt, atq; ima similes reuiresc ere terra,
Infelix superat sõlijs oleaster amaris.

Nõ fodiendum aut arandum spirante Borea

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat autor
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.
Rura gelu tum claudit hyems: nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.

Vere serẽdæ uites, aut autumno,

Optima uinetis satio est, cùm Vere rubenti
Candida uenit auis longis inuisa colubris,
Prima uel autumni sub frigore, cum rapidus Sol
Nondum hyemem cõtingit equis, iã præterit æstas
Ver adeò frondi nemorum, uer utile syluis,
Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.

Descriptio Veris.

Tũ pater omnipotens fœcundis hymbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit: & omneis
Magnus alit, magno commistus corpore fœtus.

Aiucundo.

Auia tum resonant auibus uirgulta canoris,
Et uenerem certis repetunt armenta diebus,
Parturit almus ager: Zephyriq; tepentibus auris

Abaura.

Laxant arua sinus: superat tener omnibus humor,

A moderata cœli tẽperie

Inq; nouos soles audent se gramina tutò
Credere: nec metuit surgentes pampinus Austros,

Aut actum cœlo magnis Aquilonibus hymbrem:
Poëtici excursus. Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes,
Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies: aliumúe habuisse tenorem
Repetitio Crediderim: uer illud erat: uer magnus agebat
Orbis: & hybernis parcebant flatibus Euri,
Vide lactantium lib. 2. diuinarum institutionum. Cùm primùm lucem pecudes hausere, uirûmq́;
Ferrea progenies duris caput extulit aruis,
Immissæq́; feræ syluis, & sydera cœlo.
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,
Si non tanta quies iret frigusq́;, caloremq́;
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.
Qd' superest, quæcũq; premes uirgulta per agros
Fimum inijciendum uitibus. Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra
Aut lapidẽ bibulũ, aut squallenteis in fode conchas
Inter enim labentur aquæ, tenuisq́; subibit
Redit a digressione. Halitus, atq; animos tollent sata: iamq́; reperti,
Qui saxo super, atq; ingentis pondere testæ
Vrgerent, hoc effusos munimen ad hymbres:
Aetiologia. Hoc ubi hiulca siti findit canis æstifer arua.
Seminibus positis superest deducere terram,
Fodiẽdum singulis mẽsibus & herbæ extirpãdæ. Sæpius ad capita, & duros iactare bibentes,
Aut presso exercere solum sub uomere: & ipsa
Flectere luctantes inter uineta iuuencos.
Tum leues calamos, & rasæ hastilia uirgæ,

Frax-

Fraxineasq́; aptare sudes, furcasq́; bicornes, Pedaminibus subleuãdæ teneræ uites.
Viribus eniti quarum & contemnere uentos
Assuescant, summasq́; sequi tabulata per ulmos.
Ac dum prima nouis adolescit frondibus ætas, Elegans metaphora
Parcendum teneris: & dum se lætus ad auras
Palmes agit laxis per purum immissus habenis,
Ipsa acie falcis nondum tentanda, sed uncis
Carpendæ manibus frondes, interq́; legendæ. Pãpinatione utendũ
Inde ubi iam ualidis amplexæ stirpibus ulmos
Exierint, tunc stringe comas, tunc brachia tonde, Hypotypo.
Ante reformidant ferrum, tunc deniq; dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.
Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendũ est,
Præcipue dum frons tenera, imprudensq́; laborũ. Frons: πάθος.
Cui, super indignas hyemes, Solemq́; potentem,
Syluestres uiri aßiduè, capreæq́; sequaces
Illudunt: pascuntur oues, auidæq́; iuuencæ,
Frigora nec tantum cana concreta pruina.
Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas,
Quantum illi nocuere greges, duriq́; uenenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix. Quare caper Baccho immoletur uide Varro lib. 1. cap. 2.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur: & ueteres ineunt proscenia ludi,
Præmiaq́; ingentes pagos, & compita circùm
Theseide posuere: atq; inter pocula læti

Mollibus

Mollibus in pratis unctos saliere per utres.
Deductiti ciues. Vide Liui. li. 7. ab urbe condita. Nec non Ausonij Troia gens missa coloni
Versibus in comptis ludunt, risuq; soluto,
Oraq; corticibus sumunt horrenda cauatis,
Et te Bacche uocant per carmina læta: tibiq;
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit uinea fœtu,
Id est pulchrum Complentur uallesq; cauæ, saltusq; profundi,
Et quodcunq; Deus circum caput egit honestum.
Ergo ritè suum Baccho dicemus honorem
Clausula. Carminibus patrijs: lancesq;, & liba feremus:
Et ductus cornu stabit sacer Hircus ad aram,
De fodiendis uineis. Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis.
Redit a digressione. Est etiam ille labor curandis uitibus alter,
Cui nunquã exhausti satis est, nanq; omne quotãnis
Terq;, quaterq; solum scindendum: glebaq; uersis
Id est, liberandum. Aeternum frangenda bidentibus: omne leuandum
Frinde nemus, redit agricolis labor actus in orbẽ
Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus.
Et iam olim, seras posuit cum uinea frondes,
Frigidus & syluis aquilo decussit honorem,
Iam tum acer curas uenientem extendit in annum
Post uindemiam sequitur putatio. Rusticus: & curuo Saturni dente relictam
Persequitur uitem attondens, fingitq; putando.
Primus humum fodito, primus deuecta cremato

Sar-

Sarmenta, & uallos primus sub tecta referto.
Bis pampinandum. Postremus metito, bis uitibus ingruit umbra,
Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ.
Durus uterq; labor: laudato ingentia rura,
Exiguum colito: nec non etiam aspera rusci
Vimina per syluam, & ripis fluuialis arundo
Cæditur: incultiq; exercet cura salicti.
Iam uinctæ uites: iam falcem arbusta reponunt,
Extremos uitium ordines. Iam canit extremos effœtus uinitor antes
Sollicitanda tamen tellus, puluisq; mouendus,
Et iam maturis metuendus Iuppiter uuis.
Oliuæ. Contrà, non ulla est oleis cultura: neq; illæ
Procuruam expectant falcem, rastrosq; tenaces,
Cùm semel hæserunt aruis, aurasq; tulerunt,
Ipsa satis tellus, cũ dente recluditur unco,
Futurum passiuum. Sufficit humorem, & grauidas cũ uomere fruges.
Imperatiui loco futuri actiui. Hoc pinguem, & placitam paci nutritor oliuam.
Poma quoq;, ut primũ truncos sensere ualentes,
Et uires habuere suas: ad sydera raptim
De arbustis & fruticibus. Vi propria nituntur: opisq; haud indiga nostræ.
Aminore. Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit,
Metentur Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis.
Tondentur Cythisi: tedas sylua alta ministrat,
Pascunturq; ignes nocturni, & lumina fundunt.
Epiphonema. Et dubitant homines serere, atq; impendere curã.

Quid

Occupatio. Quid maior sequar? salices, humiles q; genistæ,
Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbram
Sufficiunt, sepemq; satis, & pabula melli,
Et iuuat undantem Buxo spectare Cytorum,
Nariciæq; picis lucos, iuuat arua uidere,
Cui rei quę materia apposita, Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ.
Ipsæ Caucaseo steriles in uertice syluæ,
Quas animosi Euri assidue franguntq;, feruntq;,
Dant alios aliæ fœtus, dant utile lignum
Nauigijs pinos, domibus cedros q; cupressos q;.
Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris
Agricolæ, & pandas ratibus posuere carinas.
Viminibus salices fœcundæ, frondibus ulmi,
At Myrtus ualidis hastilibus, & bona bello
Cornus. Cornus: Ithyreos taxi torquentur in arcus:
Nec tiliæ leues, aut torno rasile buxum,
Non formam accipiunt, ferroq; cauantur acuto.
Nec non & torrentem undam leuis innatat alnus
Speciem pro genere posuit. Missa Pado, nec non & apes examina condunt
Corticibusq; cauis, uitioſæq; Ilicis alueo.
Quid memorandum æque Baccheia dona tulerũt
Thessaliæ populus. Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentes
Strа. lib. 9. Centauros leto domuit, Rhœtumq;, Pholumq;,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.
Propositio. O fortunatos nimium, sua si bona norint,

Agri-

Agricolas, quibus ipsa, procul discordibus armis, Exclamatio Collatio bonorum.
Fundit humo facilem uictum iustissima tellus,
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis uomit ædibus undam, Digreditur in laudes uitæ rusticæ,
Nec uarios inhiant pulchra testudine postes,
Illusas q; auro uestes, Ephyreia q; æra,
Alba nec Assirio fucatur lana ueneno,
Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi,
At secura quies, & nescia fallere uita,
Diues opum uariarum, at latis otia fundis. Bona ruris
Speluncæ, uiuique lacus: at frigida Tempe,
Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni,
Non absunt illis saltus, ac lustra ferarum,
Et patiens operum, paruoque assueta iuuentus, A laboris patientia.
Sacra Deûm, sanctique patres, extrema per illos Hesiodum uide in I.
Iustitia excedens terris uestigia fecit.
Me uerò primùm dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero, ingenti perculsus amore, Prolepsis: Astrologia
Accipiant: cœlique uias, & sydera monstrent,
Defectus Solis uarios, Lunæq; labores,
Vnde tremor terris, qua ui maria alta tumescant
Obicibus ruptis, rursusq; in se ipsa residant.
Quid tantum oceano properent se tingere Soles Physica. Plin. lib. 2.
Hyberni: uel quæ tardis mora noctibus obstet.
Sin, has ne possim naturæ accedere partes,

Frigi-

Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis,
Rura mihi, & rigui placeant in uallibus amnes,
Flumina amem, syluasq; inglorius: ò, ubi campi
Sperchius q;, & uirginibus bacchata Lacænis
Taygeta: ò, qui me gelidis in uallibus Hæmi
Sistat, & ingenti ramorum protegat umbra!
Felix, qui potuit rerum cognoscere caussas,
Atq; metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari.
Fortunatus & ille Deos qui nouit agrestes,
Panaq;, Syluanumq; senem, Nymphasq; sorores,
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro.
Non res Romanæ, perituraq; regna, neq; ille
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipsa uolentia rura
Sponte tulêre sua, carpsit: nec ferrea iura,
Insanumq; forum, aut populi tabularia uidit.
Sollicitant alij remis freta cæca, ruuntq;
In ferrum, penetrant aulas, & limina regum.
Hic petit excidijs urbem, miseroq; penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat Ostro.
Condit opes alius, defossoq; incubat auro.
Hic stupet attonitus rostris, hunc plausus hiantē

Mons est Laconiæ quæ est in Achaia Ser. lib. 10.

Exclamatio

Collatio.

Incōmoda urbis.

Per contentionem laudat uitā rusticam.

Gemmeo poculo, uide Plin. in præfa. 33. li.

Per

Per cuneos (geminatur enim) plebis q;, patrumq;
Corripuit: gaudent perfusi sanguine fratrum,
Exilio q; domos, & dulcia limina mutant,
Atq; alio patriam quærunt sub sole iacentem.
Agricola incuruo terram dimouit aratro.
Hinc anni labor: hinc patriam, paruosq; nepotes
Sustinet: hinc armenta boum, meritosq; iuuencos,
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi,
Prouentuq; oneret sulcos, atq; horrea uincat.
Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis,
Glande sues læti redeunt: dant arbuta syluæ,
Et uarios ponit fœtus autumnus: & alte
Mitis in apricis coquitur uindemia saxis.
Interea pendent dulces circum oscula nati,
Casta pudicitiam seruat domus: ubera uaccæ
Lactea demittunt: pingues q; in gramine læto,
Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi.
Ipse dies agitat festos: fusus q; per herbam,
Ignis ubi in medio: & socij cratera coronant,
Te libans Lenæe uocat: pecoris q; magistris
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo,
Corporaque agresti nudant prædura palæstra.
Hanc olim ueteres uitam coluere Sabini,
Hanc Remus, & frater: sic fortis Hetruria creuit,

Commoda ruris.

Ocium.

Commoda priuatæ uitæ rusticanę

Ludi agricolarum.

Eadē apud Var. 2. ca. 1.

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septem quæ unà sibi muro circundedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & ante
Impia quàm cæsis gens est epulata iuuencis,
Aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.
Nec dum etiam audierant inflari classica, nec dum
Allegoria cũ translatione, uide Fab. lib. 8. Impositos duris crepitare incudibus enses.
Sed nos immensum spatij confecimus æquor,
Et iam tempus equum fumantia soluere colla.

PVB. VERGILII MARONIS Georgicõn Liber tertius.

ARGVMENTVM.

Tertius armenti curam, pecorisq; recenset,
Quoq; modo morbi, quoq; leuandus amor.

TE quoq; magna Pales, & te memorande canemus
Pastor ab Amphryso, uos syluæ, amnesq; Lycæi.
Cætera, quæ uacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam uulgata, quis aut Euristhea durum?
Aut illaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?
Hippodameq; humeroq; Pelops insignis eburno,

Acer equis: tentanda uia est, qua me quoq; possim
Tollere humo, uictorque uirum uolitare per ora.
Primus ego in patriam mecũ (modo uita supersit)
Aonio rediens deducam uertice Musas,
Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas,
Et uiridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius, & tenera prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæsar erit, templumque tenebit:
Illi uictor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.
Promittit Augusto ludos curruales, alij Circenses uocant, de quibus Liui. lib. 2.
Cuncta mihi Alpheũ linquens, lucosque Molorchi
Cursibus & crudo decernet Græcia cæstu.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ
Dona feram, iam nunc solennes ducere pompas
Ad delubra iuuat, cæsosq; uidere iuuencos,
Vel scena ut uersis discedat frontibus, utq;
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
In foribus pugnam ex auro, solidoque elephanto
Augusti, nã Florus scribit Augustum ob ingẽtia facta Romulum dictum.
Gangaridum faciam, uictorisque arma Quirini.
Atq; hic undantem bello, magnumque fluentem
Nilum, ac nauali surgentes ære columnas.
Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphatẽ,
Fidentemque fuga Parthum, uersisque sagittis,
Et duo rapta manu diuerso ex hoste Trophæa,

Iustinus li. 4.

Bisq; triumphatas utroq; ab littore gentes.
Stabunt & Parij lapides, spirantia signa,
Assaraci proles, demissæq; ab Ioue gentis
Nomina, Trosq; parēs, & Troiæ Cynthius autor
Inuidia infelix furias, amnemque seuerum
Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues,

Syſiphi ſcilicet.

Immanemque rotam, & non exuperabile saxum.
Interea Dryadum syluas, saltusque sequamur
Intactos, tua Mecœnas haud mollia iussa,
Te sine nil altum mens inchoat, en age segneis
Rumpe moras: uocat ingenti clamore Citheron,
Taygetiq; canes, domitrixq; Epidaurus equorū,
Et uox assensu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardenteis accingar dicere pugnas,
Cæsaris & nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.

Diuiſio de bobus.

Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Pascit equos: seu quis fortes ad aratra iuuencos,
Corpora præcipue matrum legat, optima toruæ
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nullus lateri modus: omnia magna,
Pes etiam: & camuris hirtæ sub cornibus aures.
Nec mihi d ſpliceat maculis insignis, & albo,
Aut iuga detrectans: interdumq; aspera cornu,

Eadē Var. lib. 2. cap. 5.

Et faciem Tauro propior, quæq; ardua tota,
Et gradiens ima uerrit uestigia cauda.
Aetas Lucinam, iustosq; pati Hymenæos
Desinit ante decem, post quatuor incipit annos.
Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
Interea, superat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares, mitte in uenerem pecuaria primus,
Atq; aliam ex alia generando suffice prolem.
Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; Senectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis,
Semper erunt, quarum mutari corpora malis
Semper enim refice, ac, ne post amissa requiras,
Ante ueni, & sobolem armento sortire quotannis.
Nec non & pecori est idem delectus equino.
Tu modo, quos in spem statuis submittere gentis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Continuò pecoris generosi pullus, in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus & ire uiam, & fluuios tentare minaces
Audet, & ignoto sese committere ponti.
Nec uanos horret strepidus, illi ardua ceruix,
Argutumque caput, breuis aluus, obesaque terga,
Luxuriatque toris animosum pectus, honesti
Spadices, glaucique color deterrimus albis,

Tēpus idoneū partui. De Lucina uide Cic. li. 2. de nat. de.

De equorū indole explorāda,

Deterrimus equorū color.

Et giluo, tum, si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus,
Collectumq; premens uoluit sub naribus ignem.
Exempla generosorum equorum. Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.
At duplex agitur per lumbos spina, cauatq;
Tellurem, et solido grauiter sonat ungula cornu.
Talis Amyclei domitus Pollucis habenis
Amycle oppidũ Laconiæ regionis Achaiæ quæ fuit patria Castoris & Pollucis Strabo. lib. 6. Cyllarus, & (quorum Graij meminere Poëtæ)
Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.
Talis & ipse iubam ceruice effudit equina,
Coniugis aduentu pernix Saturnus, & altum
Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto.
Hũc quoq;, ubi aut morbo grauis, aut iã segnior annis
Deficit, abde domo: nec turpi ignosce senectæ. (nis
Admissarius. Frigidus in uenerem senior, frustraq; laborem
Ingratũ trahit, & (si quando ad prælia uentũ est)
Vt quondam in stipulis magnus sine uiribus ignis,
Incassum furit, ergo animos, æuumq; notabis
Quomodo deprehẽdatur animositas. Præcipue, hinc alias artes, prolemq; parentum,
Et quis cuiq; dolor uicto, quæ gloria palmæ.
Non ne uides, cum præcipiti certamine campum
Corripuêre, ruuntq; effusi carcere currus,
Cum spes arrectæ iuuenum, exultantiaq; haurit
Corda pauor pulsans, illi instant uerbere torto,
Et prona dant lora, uolat ui feruidus axis.

Iamq;

Iamq; humiles, iamq; elati sublime uidentur
Vide Gel. li. 2. cap. 16. Aëra per uacuum ferri, atq; assurgere in auras,
Nec mora, nec requies, at fuluæ nimbus arenæ
Qui equorum inuentores. Macro. lib. 6. Enianos esse uersus scribit. Tollitur, humescunt spumis, flatuq; sequentum.
Tantus amor laudum, tantæ est uictoria curæ.
Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere uictor.
Prena Pelethronij Lapithæ, gyrosq; dedêre
Impositi dorso, atq; equitem docuere sub armis
Equitẽ pro equo uide Gel. lib. 18. cap. 6. Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Æquus uterq; labor, æque iuuenemq; magistri
Exquirunt, calidumq; animis, & cursibus acrem,
Quamuis sæpe fuga uersos ille egerit hostes,
Et patriam Epeirum referat, fortesq; Mycenas,
Neptumq; ipsa deducat origine gentem.
His animaduersis, instant sub tempus, & omneis
Impendunt curas denso distendere pingui,
Quem legêre ducem, & pecori duxere maritum,
Florentesq; secant herbas, fluuiosq; ministrant,
Coëundi equis initium Vere est, autor Aristot. lib. 6. Farraq;, ne blando nequeant superesse labori,
Inualidiq; patrum referant ieiunia nati.
De saginandis admissarijs. Ipsa autem macie tenuant armenta uolentes.
Atq; ubi concubitus primos iam nota uoluptas
Sollicitat, frondesq; negant, & fontibus arcent,
Sæpe etiam cursu quatiunt, & Sole fatigant,

Descriptio meridiei rustica.

Cùm grauiter tonsis gemit area frugibus, & cùm
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.

Ratio physica.

Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes.
Sed rapiat sitiens uenerem, interiusque recondat.
Rursus cura patrum cadere, & succedere matrũ

Quomodo sint grauidę curandæ.

Incipit, exactis grauidæ cùm mensibus errant.
Non illas grauibus quisquã iuga ducere plaustris,
Non saltu superare uiam sit passus, & acri
Carpere prata fuga, fluuiosq; innare rapaces,
Saltibus in uacuis pascant, & plena secundum
Flumina: muscus ubi, & uiridissima gramine ripa,
Speluncæque tegant, & saxea procubet umbra.
Est lucos Silari circa, ilicibusque uirentem

De quo Plin. lib. 11. ca. 16.

Plurimus Alburnum uolitans, cui nomen Asilo
Romanum est, œstron Graij uertêre uocantes,
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther
Concussus, syluæq; & sicci ripa Tanagri.
Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.
Hunc quoq; (nam mœdis feruoribus acrior instat)
Arcebis grauidopecori, armentáq; pasces
Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.
Post partum, cura in uitulos traducitur omnis,

Con-

Continuoq; notas, & nomina gentis inurunt.
Et quos aut pecori malint submittere habendo,
Aut aris seruare sacris, aut scindere terram,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis,
Cætera pascuntur uirides armenta per herbas.
Tu quos ad studium, atq; usum formabis agrestem,
Iam uitulos hortare, uiamq; insiste domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas,
Ac primùm laxos tenui de uimine circlos
Ceruici subnecte, dehinc, ut libera colla
Seruitio assuerint, ipsis è torquibus aptos
Iunge pares, & coge gradum conferre iuuencos,
Atq; illis iam sæpe rotæ ducantur inanes
Per terram, & summo uestigia puluere signent,
Pòst ualido nitens sub pondere fagnus axis
Instrepat, & iunctos temo trahat æreus orbes.
Interea pubi indomitæ, non gramina tantum,
Nec uescas salicum frondes, uluamq; palustrem,
Sed frumenta manu carpes sata, nec tibi fœtæ
More patrum niuea implebunt mulctralia uaccæ:
Sed tota in dulces consument ubera natos.
Sin ad bella magis studium, turmasque feroces:
Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Iouis in luco currus agitare uolantes:
Primus equi labor est, animos atq; arma uidere

Bellantum, lituoſque pati, tractuq; gementem
Ferre rotam, & ſtabulo frenos audire ſonantes,
Tum magis, atq; magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plauſæ ſonitum cerucis amare.
Atq; hæc iam primo depulſus ab ubere matris
Audiat, inq; uicem det mollibus ora capistris
Inualidus, etiamq; tremens etiam inſcius æui,
At tribus exactis, ubi quarta acceſſerit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq; ſonare
Compoſitis, ſinuetq; alterna uolumina crurum,
Sitq; laboranti ſimilis, tum curſibus auras
Prouocet, ac per aperta uolans, ceu liber habenis,
Aequora, uix ſumma ueſtigia ponat arena.
Qualis Hyperboreis Aquilo cùm denſus ab oris
Incubuit, Scythiæque hyemes, atq; arida differt
Nubila, tum ſegetes altæ, campique natantes
Lenibus horreſcunt flabris, ſummæq; ſonorem
Dant ſyluæ, longique urgent ad littora fluctus,
Illæ uolat, ſimul arua fuga, ſimul æquora uerrens,
Hic uel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit ſpacia, & ſpumas aget ore cruentas,
Belgica uel molli melius feret eſſeda collo.
Tum demum craſſa magnum farragine corpus
Creſcere iam domitis ſinito, nanq; arte domandum
Ingentes tollent animos, prenſiq; negabunt

Popiſmata intelligit.

Venus maſculos equos eneruat.

Ver-

Verbera lenta pati, & duris parêre lupatis,
Sed non ulla magis uires induſtria firmat,
Quàm Venerẽ, & cœci ſtimulos auertere amoris,
Siue boum, ſiue eſt cui gratior uſus equorum,
Atq; ideo tauros procul, atque in ſola relegant
Paſcua, poſt montẽ oppoſitũ, et trans flumina lata,
Aut intus clauſos ſatura ad præſepia ſeruant,
Carpit enim uires paulatim, uritque uidendo
Fœmina, nec nemorũ patitur meminiſſe, nec herbæ,
Dulcibus illa quidem illecebris, et ſæpe ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes,
Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca,
Illi alternantes multa ui prælia miſcent
Vulneribus crebris, lauit ater corpora ſanguis,
Verſaque in obnixos urgentur cornua uaſto
Cum gemitu, reboant ſyluæq; & magnus Olympus
Nec mos bellantes unà ſtabulare, ſed alter
Victus abit, longeq; ignotis exulat oris,
Multa gemens, ignominiam, plagasque ſuperbi
Victoris, tum quos amiſit inultus amores:
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis,
Ergo omni cura uires exercet, & inter
Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili,
Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta,
Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit,

Caryx herba paluſtris Germani ſchuertel uocant,

Arbo-

Arboris obnixus trunco, uentoſque laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.
Bos laſſus fortius figit pedem, Pòſt, ubi collectum robur, uireſque receptæ,
Signa mouet, præcepsq; oblitum fertur in hoſtem,
Fluctus ut in medio cœpit cũ albeſcere ponto
Longus, ex altoque ſinum trahit, utq; uolutus
Ad terras immane ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor procumbit: at ima exæſtuat unda
Vorticibus, nigramq; altè ſubiecta arenam.
Omne adeò genus in terris hominũque, ferarumque,
Et genus æquoreum pecudes, pictæque uolucres,
In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem.
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior errauit campis, nec funera uulgò
Vrſi informes. Tam multa infõrmes urſi, ſtragemque dedere.
Per ſyluam tum ſæuus aper, tum peßima tygris:
Heu malè tum Libyæ ſolis erratur in agris.
Nonne uides, ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, ſi tantum notas odor attulit auras?
Ac neque eos iam frena uirũm, nec uerbera ſæua,
Non ſcopuli, rupeſque cauæ, atq; obiecta retardãt
Flumina correptos unda torquentia montes.
Ipſe ruit, denteſque Sabellicus exacuit ſus,
Et pedibus ſubigit terram, fricat arbore coſtas,
Atq; hinc, atq; illinc humeros ad uulnera durat.

Quid

Quid iuuenis, magnum cui uerſat in oßibus ignem
Durus amor? nempe abruptis turbata procellis
Cœca nocte natat ſerus freta, quem ſuper ingens
Porta tonat cœli, & ſcopulis illiſa reclamant
Æquora, nec miſeri poſſunt reuocare parentes,
Nec moritura ſuper crudeli fũnere uirgo,
Lynces. Lupi. Canes. Quid lynces Bacchi uariæ? & genus acre luporũ?
Atq; canum? quid quæ imbelles dant prælia cerui?
Scilicet ante omnes furor eſt inſignis equarum,
Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumpſere quadrigæ,
Illas ducit amor trans Gargara, transq; ſonantem
Aſcanium, ſuperant montes, & flumina tranant,
Continuoq; auidis ubi ſubdita flamma medullis,
Vere magis (quia uere calor redit oßibus) illæ
Equas concipere ſine maribus, qui partus durat ſolum triennium. Versus ſponDaicus. Ore omnes uerſæ in Zephyrũ, ſtant rupibus altis,
Exceptantque leues auras, & ſæpe ſine ullis
Coniugijs uento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per, & ſcopulos, & depreſſas conualles
Diffugunt, non Eure tuos, neq; ſolis ad ortus
In Boreã, Carumque, aut unde nigerrimus Auſter
Naſcitur, & pluuio contriſtat frigore cœlum,
Hinc demũ Hippomanes, uero quod nomine dicũt
Paſtores, lentum diſtillet ab inguine uirus.
Hippomanes, quod ſæpe malæ legêre nouercæ,

Miſcue-

Miſcueruntq; herbas, & non innoxia uerbẽa,
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,
Singula dum capti circumuectamur amore,
De minoribus pecudibus. Hoc ſatis armentis ſuperat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtasq; capellas,
Hic labor, hinc laudem ſortes ſperate coloni.
Nec ſum animi dubius, uerbis ea uincere, magnum
Quàm ſit, et anguſtis hunc addere rebus honorem,
Sed me Parnaſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor, iuuat ire iugis, quà nulla priorum
Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.
Nunc ueneranda Pales, magno nunc ore ſonandũ,
Incipiens ſtabulis edico in mollibus herbam
De cũrandis ouibus. Carpere oues, dum mox frondoſa reducitur æſtas,
Et multa duram ſtipula, filicumq; manuplis
Sternere ſubter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus, ſcabiemq; ferat, turpeſque podagras.
De capris. Pòſt hinc digreſſus, iubeo frondentia capris
Arbuta ſufficere, & fluuios præbere recentes,
Et ſtabula à uentis hyberno opponere Soli
Ad medium conuerſa diem, quum frigidus olim
Iam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno,
Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuenda:
Nec minor uſus erit, quamuis Mileſia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores,

Denſior

Denſior hinc ſoboles, hinc largi copia lactis,
Quàm magis exhauſto ſpumauerit ubere mulctra,
Læta magis preſſis manabunt ubera* mammis, * flumina.
Nec minus interea barbas, incanaq; menta
Cinyphij tondent hirci, ſetasq; comanteis
Vſum in caſtrorum, & miſeris uelamina nautis.
Paſcuntur uerò ſyluas, & ſumma Lycæi,
Horrenteſque rubos, & amantes ardua dumos,
Atq; ipſæ memores redeunt in tecta, ſuosque
Ducunt, & grauido ſuperant uix ubere limen.
Ergo omni ſtudio glaciem, uentoſque niuales,
Quo minus eſt illis curæ mortalis egeſtas,
Auertes, uictumq; feres, & uirgea lætus
Pabula, nec tota claudes fœnilia bruma,
At uerò Zephyris cum læta uocantibus æſtas,
In ſaltus utrunq; gregem, atq; in paſcua mittes.
Luciferi primo cum ſydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dũ gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba,
Inde ubi quarta ſitim cœli collegerit hora.
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ,
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam:
Aeſtibus at mediis umbroſam exquirere uallem,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus

In-

Ingentes tendat ramos, aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubet umbra,
Tum tenues dare rurſus aquas, et paſcere rurſus
Solis ad occaſum, quũ frigidus aëra veſper
Temperat, & ſaltus reficit iam roſcida luna,
Littoraq; Halcyonem reſonant, et Acãtida dumi.
Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua uerſu
Proſequar? & raris habitata Mapalia tectis?
Sæpe diem, noctemq;, & totum ex ordine menſem
Paſcitur, itq; pecus longa in deſerta, ſine ullis
Hoſpitijs, tantum campi iacet, omnia ſecum
Armentarius Afer agit, tectumq; laremque,
Armaque, Amyclæũque canẽ, craſſãque pharetrã,
Non ſecus, ac patrijs acer Romanus in armis,
Iniuſto ſub faſce uiam cũ carpit & hoſti
Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris,
At non, quà Scythiæ gentes, Meoticaque unda,
Turbidus & torquens flauentes Iſter arenas,
Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axẽ
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta, neq; ullæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes,
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, ſeptemque aſſurgit in ulnas,
Semper hyems, ſemper ſpirantes frigora Cauri,
Tum Sol pallentes haud unquam diſcutit umbras,

Hypallage quo tempore Halcyon per littora reſonet.

Occupatio.

Comparat paſtores Romano militi

Nec

Nec cũ inuectus equis altum petit æthera, nec quũ
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum,
Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ,
Vndaq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes,
Puppibus illa prius patulis, nunc hoſpita plauſtris.
Aeraq; diſſiliunt uulgò, ueſteſque rigeſcunt
Indutæ, cæduntq; ſecuribus humida uinã,
Et totæ ſolidam in glaciem uertere lacunæ,
Striaq; impexis induruit horrida barbis,
Interea toto non ſecius aëre ningit.
Intereunt pecudes, ſtant circumfuſa pruinis
Corpora magna boum, confertoq; agmine cerui,
Torpent mole noua, et ſummis uix cornibus extãt.
Hos non immiſſis canibus, non caſſibus ullis,
Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ,
Sed fruſtra oppoſitum trudentes pectore montem.
Comminus obtruncant ferro, grauiterq; rudentes
Cædunt, & magno læti clamore reportant.
Ipſi in defoſſis ſpecubus, ſecura ſub alta
Ocia agunt terra, congeſtaq; robora, totas
Aduoluere focis ulmos, ignique dedere.
Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atq; acidis imitantur uitea ſorbis,
Talis Hyperboreo ſeptem ſubiecta Trioni
Gens effrena uirũm, Rhiphæo tunditur Euro.

Viuendi ratio Scytharum.

Potus,

Et pecudum fuluis uelantur corpora ſetis,
Si tibi lanicium curæ, primùm aſpera ſylua,
Lappæq; tribulique abſint: fuge pabula læta,
Continuoque greges uillis lege mollibus albos,
Hoc phyſicum eſt, omne enim animal pingue caret pilis. Illum autem (quamuis aries ſit candidus ipſe)
Nigra ſubeſt udo tantum cui lingua palato,
Reijce, ne maculis infuſcet uellera pullis
Naſcentum, plenoq; alium circumſpice campo.
Munere ſic niueo lanæ (ſi credere dignum eſt)
Pan deus Arcadiæ captam te Luna fefellit,
In nemora alta uocans, nec tu aſpernata uocantem.
Quid lac in ouibus augeat. At cui lactis amor cythiſum loto ſque frequentes
Ipſe manu, ſalſasque ferat præſepibus herbas.
Hinc et amãt fluuios magis, et magis ubera tendũt.
Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem.
Multi iam excretos prohibent à matribus hœdos:
Lactis uſus. Primaq; ferratis præfigunt ora capiſtris.
Quod ſurgente die mulſere, horisque diurnis,
Nocte premunt, quod iam tenebris & ſole cadente
Sub lucem exportãt calathis (adit oppida paſtor)
Aut parco ſale contingunt, hyemiq; reponunt.
Cura canũ. Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed unà
Veloces Spartæ catulos, acremq; Moloſſum
Paſce ſero pingui, nunquam cuſtodibus illis
Nocturnum ſtabulo furem, incurſuſq; luporum,

Aut

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos,
Populos Hiſpaniæ. Strabo li. 3. Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros,
Et canibus leporem, canibus uenabere damas.
Sæpe uolutabris pulſos ſylueſtribus apros
Latratu turbabis agens, monteſque per altos
Quæ incõmoda a pecoribus profligenda. Ingentem clamore premes ad retia ceruum.
Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum,
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros,
Sæpe ſub immotis præſepibus, aut mala tactu
De ſerpentibus. Vipera delituit, cœlumque exterrita fugit,
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & umbræ,
Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere uirus,
Fouit humum, cape ſaxa manu, cape robora paſtor
Tollentemque minas, & ſibila colla tumentem
Deijce, iamque fuga timidum caput abdidit altè,
Cùm medij nexus, extremæque agmina caudæ
Deſcriptiõ anguis Chelydri. Soluuntur, tardoſque trahit ſinus ultimus orbes.
Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis,
Squammea conuoluens ſublato pectore terga,
Atq; notis longam maculoſus gradibus aluum,
Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madent udo terræ, ac pluuialibus auſtris,
Stagna colit, ripisque habitans, hic piſcibus atram
Improbus ingluuiem, ranisq; loquacibus explet.
Poſtquã exhauſta palus, terræq; ardore dehiſcũt,

Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens,
Sæuit agris, asperque siti, atq; exterritus æstu,
Ne mihi tum molles sub diuo carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,
Cùm positis nouis exuuijs, nitidusque iuuenta
Voluitur, aut catulos tectis, aut ouа relinquens
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis,
Morborum quoq; te causas, & signa docebo,
De ouium scabie. Turpis oues tentat scabies, ubi frigidus hyber
Altius ad uiuum persedit, & horrida cano
Bruma gelu: uel cum tonsis illotus adhæsit
Sudor, & hirsuti secuerunt corpora uepres.
Dulcibus idcirco fluuijs pecus omne magistri
Perfundunt, udisque aries in gurgite uillis
Mersatur, missusque secundo defluit amni.
Plin. li. 35. cap. 5. Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
Et spumas miscent argenti, uiuaque sulphura,
Idæasque pices, & pingues unguine cæras,
Scylla herba, de qua Plin. lib. 20. ca. 9. Scyllāque elleborosque graues, nigrūque bitumen.
Non tamen ulla magis præsens fortuna laborū est,
Quàm si quis ferro potuit rescindere summum
Helleborū nigrū, nieſz uurtzel. Vlceris os: alitur uitium, uiuitque tegendo,
Dū medicas adhibere manus ad uulnera pastor
De febri. Abnegat, & meliora deos sedet omnia poscens.
Quin etiam ima dolor balantum lapsus ad ossa

Quum

Quum furit, atq; artus depascitur arida febris:
Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine uenam,
Populus Macedonię Plin. lib. 4. cap. 10. Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus,
Quum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarū,
Et lac concretum cum sanguine potat equino,
Quam procul aut molli succedere sæpius umbræ
Febris indicium. Videris, aut summas carpentem ignauius herbas,
Extremamq; sequi, aut medio procumbere campo
Pascentem, & seræ solam decedere nocti,
Continuò ferro culpam compesce, prius quàm
Dira per incautum serpant contagia uulgus.
Nō tam creber, agens hyemem, ruit æquore turbo,
Quàm multæ pecudum pestes, nec singula morbi
Corpora corripiunt: sed tota æstiua repente,
Id est, pecora, permetonymiam. Spēq; gregēque simul, cunctāq; ab origine gentem,
Tum sciat aerias Alpes, & Norica si quis
Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui,
Nunc quoq; pòst tanto uideat, desertaq; regna
Pastorum, & longè saltus, lateque uacantes.
Hic quondam morbo cœli, miseranda coorta est
Tempestas, totoque Autumni incanduit æstu:
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum:
Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.
Nec uia mortis erat simplex, sed ubi ignea uenis

Omnibus acta sitis, miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se
Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
Sæpe in honore Deûm medio stans hostia ad aram,
Linea dum niuea circundatur infula uitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda ministros,
Aut si quam ferro mactauerat antè sacerdos,
Inde neq; impositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere Vates,
Ac uix suppositi tinguntur sanguine cultri,
Summaque ieiuna sanie infuscatur arena,
Hinc lætis uituli uulgò moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies uenit, et quatit ægros
Tußis anhela sues, ac faucibus angit obesis.

De morbo equorum.

Labitur infelix studiorum, atq; immemor herbæ
Victor equus, fontesq́; auertitur, & pede terram
Crebra ferit, dimissæ aures, incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris, frigidus, aret
Pellis, & ad tactum tractandi dura resistit.
Hæc ante exitium primis dant signa diebus.
Sin in processu cœpit crudescere morbus,
Tum uerò ardentes oculi, atq; abstractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis, imaque longo
Ilia singultu tendunt, it naribus ater

Sanguis

Sanguis, & obsessas fauces premit aspera lingua.
Profuit inserto latices infundere cornu
Lenæos, ea uisa salus morientibus una.
Mox erat hoc ipsum exitio, furijsque refecti
Ardebunt, ipsiq́; suos, iam morte sub ægra
(Dij meliora pijs, erroremque hostibus illum)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub uomere taurus
Concidit, & mistum spumis uomit ore cruorem,

De tauris.

Extremosque ciet gemitus, it tristis arator
Mœrentem abiungens fraterna morte iuuencum,
Atq; opere in medio defixa relinquit aratra.
Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt
Prata mouere animum, non qui per saxa uolutus
Purior electro campum petit amnis, at ima
Soluũtur latera, atq; oculos stupor urget inerteis,
Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix.
Quid labor, aut benefacta iuuant? qd uomere ter-
Inuertisse graues? atqui nõ Maßica Bacchi (ras
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ.

Obiter attingit ea ex quibus morbi nascũtur

Frondibus, & uictu pascuntur simplicis herbæ.
Pocula sunt fontes liquidi, atq; exercita cursu
Flumina, nec somnos abrumpit cura salubres.
Tempore non alio dicunt regionibus illis

Alludit ad fabulam de

Quesitas ad sacra boues Iunonis, & uris

qua Herod. libro 1.

Imparibus ductos alta ad donaria currus,
Ergo ægre rastris terram rimantur, & ipsis
Vnguibus infodiunt fruges, montesque per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra,
Non lupus insidias explorat ouilia circum,
Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
Cura domat, timidi damæ, ceruique fugaces,
Nunc interque canes, & circum tecta uagantur.
Iam maris immensi prolem, & genus omne natantũ

Aquatilia quoq; peste corripiuntur.

Littore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit: insolitæ fugiunt in flumina Phocæ.

Vituli marini. Plin. li. 9. cap. 7.

Interit, & curuis frustra defensa latebris
Vipera, & attoniti squammis astantibus hydri.
Ipsis est aër auibus non æquus, & illæ

Aues pesti obnoxiæ sunt.

Præcipites alta uitam sub nube relinquunt.
Præterea, iam nec mutari pabula refert,
Quæsitæque nocent artes: cessere magistri,

Phylliræ ex Saturno filius.

Phyllirides Chiron, Amythaoniusque Melampus,
Sæuit & in lucem Stygijs emissa tenebris
Pallida Tisiphone, morbos agit ante, metumque:
Inque dies auidũ surgens caput altius effert.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes,
Arentesque sonant ripæ, collesque supini,
Iãque cateruatim dat stragẽ, atq; aggerat ipsis
In stabulis, turpi dilapsa cadauera tabo.

Donec

Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt.
Nam neq; erat corijs usus, nec uiscera quisquam
Aut undis abolere potest, aut uincere flamma,
Nec tondere quidem morbo, illuuie q; peresa
Vellera, nec telas possunt attingere putres.

φθειριᾶσιν. intelligit Seruio autore.

Verumetiam inuisos si quis tentarat amictus,
Ardentes papulæ, atq; immundus olentia sudor
Membra sequebatur, nec longo deinde moranti
Tempore, contractos artus sacer ignis edebat.

PVB. VERGILII MARONIS Georgicõn liber quartus.

ARGVMENTVM.

Postremo celebrantur apes, & cerea regna.
Quæq; fides populis, quaq; parentur ope.

In rehumili attentionem, & ab inuocatione supersedet.

PRotinus aërij mellis cœlestia dona
Exequar, hanc etiam Mecœnas aspice partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum,
Magnanimosq; duces, totiusq; ordine gentis
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Numina læua sinunt, auditq; uocatus Apollo.

Locus apiarij.

Principio sedes apibus, statioq; petenda,
Quo neq; sit uentis aditus (nam pabula uenti
Ferre domum prohibent) neq; oues, hœdiq; petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas.

Græca constructio. De Meropibus Plin. li. 20. cap. 33. Idem Varro li. 4. ca. 56.

Absint & picti squalentia terga lacerti
Pinguibus à stabulis, Meropesq;, aliæq; uolucres,
Et manibus Progne pectus signata cruentis.
Omnia nam late uastant, ipsasq; uolantes
Ore ferunt, dulcem nidis immitibus escam.
At liquidi fontes, & stagna uirentia musco
Adsint & tenuis fugiens per gramina riuus.
Palmaq; uestibulũ, aut ingens oleaster obumbret.
Vt cùm prima noui ducent examina reges
Vere suo ludetq; fauis emissa iuuentus,
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuia q; hospitijs teneat frondentibus arbos.
In medium, seu stabit imers, seu profluet humor.
Transuersas salices, & grandia conijce saxa,
Pontibus ut crebris possint consistere, & alas
Pandere ad æstiuum Solem, si fortè moranteis;
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eu-
Hæc circùm Casiæ uirides, & olentia late (rus.
Serpilla, & grauiter spirantis copia Thymbræ
Floreat, irriguumq; bibant uiolaria fontem.

Metonymia pro apibus.

Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis,
Seu lento fuerint aluearia uimine texta,
Angustos habeant aditus, nam frigore mella
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.
Vtraq; uis apibus pariter metuenda, neq; illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras
Explent, collectumq; hæc ipsa ad munera gluten,
Et uisco, & Phrygiæ seruant pice lentius Idæ.
Sæpe etiam effossis (si uera est fama) latebris,
Sub terra fodère larem, penetrales repertæ
Pumicibusq; cauis, exesæq; arboris antro.
Tu tamen, & leui rimosa cubilia limo
Vnge, fouens circùm, & raras superinijce frondes.
Neu propius tectis taxum sine, neue rubentes
Vre foco cancros, altæ neu crede paludi,
Aut ubi odor cœni grauis, aut ubi concaua pulsu
Saxa sonant, uocisq; offensa resultat imago.
Quod superest, ubi pulsam hyemẽ Sol aureus egit
Sub terras, cœlumq; æstiua luce reclusit,
Illæ continuò saltus, syluasq; peragrant,
Purpureos q; metunt flores, & flumina libant
Summa leues, hinc nescio qua dulcedine lætæ
Progeniem, nidosq; fouent, hinc arte recenteis
Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.

Quomodo sint alueariafacienda.

Ab ingenio apes prædicat.

Hyberbatõ, est enim ordo, seruãt glutẽ quod est lentius uisco.

Quę apibus infesta.

Echo intelligit.

Descriptio ætatis.

Quid per ætatẽ apes faciant.

Metonymia profœtus.

Hinc ubi iam emissum caueis ad sydera cœli
Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,
Obscuramq; trahi uento mirabere nubem,
Contemplator, aquas dulceis, & frondea semper
Tecta petunt, huc tu iussos asperge sapores,
De quibus Plin. li. 20. cap. 11. Trita Meliphylla, & Cerinthæ ignobile gramen,
Tinnitusq; cie, & matris quate cymbala circùm,
Ipsæ considunt medicatis sedibus, ipsæ
Intima more suo sese in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint (nam sæpe duobus
Regibus incessit magno discordia motu)
Continuoq; animos uulgi, & trepidantia bello
Corda licet longè præscisce re, nanq; moranteis
Martius ille æris rauci canor increpat, & uox
Auditur, fractos sonitus imitata tubarum.
Tum trepidæ inter se coëunt, pennusq; coruscant,
Rex aculeo caret, Spiculaq; exacuunt rostris, aptantq; lacertos,
Et circa regem, atq; ipsa ad prætoria densæ
Miscentur, magnisq; uocant clamoribus hostem.
Ergo ubi Ver nactæ sudum camposq; patenteis,
Erumpunt portis, concurritur, æthere in alto
Fit sonitus, magnum: nec dum glomerantur in orbem,
Præcipitesq; cadunt: non densior aëre grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis,
Ipsi per medias acies, insignibus alis,

Ingen-

Igentes animos angusto in pectore uersant,
Vsque adeo obnixi non cedere, dū grauis aut hos,
Aut hos, uersa fuga uictor dare terga coëgit.
Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta,
Pulueris exigui iactu compressa quiescent.
Verùm ubi ductores acie reuocaueris ambos,
Deterior qui uisus, eum, ne prodigus obsit,
Dede neci, melior uacua sine regnet in aula.
Alter erit maculis auro squallentibus ardens.
(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis et ore, Diæresis est
Et rutilis clarus squamis, ille horridus alter
Desidia, latamq; trahens inglorius aluum.
Vt binæ regum facies, ita corpora gentis. Iambus pro Spondeo.
Namq; aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto
Cùm uenit, & terram sicco spuit ore uiator
Aridus: elucent aliæ, & fulgore coruscant
Ardentes auro, & paribus lita corpore guttis.
Hæc potior soboles, hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.
At cum incerta uolant, cœloq; examina ludunt,
Contemnuntq; fauos, & frigida tecta relinquunt,
Instabiles animos ludo prohibebis inani,
Nec magnus prohibere labor, tu regibus alas
Eripe, non illis quisquam cunctantibus, altum

Ire

Ire iter, aut castris audebit uellere signa.
Inuitent croceis halantes floribus horti,
Et custos furum, atq; auium, cum falce saligna
Hellespontiaci seruet tutela Priapi.
Ipse thymum, pinosq; ferens de montibus altis,
Tecta serat late circùm, cui talia curæ.
Ipse labore manum duro terat, ipse feraces
Figat humo plantas, & amicos irrigat hymbres.
Atq; equidem extremo ni iam sub fine laborum
Vela traham, & terris festinem aduertere prorã,
Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem, biferiq; rosaria Pæsti,
Quoq; modo potis gauderent intyba riuis,
Et uirides apio ripæ, tortusq; per herbam
Cresceret in uentrem cucumis, nec sera comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem uimen acanthi,
Pallentesq; hederas, & amantes littora myrtos.
Nanq; sub Oebaliæ memini me turribus altis,
Quà niger humectat flauentia culta Galesus,
Corytium uidisse senem, cui pauca relicti
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna seges, nec cõmoda Baccho.
Hîc rarum tamen in dumis holus, albaq; circùm
Lilia, uerbenasq; premens, uescumq; papauer,
Regum æquabat opes animis, seraque reuertens

Hellespontiaci, in Hellespontio culti.

Nocte

Nocte domũ, dapibus mensas onerabat inemptis.
Primus uere rosam, atq; autumno carpere poma,
Et cùm tristis hyems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus frenaret aquarum,
Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi,
Aestatẽ increpitans seram, Zephyrosque morãtes,
Ergo apibus fœtis idem, atq; examine multo
Primus abundare, & spumantia cogere pressis
Mella fauis, illi tiliæ, atq; uberrima pinus,
Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in uersum distulit ulmos,
Eduramque pyrum, & spinos iam pruna ferentes,
Iamque ministrantem platanũ potantibus umbrã.
Verum hæc ipse equidem spatijs dicluſus iniquis
Prætereo, atq; alijs pòst cõmemoranda relinquo.
Nunc age naturas Apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam, pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiaque æra secutæ,
Dictæo cœli regem pauêre sub antro.
Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent, magnisque agitant sub legibus æuũ,
Et patriam solæ, & certos nouere penates,
Venturæque hyemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & in medium quæsita reponunt.

Qui ineunte æstate fiant.

Mira apum natura.

Nanq;

Nanq; aliæ uictu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris, pars intra septa domorum
Narcißi lachrymam, & lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras, aliæ spem gentis adultos
Educunt fœtus, aliæ purißima mella
Stipant, & liquido distendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
Inq; uicem speculantur aquas, & nubila cœli,
Aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo fragrantia mella.
Ac ueluti lentis Cyclopis fulmina maßis
Cùm properant, alij taurinis follibus auras
Accipiunt reddunt q;, alij stridentia tingunt
Aera lacu, gemit impositis incudibus Aetna.
Illi inter sese magna ui brachia tollunt
In numerum, uersantq; tenaci forcipe ferrum:
Non aliter (si parua licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor urget habendi,
Munere quanq; suo, grandæuis oppida curæ,
Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.
At fessæ multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenæ, pascuntur & arbuta passim,
Et glaucas salices, casiamq;, crocumq; rubentem,

Industriæ descriptio.

Sortiaduer bium est hoc loco.

Fuci.

Fortitudo apum.

His uersicu lis utitur & in 7. Aenei.

Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
Mane ruunt portis, nusquam mora, rursus eadem
Vesper ubi è pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit sonitus, mussant q; oras, & limina circum.
Pòst, ubi iam thalamis se composuere, siletur
In noctem, fessosq; sopor suus occupat artus.
Nec uerò à stabulis pluuia impendente recedunt
Longius, aut credunt cœlo aduentantibus Euris,
Sed circùm tutæ sub mœnibus urbis aquantur,
Excursusq; breues tentant, & sæpe lapillos,
Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram
Tollunt, his sese per inania nubila librant.
Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgẽt, nec corpora segnes
In uenerem soluunt, aut fœtus nixibus edunt.
Verùm ipsæ fòlijs natos, & suauibus herbis
Ore legunt, ipsæq; regem, paruosq; Quirites
Sufficiunt, aulasq;, & cerea regna refigunt.
Sæpe etiam duris errando in cotibus alas
Attriuere, ultroq; animam sub fasce dedêre.
Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergò ipsas quamuis angustus * terminus æui
Excipiat (neq; enim plus septima ducitur æstas)

Cõparatio.

Ablatiuus loco datiui

* angusti.

At genus immortale manet, multosq; per annos
Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum.
Præterea regem non sic Aegyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorũ, aut Medus Hydaspes
Obseruant, rege incolumi, mens omnibus una est.
Amisso, rupere fidem, constructaq; mella
Diripuere ipsæ, & crates soluêre fauorum.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circumstant fremitu denso, stipantq; frequentes,
Et sæpe attollunt humeris, & corpora bello
Obiectant, pulchramq; petunt per uulnera mortẽ.
His quidam signis, atq; hæc exempla secuti,
Esse apibus partem diuinæ mentis, & haustus
Aethereos dixere. Deum nanq; ire per omnes,
Terrasq;, tractusq; maris, cœlumq; profundum
Hinc pecudes, armenta, uiros, genus omne ferarũ
Quenq; sibi tenuis nascentem arcessere uitas.
Scilicet hũc reddi deinde, ac resoluta referri
Omnia, nec morti esse locum, sed uiua uolare
Syderis in numerum, atq; alto succedere cœlo.
De eximendo melle. Si quando sedem augustam, seruataq; mella
Thesauris relines, prius haustus sparsus aquarum
Ore foue, fumosque manu prætende sequaces.
Bis grauidos cogunt fœtus, duo tempora messis.
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleiad

Pleias, & Oceani spretos pede reppulit amnes.
Aut eadem sydus fugiens ubi piscis aquosi
Tristior hybernas cœlo descendit in undas.
Illis ira modum supra est, læsæq; uenenum
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinquunt
Affixæ uenis, animasq; in uulnere ponunt.
Sin duram metues hyemem, parcesque futuro,
Contusosq; animos, & res miserabere fractas,
At suffire thymo, cerasq; recidere inanes
Quis dubitet? nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio, & lucifugis congesta cubilia blattis,
Immunisq; sedens aliena ad pabula fucus,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis,
Aut durum* tineæ genus, aut inuisa Mineruæ
In foribus laxos suspendit aranea casses.
Quò magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas.
Complebuntq; foros, & floribus horrea texent.
Si uerò (quoniam casus apibus quoq; nostros
Vita tulit) tristi languebunt corpora morbo,
Quod iam non dubijs poteris cognoscere signis:
Continuò est ægris alius color, horrida uultum
Deformat macies, tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt,
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,

Ira apum

Quibus remedijs apũ incõmodis cõsulatur.

Aliena uiuere quadra.

* dirum.

Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes,
Ignauæq; fame, & contracto frigore pigræ.
Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrant,
Frigidus ut quondam syluis immurmurat Auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis,
Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.
Hîc iam Galbaneos suadebo incendere odores,
Mellaq; arundineis inferre canalibus, ultrò
Hortantem, & fessas ad pabula nota uocantem.
Proderit & tonsum gallæ admiscere saporem,
Arentesq; rosas, aut igni pinguia multo
Defruta, uel psythia passos de uite racemos,
Cecropiumq; thymũ, & graue olentia centaurea.
Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba,
Namq; uno ingentem tollit de cespite syluam.
Aureus ipse, sed in foliis, quæ plurima circùm
Funduntur, uiolæ sublucet purpura nigræ.
Sæpe Deùm nexis ornatæ torquibus aræ.
Asper in ore sapor, tonsis in uallibus illum
Pastores, & curua legunt prope flumina Mellæ.
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaq; in foribus plenis appone canistris.
Sed si quem proles subitò defecerit omnis,
Nec, genus unde nouæ stirpis reuocetur, habebit,

Remedia morborum apum.

Apes mortuæ reparandæ.

Tempus

Tempus & Arcadij memoranda inuenta magistri
Pandere, quoq; modo cæsis iam sæpe iuuencis
Insyncerus apes tulerit cruor, altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine famam.
Nam, quà Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis uehitur sua rura phaselis,
Quaq; pharetratæ uicinia Persidis urget,
Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena,
Et diuersa ruens septem discurrit in ora,
Vsq; coloratis amnis deuexus ab Indis,
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
Exiguus primùm, atq; ipsos contractus ad usus
Eligitur locus, hunc angustiq; imbrice tecti
Parietibusq; premunt arctis, & quatuor adduut
Quatuor è uentis obliqua luce fenestras.
Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur, huic geminæ nares, & spiritus oris
Multa reluctanti obstruitur, plagisq; peremptо
Tonsa per integram soluuntur uiscera pellem.
Sic positum in clauso limquunt, & ramea costis
Subijciunt fragmenta, Thymum, casiasq; recentes
Hoc geritur Zephyris primũ impellẽtibus undas
Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, antè
Garrula quàm tigris nidum suspendat hirundo.

Aristeum intelligit.

Vrbis Aegypti, dictæ Pellæi qđ ab Alexandro Pellæo condita fit, autor Soli.

Propter fata & uineta & gramina ob Nili fœcunditatẽ.

*uirentes.

Interea teneris tepefactus in oßibus humor
Aestuat, & uisenda modis animalia miris,
* pennis. Trunca pedum primò, mox & stridentia pinnis *
Miscentur, tenuemq; magis, magis aëra carpunt,
Donec, ut æstiuis effusus nubibus hymber,
Erupere, aut ut neruo pulsante sagittæ,
Prima leues ineunt siquando prælia Parthi.
Quis Deus hanc Musæ, quis nobis extulit artem?
Vnde noua ingressus hominũ experientia cœpit?
Pastor Aristæus fugiens Penëia Tempe,
Amßis (ut fama) apibus, morboq;, famæq;,
Tristis ad extremu sacrum caput astitit amnis,
Multa querens, atq; hac affatus uoce parentem:
Mater Cyrene, mater, quæ gurgitis huius
Ima tenes, quid me præclara stirpe Deorum
(Si modo quẽ perhibes, pater est Tymbræus Apol
Inuisum fatis genuisti? aut quo tibi nostri lo)
Pulsus amor? quid me cœlum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum uitæ mortalis honorem,
Quem mihi uix frugum, & pecudũ custodia solers
Omnia tentanti extuderat, te matre relinquo.
Quin age, & ipsa manu felices erue syluas,
Fer stabulis inimicum ignem, atq; interfice messes,
Vre sata, & ualidam in uites molire bipennem,
Tanta meæ si te cœperunt tædia laudis.

Ad

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit, eam circum Milesia uellera Nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore, i. uitreo seu uiridi.
Drymoq;, Xanthoq;, Ligeaq; Phyllodoceque,
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla.
Nesæe, * Spioque, Thaliaque, Cymodoceque, * Nisæeq;.
Cydippe, & flaua Lycorias, altera uirgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores,
Clioque, & Beroë soror, Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atq; Ephyre, atq; Opis, atq; Asia Deiopea,
Et tandem positis uelox Arethusa sagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem Definitio amoris.
Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta,
Atq; chao densos diuũm numerabat amores.
Carmine quo captæ, dum fusis mollia pensa
Deuoluunt, iterum maternas impulit aures
Luctus Aristæi, uitreisque sedilibus omnes
Obstupuére, sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flauum caput extulit unda.
Et procul. O gemitu non frustrà exterrita tanto,
Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura
Tristis Aristæus Penei genitoris ad undam
Stat lachrymans, & te crudelem nomine dicit.
Hinc perculsa nouã mentem formidine mater, Græca constructio.

Conduplicatio.

Duc age, duc ad nos, fas illi limina diuûm
Tangere ait: simul alta iubet discedere latè
Flumina, quâ iuuenis gressus inferret, at illum
Curuata in montis faciem circunstetit unda,
Accepitq; sinu uasto, missitq; sub amnem.
Iamq; domum mirans genitricis, et humida regna,
Speluncisq; lacus clausos, lucosq; sonantes,
Ibat, & ingenti motu stupefactus aquarum,
Omnia sub magna labentia flumina terra
Spectabat diuersa locis, Phasimq;, Lycumq;,
Et caput, unde altus primùm se rupit Enipeus,
Vnde pater Tyberinus, & unde Aniena fluenta,
Saxosumq; sonans Hipanis, Misusq; Caicus,
Et gemina auratus taurino cornua uultu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum uiolentior influit amnis.
Postquam est in thalami pendentia pumice tecta
Peruentum, & nati fletus cognouit inanes
Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonsiq; ferunt mantilia uillis.
Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt
Pocula, Panchæis adolescunt ignibus aræ.
Et mater, cape Mæonij Carchesia Bacchi,
Oceano libemus ait: simul ipsa precatur
Oceanumq; patrem rerum, Nymphasq; sorores,

Centum

Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam,
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa:
Est in Carpathio Neptuni gurgite uates
Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum,
Hic nunc Emathiæ portus, patriamq; reuisit
Pallenen, hunc & Nymphæ ueneramur, & ipse
Grandæuus Nereus, nouit nanq; omnia uates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahãtur,
Quippe ita Neptuno uisum est, immania cuius
Armenta, & turpes pascit sub gurgite Phocas.
Hic tibi nate prius uinclis capiendus, ut omnem
Expediat morbi causam, euentusque secundet.
Nam sine ui non ulla dabit præcepta, neq; illum
Orando flectes, uim duram, & uincula capto
Tende, doli circum hæc demum frangẽtur inanes.
Ipsa ego te, medios cum Sol accenderit æstus,
Cũ sitiunt herbæ, et pecori iam gratior umbra est,
In secreta senis ducam, quò fessus ab undis
Se recipit, facilè ut somno aggrediare iacentem.
Verùm ubi correptum manibus, uinclisq; tenebis,
Tum uariæ illudent species, atq; ora ferarum,
Fiet enim subitò sus horridus, atraq; tigris,

Ouidius. Nil aliud Vestam quã uiuã intelli ge flammã.

Periphrasis meridiei.

Præoccupat futura.

Protheo mirabilior. Proverb.

Squamoſusque draco,& fulua ceruice leæna,
Aut acrem flammæ ſonitum dabit,atq; ita uinclis
Excidet,aut in aquas tenues dilapſus abibit,
Sed quanto ille magis formas ſe uertet in omnes,
Tanto nate magis contende tenacia uincla.
Donec talis erit mutato corpore,qualem
Videris,incepto tegeret cùm lumina ſomno.
Hæc ait,& liquidum ambroſiæ diffudit odorem,
perfudit. Quo totum nati corpus perduxit, at illi
Dulcis compoſitis ſpirauit crinibus aura,
Atq; habilis mẽbris uenit uigor. Eſt ſpecus ingens
Exeſi latere in montis,quo plurima uento
Cogitur,inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos,
depreſſis. Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis.
Intus ſe uaſti Proteus tegit obice ſaxi.
Hic iuuenẽ in latebris auerſum à lumine Nympha
Collocat,ipſa procul nebulis obſcura receſſit.
Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo,& medium Sol igneus orbem
Hauſerat,arebant herbæ,& caua flumina ſiccis
Faucibus ad limum radijs tepefacta coquebant,
Cùm Proteus conſueta petens è fluctibus antra
Ibat,eum uaſti circum gens humida ponti
Exultans,rorem latè diſpergit amarum.
Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore Phocæ.

Ipſe

Ipſe (uelut ſtabuli cuſtos in montibus olim,
Veſper ubi è paſtu uitulos ad tecta reducit,
Auditique lupos acuunt balatibus agni)
Conſedit ſcopulo medius,numerumque recenſet.
Cuius Ariſtæo quoniam eſt oblata facultas,
Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra,
Cùm clamore ruit magno,manicisque iacentem
Occupat.ille ſuæ contrà non immemor artis,
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum,
Ignemq;,horribilemq; feram,fluuiumq; liquentem.
Verùm ubi nulla fugam reperit fallacia,uictus
In ſeſe redit,atq; hominis tandem orç locutus:
Nam quis te iuuenum confidentiſſime noſtras
Iuſſit adire domos? quid uc hìc petis? inquit: at ille,
Scis Proteu,ſcis ipſe,neq; eſt te fallere cuiquam. Eſt,prolicet.
Sed tu deſine uelle:Deûm præcepta ſecuti
Venimus huc,lapſis quæſitum oracula rebus.
Tantum effatus:ad hæc uates ui denig; multa
Ardentes oculos intorſit lumine glauco,
Et grauiter frendens,ſic fatis ora reſoluit:
Non te nullius exercent numinis iræ, Protei uatis
Magna lues cõmiſſa,tibi has miſerabilis Orpheus cinium.
Haud quaquã ob meritũ pœnas (ni fata reſiſtant)
Suſcitat,& rapta grauiter pro coniuge ſæuit.
Illa quidem dum te fugeret per flumina præceps,

Imma-

Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non uidit in herba.
At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes, flerunt Rodopeiæ arces,
Altaq; Pangea, & Rhesi Mauortia tellus,
Atq; Getæ, atq; Hebrus, atq; Actias Orithyia.
Ipse caua solans ægrum testudine amorem,
Te dulcis coniunx, te solo in littore secum,
Te ueniente die, te decedente canebat.
Tænarias etiam fauces, alta hostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, manesq; adijt, regemq; tremendum,
Nescijq; humanus precibus mansuescere corda.
At cantu commotæ erebi de sedibus imis
Vmbræ ibant tenues, simulachraq; luce carentũ,
Quàm multa in syluis auium se millia condunt,
Vesper ubi, aut hybernus agit de mõtibus hymber
Matres, atq; uiri, defunctaq; corpora uita
Magnanimũm heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum.
Quos circum limus niger, & deformis arundo
Cocyti, tardaq; palus inamabilis unda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.
Quin ipsæ stupuere domus, atq; intima Leti
Tartara, cœruleosque implexæ crinibus angues
Eume-

Panchea Thraciæ mons Plin. lib. 4.

Hos uersiculos reperies in. 2. Aenei.

De quo Seneca in Hercule furẽte.

Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,
Atq; Ixionei uento rota constitit orbis.
Iamque pedem referens, casus euaserat omneis,
Redditaque Eurydice superas ueniebat ad auras.
Ponè sequẽs (nanq; hãc dederat Proserpina legẽ)
Cùm subita incautum dementia cepit amantem,
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes,
Restitit, Eurydicenque suam iam luce sub ipsa
Immemor heu, uictusque animi, respexit: ibi omnis
Effusus labor, atq; immitis rupta Tyranni
Fœdera, terque fragor stagnis auditus Auernis.
Illa, Quis & me, inquit, miserã, & te perdidit Or-
Quis tantus furor? en iterũ crudelia retro (pheu!
Fata uocant, conditque natantia lumina somnus.
Iamque uale, feror ingenti circundata nocte,
Inualidasque tibi tendens, heu non tua, palmas.
Dixit: & ex oculis subitò, ceu fumus in auras
Commistus tenues fugit diuersa, neq; illum
Prensantem nequicquã umbras, & multa uolentẽ
Dicere, præterea uidit: nec portitor Orci
Amplius abiectam passus transire paludem.
Quid faceret? quò se rapta bis coniuge ferret?
Quo fletu manes, qua numina uoce moueret?
Illa quidem Stygia nabat iam frigida cymba.
Septem illum totos perhibent ex ordine menses

Charontis descriptio.

Luctus Orphei.

Rupe

Rupe ſub aëria, deſerti ad Strymonis undam
Fleuiſſe, & gelidis hæc euoluiſſe ſub antris.
Mulcentẽ Tygres, & agentem carmine quercus.
Qualis populea mœrens Philomela ſub umbra
Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator
Obſeruans nido implumes detraxit, at illa
Flet noctem, ramoq; ſedens miſerabile carmen
Integrat, & mœſtis latè loca queſtibus implet.
Nulla Venus, nulliq; animum flexere Hymenæi.
Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque niualem.
Aruaque Riphæis nunquam uiduata pruinis
Luſtrabat, raptam Eurydicen, atq; irrita ditis
Dona quærens, ſpretæ Ciconũ quo munere matres
Inter ſacra Deũm, nocturnaque *orgia Bacchi
Diſcerptum latos iuuenem ſparſere per agros.
Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulſum
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, Eurydicen uox ipſa, & frigida lingua.
Ah miſeram Eurydicen, anima fugiente uocabat,
Eurydicen toto referebant flumine ripæ.
Hæc Proteus: & ſe iactu dedit æquor in altum,
Quaq; dedit, ſpumantem undã ſub uertice torſit.
At non Cyrene, nanq; ultro affata timentem,
Nate licet triſteis animo deponere curas,
Hæc omnis morbi cauſa, hinc miſerabile Nymphæ
Cum

Comparatio.

De Philomela uide Plin. lib. 10. cap. 20.

Tanais fluuius Scythiæ Strab. lib. 6.

*nocturniq; Cicones populi ad Hebrum.

Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium miſere apibus. tu munera ſupplex
Tende, petens pacem, et faciles uenerare Napæas.
Nanq; dabunt ueniam uotis, iraſq; remittent.
Sed modus orandi qui ſit, prius ordine dicam:
Quattuor eximios præſtanti corpore tauros,
Qui tibi nunc uiridis depaſcunt ſumma Lycæi,
Delige, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Quattuor his aras alta ad delubra Dearum
Conſtitue, & ſacrum iugulis demitte cruorem,
Corporaque ipſa boum frondoſo deſere luco.
Pòſt, ubi nona ſuos aurora oſtenderit ortus,
Inferias Orphei Lethæa papauera mittes,
Et nigram mactabis ouem, lucumque reuiſes,
Placatam Eurydicen uitula uenerabere cæſa.
Haud mora, continuò matris præcepta faceſſit,
Ad delubra uenit, monſtratas excitat aras,
Quattuor eximios præſtanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencas.
Pòſt, ubi nona ſuos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumque reuiſit.
Hic uerò ſubitum, ac dictu mirabile, monſtrum
Aſpiciunt, liquefacta boum per uiſcera, toto
Stridere apes utero, & ruptis efferuere coſtis,
Immenſas q; trahi nubes, iamq; arbore ſumma

Hypallage eſt pro uenerata placabis.

Con-

Consluere, & lentis uuam demittere ramis.
Hæc super aruorum cultu, pecorumq; canebam,
Et super arboribus, Cæsar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello, uictorque uolentes
Per populos dat iura, uiamque affectat Olympo.
Illo Vergilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studijs florentem ignobilis oti,
Carmina qui lusi pastorum, audaxq; iuuenta
Tityre te patulæ cecini sub tegmine fagi.

Peroratio.

FINIS.

PVB. VERGILII MARONIS
Aeneidos liber Primus.

ARGVMENTVM.

Naufragium, & toto disiecta æquore puppes,
Hospitiumq; canit primus Elissa tuum.

Duplex est Aeneidos argumentum. Bella Aeneæ, & nauigatio, per nauigationem ciuilis uitæ, & priuatæ exemplũ exhibet. Bellis adumbrat Heroũ uitã.

ILLe ego, qui quondã gracili modulatus auena
Carmen, & egressus syluis, uicina coegi,
Vt quamuis auido parerent arua colono,
Gratũ opus agricolis. At nunc horrẽtia Martis

ARma uirumq; cano, Troiæ qui primus ab oris
Italiam, fato profugus, Lauiniaq;
Littora: multum ille & (uenit
terris iactatus, & alto,
Vi superum, sæuæ memorem Iunonis ob iram.
Multa quoq; & bello passus, dum conderet urbẽ,
Inferretq; Deos Latio, genus unde Latinum,
Albanique patres, atq; altæ mœnia Romæ.
Musa mihi causas memora, quo numine læso,
Quid ue dolens regina Deum, tot uoluere casus
Insignem pietate uirum, tot adire labores
Impulerit, tantæne animis cœlestibus iræ?
Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,

Exordium uel narratio, quæ alos

descriptio nes sumpra ducitur per causas prop ter quas Iu no remura ta est Troia pos.

Carthago, Italiam contra, Tyberina q; longè
Hostia, diues opum, studiis q; asperrima belli,
Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo: hic illius arma,
Hic currus fuit, hoc regnum Dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, iam tum tenditq; fouetq;.
Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ uerteret arces.
Hinc populum late regem, belloq; superbum
Venturum excidio Libyæ, sic uolucre Parcas.
Id metuens, ueteris q; memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiã pro charis gesserat Argis.
Nec dum etiam causæ irarum, saeuique dolores
Exciderant animo, manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ,
Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores:
His accensa super, iactatos æquore toto
Troas reliquias Danaũm, atq; immitis Achilli
Arcebat longè Latio, multosque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum:
Tantæ molis erat, Romanam condere gentem.
Vix e conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant,
Cum Iuno, æternum seruans sub pectore uulnus.
Haec secum: mẽ ne incepto desistere uictam?

Subiungit alias causas

Occasio & cõsilium Iu nonis.

Nec

Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe uetor fatis. Pallasne exurere classem
Argiuum, atq; ipsos potuit submergere ponto,
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei?
Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem,
Disiecitq; rates, euertitq; æquora uentis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas,
Turbine corripuit, scopulo infixit acuto.
Ast ego, quæ Diuum incedo regina, Iouisq;
Et soror, & coniunx, una cum gente tot annos
Bella gero, & quisquam numen Iunonis adoret
Præterea? aut supplex aris imponat honorem?
Talia flammato secum Dea corde uolutans,
Nimborum in patriã, loca fœta furentibus austris
Aeoliam uenit: hic uasto rex Aeolus antro
Luctantes uentos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac uinclis, & carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt: celsa sedet Aeolus arce,
Sceptra tenens, mollitq; animos, & temperat iras.
Ni faciat, maria, ac terras, cœlumque profundum
Quippe ferant rapidi secum, uerrantq; per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molemque, & montes insuper altos
Imposuit, regemque dedit, qui fœdere certo

Natura uen torum.

Boni prin

pis officiũ. Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est:
Aeole (namq; tibi Diuûm pater, atq; hominum rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere uentos)
Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, uictosq; penates.
Incute uim uentis, submersasq; obruc puppes,
Aut age diuersas, aut disijce corpora ponto.
Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ,
Quarum, quæ fórma pulcherrima, Deiopeiam
Coniugio iungam stabili, propriamq; dicabo,
Matrimonij fructus. Omneis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchra faciat te prole parentem.
Aeolus hæc contrà: Tuus ò regina quid optes
Explorare labor, mihi iussa capessere fas est.
Tu mihi quodcunq; hoc regni, tu sceptra, Iouemq;
Concilias, tu das epulis accumbere Diuûm,
Nimborumq; facis, tempestatumq; potentem.
Hæc ubi dicta, cauum conuersa cuspide montem
Descriptio subitæ tempestatis. Impulit in latus, ac uenti uelut agmine facto,
Quâ data porta ruunt, & terras turbine perflãt.
Boreæ in hoc nõ meminit, quippe qui feremator sit. Incubere mari, totumque à sedibus imis
Vnà Eurusq;, Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus, & uastos uoluunt ad littora fluctus.
Insequitur clamorq; uirûm, stridorque rudentem
Eripi-

Eripiunt subito nubes cœlumque diemque
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther,
Præsentemque uiris intentant omnia mortem,
Extemplo Aeneæ soluuntur frigore membra,
Ingemit, & duplices tendens ad sydera palmas,
Talia uoce refert: O terque, quaterque beati,
Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Arguit ab indignitate malorum. Contigit oppetere, ò Danaûm fortissima gentis
Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaq; animã hãc effundere dextra?
Sæuus ubi Aeacidæ telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis
Scuta uirûm, galeasq;, & fortia corpora uoluit.
Talia iactanti stridens Aquilone procella
Aquilonis meminit, quia impetuosus est uentus. Velum aduersa ferit, fluctusque ad sydera tollit.
Franguntur remi, tum prora auertit, & undis
Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ mõs
Hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis.
Distributio Treis Notus abruptas in saxa latentia torquet,
Quod eo loco fœdus ictum est inter Romanos & Pœnos, aræ dicuntur. Est Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus Aras,
Dorsum immane mari summo, treis Eurus, ab alto
In breuia, & Syrteis urget (miserabile uisu)
Illiditque uadis, atque aggere cingit arenæ.

aũt locus inter Africam & Sardiniã.

Vnam, quæ Lycios, fidumq; uehebat Orontem,
Ipsius ante oculos ingens à uertice pontus
In puppim ferit, excutitur, pronusque magister
Voluitur in caput: ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agẽs circũ, et rapidus uorat æquore uor-
Adparent rari nantes in gurgite uasto. (tex.

Gaza persica uox, opes significat.

Arma uirũ, tabulæque, & Troia gaza per undas.
Iam ualidam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ,
Et qua uectus Abas, & qua grandæuus Alethes,
Vicit hyems, laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum hymbrem, rimisque fatiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamque hyemem sensit Neptunus, & imis
Stagna refusa uadis, grauiter commotus & alto
Prospiciens, summa placidum caput extulit unda.
Disiectam Aeneæ toto uidet æquore classem,
Fluctibus oppressos Troias, cœlique ruina.

Sedatur tẽpestas a Neptuno.

Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ,
Eurũ ad se, Zephyrumq; uocat, dehinc talia fatur
Tanáne uos generis tenuit fiducia uestri?
Iam cœlum terramque meo sine numine uenti
Miscere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.
Pòst mihi non simili pœna commissa luetis.
Matur ate fugam, regique hæc dicite uestro,

Non

Non illi imperium pelagi, sæuumque tridentem,
Sed mihi sorte datum, tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos, illa se iactet in aula
Aeolus, & clauso uentorum carcere, regnet.
Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat,
Collectasque fugat nubes, Solemque reducit.
Cymothoë simul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo, leuat ipse tridenti,
Et uastas aperit Syrteis, & temperat æquor,
Atq; rotis summas leuibus perlabitur undas.
Ac ueluti magno in populo cũ sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile uulgus,
Iamq; faces, & saxa uolant, furor arma ministrat.
Tum pietate graue, ac meritis, si fortè uirum quem
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant,
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquã
Prospiciens genitor, cœloque inuectus aperto
Flectit equos, curruq; uolans dat lora secundo.
Defessi Aeneadæ quæ proxima littora cursu
Contendunt petere, & Libyæ uertuntur ad oras.
Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inq; sinus scindit sese unda reductos.
Hinc atq; hinc uastæ rupes, geminique minantur

Per ἀντίφρ. irridet Aeolum. Eius enim domum Ironice modo aulã, modo carcerẽ per cõtemptum uocat.

Descriptio seditionis.

Eloquentiæ fructus. Cõparatio.

Portus.

In cœlum scopuli, quorum sub uertice latè
Aequora tuta silent, tum syluis scena coruscis
Delati Troiani ad portũ Africũ. Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra,
Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum,
Intus aquæ dulces, uiuoque sedilia saxo.
Nympharum domus: hic fessas non uincula naues
ὑποτυπώσις. Vlla tenent, unco non alligat anchora morsu.
Huc septem Aeneas collectis nauibus omni
Ex numero subit, ac magno telluris amore
Egressi optata potiuntur Troës arena,
ἀντονομασία. Et sale tabenteis artus in littore ponunt.
Ac primùm silicis scintillam excudit Achates,
Suscepitque ignem foliis, atq; arida circùm
Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam.
Describit principẽ nõ tam sui, quã suorum curam agere. Tum Cererem corruptam undis, cerealiaq; arma
Expediunt fessi rerum, frugesque receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.
Aeneas scopulum interea conscendit, & omnem
Prospectum latè pelago petit, Antea si quem
Iactatum uento uideat, Phrygiasq; biremes,
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
Nauem in conspectu nullam, treis littore ceruos
Prospicit errantes, hos tota armenta sequuntur
A tergo, & longum per ualles pascitur agmen.
Constitit hic, arcumq; manu, celeresq; sagittas

Corri-

Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates,
Ductoresq; ipsos primùm capita alta ferenteis
Cornibus arboreis sternit, tum uulgus, & omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam,
Nec prius absistit, quàm septem ingentia uictor
Corpora fundat humi, et numerũ cũ nauibus æquet
Hinc portum petit, & socios partitur in omneis.
Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus heros,
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet.
O socij (neq; enim ignari sumus antè malorum)
O passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonanteis
Accestis scopulos, uos & Cyclopea saxa
Experti: reuocate animos, mœstumq; timorem
Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per uarios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt, illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate, & uosmet rebus seruate secundis.
Talia uoce refert, curisq; ingentibus æger
Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem.
Illiſe prædæ accingunt dapibusq; futuris,
Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant,
Pars in frusta secant, ueribusq; trementia figunt,

Achates comes Aeneæ fingitur, ἀχὸς enim dolor. Et Aeneas semper suorum curam habuit.

Oratio Aeneæ cõsolatiõis plena, qua bonus princeps suos hortatur ad patientiam, & suadet hilaritatem, quod iã ante tot mala felicis ter superauerint, futurum ut exuperent & illud.

περίφρασις.

Littore ahena locant alij, flammas q; minis rant,
Tum uictu reuocant uires, fusiq; per herbam
ἀντονομα σια. Implentur ueteris Bacchi, pinguisque farinæ.
Postquam exempta fames epulis, mensæ q; remotæ,
Amisso longo socios sermone requirunt,
Spemq;, metumq; inter dubij, seu uiuere credant,
Siue extrema pati, nec iam exaudire uocatos.
Præcipue pius Aeneas, nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
Fata Lyci, fortemq; Gyan, fortemq; Cloanthum.
Iouē habere curas humanarū diuinarūq; rerum fingit. Est aūt alienus locus insertus, ut cōmodius ordinem operis, achistoriæ insinuaret,
Et iam finis erat, cùm Iuppiter, Aethere summo
Despiciens mare ueliuolum, terrasq; iacenteis.
Littoraque, & latos populos, sic uertice cœli
Constitit, & Lybiæ defixit lumina regnis.
Interrogatio propositionis uice.
Atq; illum taleis iactantem pectore curas,
Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitenteis
Alloquitur Venus: O qui res hominumq; Deūmq;
Aeternis regis imperijs, & fulmine terres,
Quid meus Aeneas in te committere tantum?
Quid Troës potuere? quibus tot funera paßis,
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certe hinc Romanos olim uoluentibus annis
Hinc fore ductores, reuocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus, quæ te genitor sententia uertit?

Hoc

Hoc equidem occasum Troiæ, tristeisq; ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Argumentū a fatis.
Nunc eadem fortuna uiros tot casibus actos
Insequitur, quem das finem rex magne laborum?
Ab exēplo, & a minori ad maius.
Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus, atq; intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui,
Vnde per ora nouem uasto cum murmure montis
It mare præruptū, & pelago premit arua sonanti.
Hic tamen ille urbem Pataui, sedesque locauit
Teucrorum, & genti nomen dedit, armaq; fixit
Troia, nunc placida compostus pace quiescit.
Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Applicatio.
Nauibus (infandum) amißis unius ob iram
Prodimur, atq; Italis longè disiungimur oris.
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
Exclamatio
Olli subridens hominum sator atq; deorum,
Vultu, quo cœlum, tempestatesq; serenat,
Respondet Iupiter Veneri, inconstantię obiectionē diluens. Est aūt continua quædam narratio qua summa
Oscula libauit natæ, dehinc talia fatur:
Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi, cernes urbem, & promissa Lauini
Mœnia, sublimemque feres ad sydera cœli
Magnanimum Aeneam, neq; me sententia uertit.
Hic (tibi fabor enim, quādo hæc te cura remordet,
Longius & uoluens fatorum arcana mouebo)

Bellum

Romanę hi storiæ, ab Aenea usq; ad Augustũ cõplectitur

Bellum ingens geret Italia, populosq; feroces
Contundet, moresq; uiris, & mœnia ponet,
Tertia dum Latio regnantem uiderit æstas,
Ternaq; transierint Rutulis hyberna subactis.
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat dum res stetit Ilia regno,
Triginta magnos uoluendis mensibus orbes
Imperio explebit, regnumque à sede Lauini
Transferet, & longam multa ui muniet Albam.
Hic iam tercentum totos regnabitur annos
Gente sub Hectorea, donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus

Regnũ Romanorum.

Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet
Mœnia, Romanosque suo de nomine dicet,
His ego ne metas rerum, nec tempora pono,
Imperium sine fine dedi, quin aspera Iuno,
Quæ mare nunc, terras q; metu cœlumq; fatigat,
Consilia in melius referet, mecumque fouebit
Romanos rerum dominos, gentemque togatam.

Græciam intelligit, quę diruta est a Mumio cõsule.

Sic placitum, ueniet lustris labentibus ætas
Cùm domus Assaraci Phthiam, clarasq; Mycenas
Seruitio premet, ac uictis dominabitur Argis.
Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris,

Iulio

Iulius, à magno demissum nomen Iulo.

Reuera ait credidit se ab Iulo ortum traxisse Cęsar, ob id impensius Venerē colebat.

Hunc tu olim cœlo spolijs orientis onustum
Accipies secura, uocabitur hic quoq; uotis.
Aspera tum positis mitescent secula bellis,
Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt, diræ ferro, & compagibus arctis
Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæua sedens super arma, & centum uinctus aheneis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
Hæc ait, & Maia genitum demisit ab alto,

Persequitur historiam de Aenea.

Vt terræ, utq; nouæ pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris, ne fati nescia Dido
Finibus arceret, uolat ille per æra magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris.
Et iam iussa facit: ponuntque ferocia Pœni
Corda, uolente Deo, in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam.
At pius Aeneas per noctem plurima uoluens,
Vt primùm lux alma data est, exire, locosq;
Explorare nouos, quas uento accesserit oras,
Qui teneant (nã inculta uidet) hominésne, feræne,
Quærere constituit, sociisq; exacta referre.
Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata
Arboribus clausam circũ, atq; horrẽtibus umbris
Occulit, ipse uno graditur comitatus Achate,

Bina

Miro consilio fingit similē habitū Spartanæ uirginis & Thraciæ. Instituit em Lycurgus cū iuuenes, tum uirgines palęstrę operam dare. Vide Plutarchum in Lycurgo.

Bina manu lato crispans hastilia ferro,
Cui mater media sese tulit obuia sylua,
Virginis os habitumq; gerens, & uirginis arma
Spartanæ, uel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, uolucremq; fuga præuertitur Hebrū.
Nanq; humeris de more habilem suspenderat arcū
Venatrix, dederatq; comas diffundere uentis,
Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluentes.
Ac prior, Heus inquit iuuenes, monstrate mearum
Vidistis si quam hic errantem fortè sororum,
Succinctā pharetra, & maculosæ tegmine lyncis,
Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
Sic Venus. at Veneris contrà sic filius orsus:

A persona uirginis captat beneuolentiam ulterius quærendi.

Nulla tuarum audita mihi, neq; uisa sororum,
O quā te memorem Virgo? nanq; haud tibi uultus
Mortalis, nec uox hominem sonat, ò Dea certè,
An Phœbi soror, an Nympharum sanguinis una,
Sis felix, nostrumque leues quæcunq; laborem,
Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas, ignari hominumq; locorumq;
Erramus, uento huc uastis & fluctibus acti.

A gratiarū actione.

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.
Tunc Venus: Haud equidē tali me dignor honore,
Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram,
Purpureoq; altè suras uincire cothurno:

Punica

Punica regna uides, Tyrios, & Agenoris urbem,
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
Germanum fugiens, longa est iniuria, longæ
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniunx Sichæus erat ditissimus agri
Phœnicum, & magno miseræ dilectus amore,
Cui pater intactam dederat, primisq; iugarat
Ominibus, sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omneis,
Quos inter medius uenit furor: ille Sichæum
Impius ante aras, atq; auri cœcus amore,
Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanæ, factumq; diu celauit, & ægram
Multa malus simulans, uana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati uēnit imago
Coniugis, ora modis attollens pallida miris.
Crudelcis aras, traiectaq; pectora ferro
Nudauit, cæcumque domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam patriaq; excedere suadet,
Auxiliumque uiæ, ueteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri.
His commota fugam Dido, sociosq; parabat.
Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat, naueis quæ fortè paratæ

Origo Carthaginensis regni.

Impietatis & tyrannidis exēplū.

πάθος a circunstantijs

Animus plebis in tyrannum.

Corri-

Corripiunt, onerantq́; auro, portantur auari
Pygmalionis opes pelago, dux fœmina facti.
Deuenere locos, ubi nunc ingentia cernis
Mœnia, surgentemq́; nouæ Carthaginis arcem,
Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo,
Sed uos qui tandem? quibus aut uenistis ab oris?
Quó ue tenetis iter? Quærenti talibus ille
πάθος. Suspirans, imoque trahens à pectore uocem:
O dea, si prima repetens ab origine, pergam,
Attentio. Et uacet annales nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso componet Vesper olympo,
Nos Troia antiqua (si uestras fortè per aures
Narratio. Troiæ nomen ijt) diuersa per æquora uectos
Pietas. Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
Classe ueho mecum, fama super æthera notus.
Italiam quæro patriam, & genus ab Ioue summo.
Eurus inter orientis stationē, & septentrionem uersatur. Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor,
Matre Dea monstrante uiam, data fata secutus.
Vix septem conuulsæ undis, Euroq́; supersunt.
Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro,
Recte igitur hic Euri meminit, quem secundum. Europa, atq; Asia pulsus, nec plura querentem
Passa Venus, medio sic inter fata dolore est.
Quisquis es, haud credo inuisus cœlestibus auras
Vita-

Vitales carpis, Tyriam qui adueneris urbem. dum uentū habuerunt in Africam
Perge modò, atq; hinc te Reginæ ad limina perfer,
Nanq; tibi reduces socios, classemq́; relatam
Nuncio, & in tutum uersis Aquilonibus actam,
Ni frustra augurium uani docuere parentes.
Aspice bis senos lætanteis agmine cygnos,
Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cœlo, nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas, iam despectare uidentur.
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum, cantusque dedere,
Haud aliter puppesq́; tuæ, pubesq́; tuorum Adaptatio.
Aut portum tenet, aut pleno subit hostia uelo:
Perge modò, & quà te ducit uia dirige gressum:
Dixit, & auertens rosea ceruice refulsit, Conclusio.
Ambrosiæq́; comæ diuinum uertice odorem
Spirauere, pedes uestis defluxit ad imos,
Et uera incessu patuit Dea. ille, ubi matrem
Agnouit, tali fugientem est uoce secutus:
Quid natum toties crudelis tu quoq; falsis
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextram
Non datur? ac ueras audire, & reddere uoces? Redit ad historiam.
Talibus incusat, gressumque ad mœnia tendit. Hometicū est qui fingit Vlyssem
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
Et multo nebulæ circum Dea fundit amictu,

circundari nebula a Minerua & cæt. Odyss 7.

Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
Moliriue moram, aut ueniendi poscere causas.
Ipsa Paphum sublimis abit, sedesq; reuisit
Læta suas, ubi templum illi, centumq; Sabæo
Thus in Arabia crescit
Thure calent aræ, sertisq; recentibus halant.
Corripuere uiam interea, quà semita monstrat.
Iamq; ascendebant collem, qui plurimus urbi
Immunet, aduersasq; aspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam,
Miratur portas, strepitumq;, & strata uiarum.
Instant ardentes Tyrij, pars ducere muros,
Moliriq; arcem, & manibus subuoluere saxa.
Alludit ad ueterē morē quo sulcus duceba tur tāto spatio quanto urbs futura esset.
Pars aptare locum tecto, & concludere sulco,
Iura, magistratusq; legunt, sanctumq; senatum.
Portus in quibus possent cōmertia fieri mercimoniis aduectis &c
Hic portus alij effodiunt, hic alta theatri
Fundamenta locant alij, immanesq; columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor, cùm gentis adultos
Educunt fœtus, aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci distenduut nectare cellas,
Aut onera accipiunt uenientum, aut agmine facto,
Paululū reflectit ab hi storia.
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.
Feruet opus, redolentq; thymo fragantia mella.
O fortunati, quorum iam mœnia surgunt,

Aeneas ait, & fastigia suspicit urbis.
Infert se septus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miscetq; uiris, neq; cernitur ulli,
Lucus in urbe fuit media, lætissimus umbra,
Quo primum iactati undis & turbine Pœni
Effodêre loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi, sic nam fore bello
Egregiam, & facilem uictu per secula gentem.
Hîc templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat, donis opulentum, & numine Diuæ.
Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæq;
Aere trabes, foribus cardo stridebat aenis.
Hoc primùm in luco noua res oblata timorem
Lenijt, hîc primùm Aeneas sperare salutem
Ausus, & afflictis melius confidere rebus.
Namq; sub ingenti lustrat dum singula templo,
Reginam opperiens, dum quæ fortuna sit urbi,
Artificumq; manus inter se, operumque labores *
Miratur, uidet Iliacas ex ordine pugnas,
Bellaque iam fama totum uulgata per orbem,
Atridas, Priamumq;, & sæuum ambobus Achillē.
Cōstitit, & lachrymās, quis iā locus, inquit, Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En Priamus, sunt hîc etiam sua præmia laudi,
Sunt lachrymæ rerū, & mentem mortalia tangūt.
Solue metus, feret hæc aliquam tibi fama salutem.

τοπολε σία. Portentum

Dido dicta Sidonia a Sidone quæ ciuitas primum fodit metalla.

* laborem.

Sic ait, atq; animum pictura pascit inani,
Hiperbole. Multa gemens, largoq; humectat flumine ultum.
Fingit Homerus omnes Troianos ab Achille solo fugari, Græcos ab Hectore. Nanq; uidebat uti bellantes Pergama circum
Hâc fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus,
Hâc Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhesi nueis tentoria uelis
Agnoscit lachrymans, primo quæ prodita somno
Tydides multa uastabat cæde cruentus,
Ardenteisq; auertit equos in castra, priusquam
Pabula gustassent Troiæ, Xantumq; bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atq; impar congressus Achilli,
Fertur equis, curruq; hæret resupinus inani,
Lora tenens tamen, huic ceruixq; comæq; trahum
Per terrã, & uersa puluis inscribitur hasta. (tur
Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant,
Vis inuidię Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis.
Diua solo fixos oculos auersa tenebat.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros,
Exanimumque auro corpus uendebat Achilles.
Tum uerò ingentem gemitum dat pectore ab imo
πάθος. Vt spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici,
A circumstantiis. Tendentemq; manus Priamũ conspexit inermeis.
Se quoq; principibus permistum agnouit Achiuis,
Eoasq;

Eoasq; acies, & nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, audetque uiris concurrere uirgo.
Hæc dum Dardanio Aneæ miranda uidentur,
Dum stupet, obtutuque hæret defixus in uno,
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit, magna iuuenum stipante caterua.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutæ
Hinc atq; hinc glomerãtur Oreades, illa pharetrã
Fert humero, gradiensq; Deas supereminet omneis
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios, instans operi, regnisque futuris.
Tum foribus Diuæ, media testudine templi
Septa armis, solioque altè subnixa, resedit,
Iura dabat, legesq; uiris, operumq; laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat,
Officium regis. Cum subitò Aneas concursu accedere magno
Antea, Sergestumque uidet, fortemque Cloanthũ,
Teucrorumque alios, ater quos æquore turbo
Dispulerat, penitusque alias aduexerat oras.
Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates,

Memnon quia ab oriẽre uenerat. auroræ filius fuisse legitur. Historiam autẽ Memnonis & Amazonum uide apud Quintũ Calabr. Cõparatione explicat formam Didonis.

In re noua & dubia adiungit fere hos duos affectus.

Lætitiaque auidi coniungere dextras
Ardebant, sed res animos incognita turbat.
Dissimulant, & nube cauа speculantur amicti,
Omnia generis debite cultui.
Quæ fortuna uiris, classem quo littore linquant,
Quid ueniant, cunctis nam lecti nauibus ibant
Orantes ueniam, & templum clamore petebant.
Postquam introgressi, & coràm data copia fandi
Salutatio qua benevolentiam captat.
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit,
O regina, nouam cui condere Iuppiter urbem,
Iustitiaque dedit gentes frenare superbas,
Propositio.
Troës te miseri, uentis maria omnia uecti
Oramus, prohibe infandos à nauibus ignes,
Occupatio, qua confutat quæ a Didone obiici poterant.
Parce pio generi, & propius res aspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora uertere prædas.
Non ea uis animo, nec tanta superbia uictis.
Cõfutatio a persona Troianorũ
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ
Oenotrij coluere uiri, nunc fama minores
Italiam dixisse, ducis de nomine gentem.
Huc cursus fuit,
Cùm subito assurgens fluctu nimbosus Orion
In uada cæca tulit, penitusq; procacibus Austris,
Perq; undas superante salo, perq; inuia saxa
Dispulit; huc pauci uestris adnauimus oris.

Quod

Quod genus hoc hoũm? quæ ue hũc tã barbara mos
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ. (rẽ
Bella cient, primaque uetant consistere terra.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At sperate Deos, memores fandi, atq; nefandi.
Rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.
Quem si fata uirum seruant, si uescitur aura
Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris,
Non metus officio, nec te certasse priorem
Pœniteat: sunt & Siculis regionibus urbes,
Armaq; Troianoque à sanguine clarus Acestes.
Quassatam uentis liceat subducere classem,
Et syluis aptare trabes, & stringere remos.
Si datur Italiam, socijs & rege recepto,
Tendere, ut Italiam læti, Latiumque petamus.
Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrũm
Pontus habet Libyæ, nec spes iam restat Iuli,
At freta Sicaniæ saltem, sedesq; paratas,
Vnde huc aduecti, regemque petamus Acestem.
Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ,
Tum breuiter Dido, uultum demissa, profatur,
Soluite corde metum Teucri, secludite curas.
Res dura, & regni nouitas me talia cogunt

Peradmiratione patheticã Didonem hortatur ab honesto, quod iure gentiũ nemini negetur hospitium.

A gratitudine.

Peroratio.

Ἀποστροφὴ ad Aeneam.

Decorum. Consolatio Excusatio à necessario.

A persona Troianorũ quos dignos esse dicit hospitio

Moliri, & latè fines custode tueri.
Quid genus Aeneadũ, quis Troiæ nesciat urbem?
Virtutesque, uirosque, aut tanti incendia belli?
Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni,
Nec tã aduersus equos Tyria sol iungit ab urbe,

Pollicitatio

Seu uos Hesperiam magnam, Saturniaque arua,
Siue Erycis fines, regemque optatis Acesten,
Auxilio tutos dimittam, opibusque iuuabo.

Hospitalitas.

Vultis & his mecum pariter considere regnis?
Vrbem quam statuo, uestra est, subducite naues,
Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.

πάθος.

Atq; utinam rex ipse, Noto compulsus eodem,
Afforet Aeneas: equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus syluis, aut urbibus errat.
His animum arrecti dictis, & fortis Achates,
Et pater Aeneas, iam dudum erumpere nubem
Ardebant, prior Aeneam compellat Achates:

πάθος.

Nate Dea, quæ nunc animo sententia surgit?
Omnia tuta uides, classem sociosque receptos.
Vnus abest, medio in fluctu quem uidimus ipsi
Submersum, dictis respondent cætera matris.
Vix ea fatus erat, cùm circumfusa repente
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
Restitit Aeneas, claraque in luce refulsit,

Os humerosque Deo similis, nanq; ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis adflarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flauo
Argentum, pariúsue lapis circundatur auro.
Tum sic Reginam alloquitur, cunctisq; repentè
Improuisus ait: Coràm quem quæritis adsum,
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis:
O sola infandos Troiæ miserata labores,
Quæ nos relliquias Danaûm, terræque marisque
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos,
Vrbe, domo sociás: grates persoluere dignas
Non opis est nostræ Dido, nec quicquid ubiq; est
Gentis Dardaniæ, magnum quæ sparsa per orbem.
Dij tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Vsquam iustitiæ est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant. quæ te tam læta tulerunt
Secula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluuij current, dum montibus umbræ
Lustrabunt, conuexa polus dum sydera pascet,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt,
Quæ me cunq; uocant terræ. Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, leuaque Serestum.
Pòst alios, fortemq; Gyan, fortemque Cloanthum.
Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido,

Amoris sedem esse oculos, uetères poëtæ dixerunt.

Ex abrupto orditur, significans insperatum & improuisum apparere.

Agit gratias quas potest, artificiosèq; utitur extenuatione.

Amplificatione declarat se memorem fore.

Hoc pertinet ad decorum.

Casu deinde uiri tanto, & sic ore locutũ est:
Quis te nate Dea per tanta pericula casũ
Insequitur? quæ uis immanibus applicat oris?
Per interrogationẽ deuenit in Aeneæ laudes. Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad undã?
Atq; equidem Teucrum memini Sidona uenire,
Finibus expulsum patrijs, noua regna petentem
Belus nomẽ appellatiuũ quod regẽ notat, alias Baal dicitur Auxilio Beli, genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & uictor ditione tenebat.
Tempore iam exillo casus mihi cognitus urbis
Troianæ, nomenque tuum, regesque Pelasgi.
Laudis exaggeratio ab hoste laudatore. Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,
Seq; ortum antiqua Teucrorum à stirpe uolebat.
Quare agite ò tectis iuuenes succedite nostris,
Me quoq; per multos similis fortuna labores
Iactatam, hac demum uoluit consistere terra.
Non ignara mali, miseris succurrere disco.
Ὑόημα. Sic memorat, simul Aeneam in regia ducit
Tecta, simul diuũm templis inducit honorem.
Nec minus interea socijs ad littora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
*Dij, genitiuo casu à dies. Terga suum, pingueis centum cũ matribus agnos,
Munera, lætitiamque Dei.*
At domus interior regali splendida luxu
Instruitur, mediisq; parant conuiuia tectis.

Arte

Arte laboratæ uestes, ostroq; superbo, Apparatus.
Ingens argentum mensis, cælataq; in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum.
Per tot ducta uiros, antiquæ ab origine gentis. πάθος.
Aeneas (neq; enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidũ ad naueis præmittit Achatẽ,
Ascanio ferat hæc, ipsumq; ad mœnia ducat,
Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. Επιφώνημα. id est, Acclamatio superioris sententiæ.
Munera præterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet, pallam signis auroq; rigentem,
Et circumtextum croceo uelamen achantho,
Ornatus Argiuæ Helenæ, quos illa Mycenis,
Pergama cùm peteret, inconcessosq; Hymeneos,
Extulerat, matris Ledæ mirabile donum.
Præterea sceptra, Ilione quod gesserat olim
Maxuma natarum Priami, colloque monile
Baccatum, & duplicem gemmis auroq; coronam, Bacca inter uniones gẽma nobilissima. Digressio. Ratio consilij.
Hæc celerans iter ad naueis tendebat Achates.
At Cytherea nouas artes, noua pectore uersat
Consilia, ut faciem mutatus & ora cupido
Pro dulci Ascanio ueniat, donisq; furentem
Incendat reginam, atq; ossibus implicet ignem.
Quippe domũ timet ambiguã, Tyriosq; bilingues
Vrit atrox Iuno, & sub noctem cura recursat.
Ergo his aligerum dictis affatur amorem,

Nate

Nate meæ uires, mea magna potentia solus,
Narratio, & expositio rei gestæ Captat autem beneuolentiam a persona & potentia Cupidinis.
Nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio, & supplex tua numina posco,
Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
Littora iactetur odijs Iunonis iniquæ,
Nota tibi, & nostro doluisti sæpe dolore,
Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisque moratur
Vocibus, & uereor quò se Iunonia uertant
Hospitia, haud tanto cessabit cardine rerum,
Quocirca capere antè dolis, & cingere flamma
Reginam meditor, ne quo se numine mutet,
Sed magno Aeneæ mecum teneatur amore.
* Quo. Cõsultatio ab occasiõe.
Quâ facere id possis, nostrã nunc accipe mentem:
Regius accitu chari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
Dona ferens pelago, & flammis restantia Troiæ,
Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,
Aut super Idalium sacrata sede recondam,
Ne quâ scire dolos, mediús ue occurrere possit.
Tu faciem illius noctem non amplius unam,
A facili.
Falle dolo, & notos pueri puer induc uultus,
Vt cùm te gremio accipiet lætissima Dido,
Regales inter mensas, laticemq; Lyæum,
Cùm dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallasque ueneno.

Paret

Paret Amor dictis charæ genitricis, & alas
Exuit, & gressus gaudens incedit Iuli.
At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos, ubi mollis Amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complectitur umbra,
Iamque ibat dicto parens, & dona Cupido
Regia portabat Tyrijs, duce lætus Achate.
Cùm uenit, aulæis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda, mediamque locauit.
Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus
Conueniunt, stratoque super discumbitur ostro. Discumbũt in lectis, ueteri more.
Dãt famuli manibus lymphas, Cereremq; canistris
Expediunt, tonsisque ferunt mantilia uillis.
Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere penates.
Centum aliæ, totidemq; pares ætate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.
Necnon & Tyrij per limina læta frequentes
Conuenere, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur Dona Aeneæ, mirantur Iulum,
Flagrantes q; Dei uultus, simulata q; uerba,
Pallamq;, & pictum croceo uelamen acantho.
Præcipue infelix pesti deuota futuræ,
Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo

Deuouere, est penitus se addicere alicui rei.

Phœ-

Phœnissa, & puero pariter, donisq́; mouetur:
Ille, ubi complexu Aeneæ, colloq́; pependit,
Et magnum falsi impleuit genitoris amorem,
Reginam petit, hæc oculis, hæc pectore toto
Hæret, & interdum gremio fouet, inscia Dido;
Insideat quantus miseræ Deus: at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit, & uiuo tentat præuertere amore
Iam pridem resides animos, desuetaq́; corda:
Postquam prima quies epulis, mensæq́; remotæ,
Crateras magnos statuunt, & uina coronant.
Fit strepitus tectis, uocemq́; per ampla uolutant
Atria, dependent lichni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia uincunt.
Hîc Regina grauem gemmis, auroq́; poposcit,
Impleuitq́; mero pateram, quam Belus & omnes
A Belo soliti, tum facta silentia tectis.
Iuppiter (hospitibus nam te dare iura loquuntur)
Hunc lætum Tyrijsq́; diem, Troiaq́; profectis
Esse uelis, nostrosque huius meminisse minores.
Adsis lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno,
Et uos ò cœtum Tyrij celebrate fauentes.
Dixit, & in nsa melaticum libauit honorem,
Primaque libato summo tenus attigit ore.
Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hausit
Spu-

Affectus. Vis amoris Conuiuij pliximos.

Iuppiter ξένιος Vorũ quod fiebat apud uetetes, dũ libabãt dijs uina

Spumantem pateram, & pleno se proluit auro.
Pòst alij proceres, cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam, solisq́; labores,
Vnde hoìm genus, et pecudes, unde imber, et ignes,
Arcturum, pluuiasq́; Hyadas, geminosq́; Triones,
Quid tantum oceano properent se tingere soles
Hyberni, uel quæ tardis mora noctibus obstet.
Ingeminant plausum Tyrij, Troësq́; sequuntur,
Necnon & uario noctem sermone trahebat
Infelix Dido, longumq́; bibebat amorem,
Multa super Priamo rogitãs, super Hectore mul-
Nunc quibus Auroræ uenisset filius armis, (ta.
Nunc quales Diomedis equi, nunc quãtus Achilles,
Imò age, & à primo dic hospes origine nobis
Insidias, inquit, Danaûm, casusq́; tuorum,
Erroresq́; tuos, nam te iam septima portat,
Omnibus errantem terris, & fluctibus, æstas.

Musica utebãtur olim & Græci & Romani in conuiuijs.

Memnon: rex Orientaliũ, quem Titonus frater Laomedõtis ex Aurora sustulit.

P. VER.

PVB. VERGILII MARONIS
Aeneidos liber Secundus.

ARGVMENTVM.

Excidium Troiæ, raptuḿq; exigne parentem,
Et puerum, amissa matre, Secundus habet.

Captatio beneuolentiæ a cõmiseratione.

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.
Inde thoro pater Aeneas sic orsus ab alto:
Infandum Regina iubes renouare dolorem,
Troianas ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai, quǽq; ipse miserrima uidi,
πάθος. Et quorum pars magna fui. Quis talia fando,
a seipso. Myrmidonum, Dolopùm ue, aut duri miles Vlyssi,
A maiori: Temperet à lachrymis? & iam nox humida cœlo
Præcipitat, suadent́q; cadentia sydera somnos.
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Castigatio. Et breuiter Troiæ supremum audire laborem,
Quanquã animus memminisse horret, luctuq; refugit
Narratio. Incipiam. Fracti bello, fatiśq; repulsi
Ductores Danaũm tot iam labentibus annis,
Instar montis equum, diuina Palladis arte
Aedificant, sect́aq; intexunt abiete costas.
Votum pro reditu simulant, ea fama uagatur.

Hue

Hue delecta uirũm sortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri, penituśq; cauernas
Ingentes, uterumque armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima fama,
Insula diues opum, Priami dum regna manebant.
Nunc tantum sinus, & statio malefida carinis.
Huc se prouecti deserto in littore condunt.
Nos abisse rati, & uento petisse Mycenas.
Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu,
Panduntur portæ, iuuat ire, & Dorica castra,
Desertośq; uidere locos, littusque relictum.
Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles. Demonstratio.
Classibus hic locus, hic acies certare solebant.
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ,
Et molem mirantur equi, primuśq; Thymœtes
Duci intra muros hortatur, & arce locari,
Siue dolo, seu iam Troiæ sic fata ferebant.
At Capys, & quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaũm insidias, suspect́aq; dona
Præcipitare iubent, subiectiśq; urere flammis,
Aut terebrare cauas uteri, & tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria uulgus.
Primus ibi ante omneis magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce,
Et procul, O miseri, quæ tanta insania, cives?

Adescriptiõe loci.

Suasio & dissuasio. Inimicorũ dona suspecta & inuidiose spicata.

Creditis auectos hostes? aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaûm? sic notus Vlysses?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui,
Aut hæc in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, uenturaque desuper urbi,
Ἐπιφώνημα. Aut aliquis latet error, equo ne credite Teucri.
Quicquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.
Sic fatus, ualidis ingentem uiribus hastam
In latus, inque feri curuam compagibus aluum
Amplificatio per digressionem. Contorsit, stetit illa tremens, uteroque recusso
Insonuere cauæ, gemitumq; dedêre cauernæ.
Et si fata Deûm, si mens non læua fuisset,
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras,
Troiaq; nunc stares, Priamiq; arx alta maneres.
Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum
Pastores, magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ, qui se ignotum uenientibus ultrò,
Aminoriar guit quod dicit, Si tm dolis effice re potuit unus Sinon, quid multi, uel omnes Græci para re uidebantur. Hoc ipsum ut strueret, Troiamq; aperiret Achiuis,
Obtulerat, fidens animi, atq; in utrumq; paratus,
Seu uersare dolos, seu certæ occumbere morti.
Vndiq; uisendi studio Troiana iuuentus
Circunfusa ruit, certantque illudere capto.
Accipe nunc Danaûm insidias, & crimine ab uno
Disce omneis.
Namq; ut conspectu in medio turbatus inermis
Con-

Constitit, atq; oculis Phrygia agmina circũspexit,
Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere? aut quid iam misero mihi denique restat?
Cui neq; apud Danaos usquam locus, insuper ipsi
Dardanidæ infensi pœnas cum sanguine poscunt.
Quo gemitu conuersi animi, compressus & omnis
Impetus, hortamur fari, quo sanguine cretus,
Quidúe ferat, memoret, quæ sit fiducia capto,
Ille hæc deposita tandem formidine fatur.
Cuncta equidẽ tibi rex, fuerint quæcunq; fatebor
Vera, inquit, neq; me Argolica de gente negabo.
Hoc primùm, nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, uanum etiam mendacemq; improba finget.
Fando aliquid si fortè tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem infando indicio, quia bella uetabat,
Demisere neci, nunc cassum lumine lugent,
Illi me comitem, & consanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
Dum stabat regno incolumis, regnumq; uigebat
Consilijs, & nos aliquod nomenq;, decusq;
Gessimus, inuidia postquam pellacis Vlyssi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris,
Adflictus uitam in tenebris, luctuq; trahebam,

Notat supe plicẽ fuisse, & illusioni aptum.

Attentios

Insinuatiõe dubiæ fidei suspicionẽ remouet.

Palamedis historiam inducit, quo ueriſi militorem reddat nar rationem.

Et casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens, & me fors si qua tulisset,
Si patrios unquam remeassem victor ad Argos,
Promisi ultorem, & verbis odia aspera moui,
Hinc mihi prima mali labes, hinc semper Vlysses
Criminibus terrere novis, hinc spargere voces
Nota vulgus generis masculini. In vulgum ambiguas, & quærere conscius arma.
Nec requievit enim, donec Calchante ministro.
Sed quid ego hæc autẽ nequequam ingrata revoluo
ἀποσιώπησις. Quidúc moror? si oẽs uno ordine habetis Achivos,
Idq; audire sat est, iamdudum sumite pœnas,
Peroratio. Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.
Tum verò ardemus scitari, & quærere causas,
Ignari scelerum tantorum, artisque Pelasgæ.
Prosequitur pavitans, & ficto pectore fatur.
Fide conciliata proditionem aggreditur. Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri, & longo fessi discedere bello,
Fecissentque utinam, sæpe illos aspera ponti
Interclusit hyems, & terruit Auster euntes.
Præcipuè cum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt æthere nimbi.
Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi
Mittimus, isq; adytis hæc tristia dicta reportat.
Iphigenia. In Aulide enim Agamemnonis filiã mactabant. Sanguine placastis ventos, & virgine cæsa,
Cùm primùm Iliacas Danai venistis ad oras,

Sanguine quærendi reditus, animaq; litandum
Argolica. Vulgi que vox ut vẽnit ad aures,
Obstupuere animi, geliduscq; per ima cucurrit
Ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.
Subiti pauoris descriptio. Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios, quæ sint ea numina Diuũm
Flagitat, & mihi iam multi crudele canebant
Artificis scelus, & taciti ventura videbant.
Bis quinos silet ille dies, tectusque recusat
Prodere voce sua quenquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Compositò rumpit vocem, & me destinat aræ.
Assensere omnes, & quæ sibi quisq; timebat,
Vnius in miseri exitium conversa tulere.
Ritus sacrorum. Iamq; dies infanda aderat, mihi sacra parari,
Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ.
Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi,
Limosoque lacu per noctem obscurus in ulua
Delitui, dum vela darent, si fortè dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi,
Affectu cõmiserationẽ mouet, loco perorationis. Nec dulceis natos, exoptatumque parentem,
Quos illi fors ad pœnas, ob nostra reposcent
Effugia, & culpã hanc miserorum morte piabũt.
Petitio a precate. Quod te, per superos, & conscia numina veri,
Per, si qua est, quæ restat adhuc mortalibus usquã

Intemerata fides, oro, miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferentis.
His lachrymis uitã damus, & miserescimus ultrò.
Ipse uiro primus manicas, atq; arcta leuari
Vincula iubet Priamus, dictis q; ita fatur amicis:
Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios,
Noster eris, mihiq; hæc edissere uera roganti:
Quò molẽ hanc immanis equi statuêre? quis autor?
Quidúe petũt? quæ relligio? aut quæ machina belli
Dixerat: ille dolis instructus, & arte Pelasga,
Sustulit exutas uinclis ad sydera palmas,
Vos æterni ignes, & non uiolabile uestrum
Testor numen, ait: uos aræ, ensesq; nefandi,
Quos fugi, uittæque Deũm, quas hostia gessi,
Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura,
Fas odisse uiros, atq; omnia ferre sub auras,
Si qua tegunt, teneor patriæ nec legibus ullis.
Tu modò promissis maneas, seruataq; serues
Troia fidem, si uera feram, si magna rependam.
Omnis spes Danaũm, & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs semper stetit, impius ex quo
Tydides, sed enim scelerumq; inuentor Vlysses,
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium, cæsis summæ custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibusq; cruentis,

Temeritatem regis notat, atq; adeo uri omnem culpam uel in Deos uel in ipsum miserum regem reiiciat.

Propositio. Iuramento fidem aucupatur. Est autem insinuatio per obtestationem.

Narratio.

Amplificatio.

Virgineas ausi Diuæ contingere uittas,
Exillo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaũm, fractæ uires, auersa Deæ mens.
Nec dubijs cæsigna dedit Tritonia monstris.
Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis, salsusq; per artus
Sudor ijt, terque ipsa solo (mirabile dictu)
Emicuit, parmamq; ferens, hastamque trementem.
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas,
Nec posse Argolicis excindi Pergama telis,
Omnia ni repetant Argis, numenque reducant,
Quod pelago, & curuis secum aduexere carinis.
Et nunc, quòd patrias uento petiere Mycenas,
Arma, Deosq; parant comites, pelagoq; remenso,
Improuisi aderunt, ita digerit omnia Calchas,
Hanc pro Palladio moniti pro numine læso
Effigiem statuere, nefas quæ triste piaret.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cœloque educere iussit,
Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit,
Neu populum antiqua sub religione tueri.
Nam si uestra manus uiolasset dona Mineruæ,
Tum magnũ exitiũ (quod Dij prius omen in ipsum
Conuertãt) Priami imperio Phrygibusque futurũ.
Sim manubus uestris uestram ascendisset in urbem,

Impietatis pœna.

Confirmatio. Omis nãq; sudor salsus est.

Sumptum hoc est ex disciplina Romana, ubi repetebãtur auspicia, si quid male publice cessisset. Artificioso utitur commento, ut sub religionis specie Troianis imponat.

Alludit ad Romanorũ imperium, qui Troiani sunt.

vltrò Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.
Talibus insidijs, periurique arte Sinonis
Credita res, captiq; dolis, lachrymisq; coacti,
Quos neq; Tydides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.
Hic aliud maius miseris, multoq; tremendum
Obijcitur magis, atq; improuida pectora turbat.
Laocoon ductus Neptuno fortè sacerdos,
Solenneis taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt,
Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæque
Sanguineæ exuperant undas, pars cætera pontum
Ponè legit, sinuatque immensa uolumine terga,
Fit sonitus spumante salo, iamque arua tenebant,
Ardenteisq; oculos suffecti sanguine & igni
Sibila lambebant linguis uibrantibus ora.
Diffugimus uisu exangues, illi agmine certo
Laocoonta petunt, & primùm parua duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterq;
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.
Pòst ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt, spirisq; ligant ingentibus, & iam

Epilogus.

Amplificatio a maiori.

Noua narratio.

Taurus proprie Neptuno dicatus fertur

ὑποτύπωσις. serpentum

Bis me-

Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
Terga dati, superant capite & ceruicibus altis.
Ille simul manibus tendit diuellere nodos
Perfusus sanie uittas, atroque ueneno,
Clamores simul horrendos ad sydera tollit.
Quales mugitus fugit cum saucius aras
Taurus, & incertam excußit ceruice securim:
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, sæuæq; petunt Tritonidis arcem,
Sub pedibusq; Deæ, clypeiq; sub orbe teguntur.
Tum ucrò tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor, & scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.
Ducendum ad sedes simulacrum, orandaq; Diuæ
Numina conclamant.
Diuidimus muros, & mœnia pandimus urbis,
Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum
Subijciunt lapsus, & stupea uincula collo
Intendunt, scandit fatalis machina muros
Fœta armis, circùm pueri innuptæque puellæ
Sacra canunt, funemq; manu contingere gaudent.
Illa subit, mediæque minans illabitur urbi.
O patria, ò diuûm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum, quater ipso in limine portæ

A simili cõparatio.

Exemplũ supersticiõis. Pœna impietatis.

Exclamatio quæ inter posita ẽ mouendi affectus gratia.

Substitit, atq; utero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen immemores, cæcique furore,
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei iussu, non unquam credita Teucris.
Nos delubra Deûm miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa uelamus fronde per urbem.
Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens umbra magna terramque polumque,
Myrmidonumque dolos, fusi per mœnia Teucri
Conticuere, sopor fessos complectitur artus.
Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat
A Tenedo, tacitæ per amica silentia Lunæ,
Littora nota petens, flammas cùm regia puppis
Extulerat, fatisque Deum defensus iniquis
Inclusos utero Danaos, & pinea furtim
Laxat claustra Sinon, illos patefactus ad auras
Reddit equus, lætique cauo se robore promunt
Tisandrus, Stelenusq; duces, & dirus Vlyxes,
Demissum lapsi per funem, Athamasq;, Thoasq;,
Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,
Et Menelaus, & ipse dolifabricator Epeus.
Inuadunt urbem somno, uinoque sepultam,
Cæduntur uigiles, portis patentibus, omneis
Accipiunt socios, atq; agmina conscia iungunt.

Nota obiter locũ diuini fati, & uolũtatis, quæ hominum mentes obcæcat.

Verficulus emphaticus

Tem-

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono Diuûm gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus,
Raptatus bigis, ut quondam, aterq; cruento
Puluere, perq; pedes traiectus lora tumenteis.
Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit, exuuias indutus Achillis,
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes.
Squallentem barbã, & concretos sanguine crines,
Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios, ultrò flens ipse uidebar
Compellare uirum, & mœstas expromere uoces,
O lux Dardaniæ, spes ò fidissima Teucrum.
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris
Expectate uenis? ut post te multa tuorum
Funera, post uarios hominumq;, urbisq; labores
Defessi aspicimus? quæ causa indigna serenos
Fœdauit uultus? aut cur hæc uulnera cerno?
Ille nihil, nec me quærentem uana moratur,
Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge nate Dea, teq; his, ait, eripe flammis.
Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia,
Sat patriæ Priamoq; datum, si pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.

Descriptio initij noctis

Auget hic amplificationẽ per cõparationẽ.

Desiderãtis animi significatio.

Propositio, Vtile. Honestum. A maiori cũ a me nõp o set defendi Troia,

Sacra,

quanto minus a uobis

Sacra, suosq; tibi commendat Troia penates,
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære,
Magna pererrato statues quæ denique ponto.
Sic ait: & manibus uittas, Vestamq; potentem,
Quo Vesta colebatur, quod omni a ferè calore nutriantur naturali.
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.
Diuerso interea miscentur mœnia luctu.
Et magis atq; magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribusq; obtecta recessit)
Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.
Excutior somno, & summi fastigia tecti
Ascensu supero, atq; arrectis auribus asto.
In segetem ueluti cum flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Cõparatio humilis.
Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores,
Præcipitesque trahit syluas, stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de uertice pastor.
Tum uerò manifesta fides, Danaumque patescunt
Insidiæ, iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus, iam proximus ardet
Vcalegon, Sigæa igni freta lata relucent.
Exoritur clamorque uirûm, clangorque tubarum.
Arma amens capio, nec sat rationis in armis,
Sed glomerare manũ bello, & concurrere in arcẽ
Cum socijs ardent animi, furor iraque mentem
Præcipitant, pulchrumq; mori succurrit in armis.

Eccę

Ecce autem telis Panthus elapsus Achiuûm,
Pantheus Otriades arcis Phœbique sacerdos,
Sacra manu, uictosq; Deos, paruumque nepotem
Ipse trahit, cursuque amens ad littora tendit.
Quo res summa loco Panthu? quã prẽdimus arcẽ?
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:
Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ, fuimus Troës, fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum, ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit, incensa Danai dominantur in urbe.
Arduus armatos medijs in mœnibus astans
Fundit æquus, uictorque Sinon incendia miscet
Insultans, portis alij bipatentibus adsunt,
Millia quot magnis nunquam uenêre Mycenis.
Obsedere alij telis angusta uiarum
Oppositi, stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci, uix primi prælia tentant
Portarum uigiles, & cæco Marte resistunt.
Talibus Otriadæ dictis, & numine diuûm
In flammas, & in arma feror, quò tristis Erinnys,
Quò fremitus uocat, et sublatus ad æthæra clamor
Addunt se socios Ripheus, & maximus armis
Iphitus, oblati per lunam, Hipanisque, Dymasq;,
Et lateri adglomerant nostro, iuuenisq; Chorœbus
Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus

Copiosè & cũ energia Troiæ excidiũ explicat

Ab ἐρυνύω dicta, id est, mordeo, consumo.

Huic Chorœbo fuit desponsata Cassandra.

Vene-

Venerat, insano Cassandræ incensus amore,
Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat
Infelix, qui non sponsæ præcepta furentis
Audierat.

A rei necessitate, & ab honesto hortatur Aeneas socios ad patriam defendendam quoquo modo.

Quos ubi confertos audere in prælia uidi,
Incipio super his: Iuuenes fortissima frustra
Pectora, si uobis audentem extrema cupido
Certa sequi, quæ sit rebus fortuna uidetis.
Exceßere omnes adytis, arisq; relictis
Di, quibus imperium hoc steterat, succurritis urbi
Incensæ, moriamur, & in media arma ruamus.

Ἐπιφώνημα.

Vna salus uictis, nullam sperare salutem.

Cõparatio. Rabiosissimares, fames, & ob hoc malesuada dicta.

Sic animis iuuenum furor additus, inde lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba uentris
Exegit cæcos rabies, catuliq; relicti
Faucibus expectant siccis. per tela per hostes
Vadimus haud dubiã in mortem, mediæq; tenemus
Vrbis iter, nox atra caua circumuolat umbra.

Exclamatio Ab effectu Troiæ casum miserabiliorẽ reddit.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut poßit lachrymis æquare labores?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.
Plurima perq; uias sternuntur inertia paßim
Corpora, perq; domos, & relligiosa Deorum
Limina, nec soli pœnas dant sanguine Teucri,
Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus,

Victo-

Victoresque cadunt Danai, crudelis ubiq;
Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago.
Primus se Danaûm magna comitante caterua
Androgeos offert nobis, socia agmina credens,
Inscius, atq; ultrò uerbis compellat amicis:
Festinate uiri, nam quæ tam sera moratur
Segnicies? alij rapiunt incensa, feruntque
Pergama, uos celsis nunc primùm à nauibus itis.
Dixit: & extemplo (neq; enim responsa dabantur
Fida satis) sensit medios delapsus in hostes,
Obstupuit, retroq; pedem cum uoce repressit:
Improuisum aspris ueluti qui sentibus anguem
Preßit humi nitens, trepiduq; repentè refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem.
Haud secus Androgeos uisu tremefactus abibat.
Irruimus, densis & circunfundimur armis,
Ignaroq; loci paßim, & formidine captos
Sternimus, aspirat primo fortuna labori.
Atq; hic exultans succeßu, animisq; Corœbus.
O socij, qua prima, inquit, fortuna salutis
Mõstrat iter, quaq; ostendit se dextra, sequamur,
Mutemus clypeos, Danaumq; insignia nobis
Aptemus, dolus an uirtus, quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi: sic fatus deinde comantem
Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum

Increpatio ab exemplo Ayσσιηεὶς φέρεσαι.

In Corœbo notat impotentis, & incõsulti animi iuuenẽ qui prospe ris nimium efferatur.

Græci Mineruam, Danai Apollinẽ ferebant

Induitur

Induitur, lateriq; Argiuum accommodat enſem.
Hoc Ripheus, hoc ipſe Dymas, omniſq; iuuentus
Lætafacit, ſpolijs ſe quiſq; recentibus armat.
Vadimus immixti Danais, haud numine noſtro,
Multaque per cæcam congreſſi præl:a noctem
Conſerimus, multos Danaûm demittimus orco.
Diffugiunt alij ad naueis, & littora curſu
γνώμη Fida petunt, pars ingentem formidine turpi
Noua Narratio, quæ ornatus gratia interponitur. Scandunt rurſus equũ, et nota conduntur in aluo.
Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.
Ecce trahebatur paſsis Priameia uirgo
Crinibus à templo Caſſandra, adytiſq; Mineruæ,
Amoris imparientis ex emplum. Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra,
Lumina, nam teneras arcebant uincula palmas.
Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus,
Et ſeſe medium iniecit moriturus in agmen.
Conſequimur cuncti, & denſis incurrimus armis.
Hîc primùm ex alto delubri culmine telis
Noſtrorum obruimur, oriturq; miſerrima cædes
Armorum facie, & Graiarum errore iubarum.
Tum Danai gemitu, atq; ereptæ uirginis ira,
Vndiq; collecti inuadunt, acerrimus Aiax,
Cõpratio aauentis. Et gemini Atridæ, Dolopumq; exercitus omnis.
Aduerſi rupto ceu quondam turbine uenti
Conſligunt Zephyruſq;, Notuſq;, & lætus Eois
Eurus

Eurus equis, ſtridunt ſyluæ, ſæuitq; tridenti
Spumeus, atq; imo Nereus ciet æquora fundo.
Illi etiam, ſi quos obſcura nocte per umbram
Fudimus inſidijs, totaq; agitauimus urbe,
Apparent, primi clypeos, mentitaque tela
Agnoſcunt, atq; ora ſono diſcordia ſignant.
Ilicet obruimur numero, primusq; Chorœbus
Penelei dextra, Diuæ armipotentis ad aram
Procumbit, cadit & Ripheus, iuſtiſſimus unus
Qui fuit in Teucris, & ſeruantiſſimus æqui,
Dijs aliter uiſum, pereunt Hypanisq;, Dimasq;
Confixi à ſocijs, nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Appollinis inſula texit.
Iliaci cineres, & flamma extrema meorum
Teſtor, in occaſu ueſtro, nec tela, nec ullas
Vitauiſſe uices Danaûm, & ſi fata fuiſſent
Vt caderem, meruiſſe manu. Diuellimur inde
Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyſſi.
Protinus ad ſedes Priami clamore uocati.
Hîc uerò ingentem pugnam, ceu cætera nuſquam
Bella forent, nulli tota morerentur in urbe,
Sic Martem indomitum, Danaoſq; in tecta ruentes
Cernimus, obſeſſumq; acta teſtudine limen.
Hærent parietibus ſcalæ, poſteſq; ſub ipſos

Homerus ſolet cuiq; uel rei, uel homini epitheton addere, hunc Verg. imitatus. Diuã armipotentem uocat. Obteſtatio, qua perite Vergilius proditionis amouet ab Aenea ſuſpicionem. Redit ad narrationẽ.

Nituntur gradibus, clypeosq; ad tela sinistris
Protecti obijciunt, prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contrà turres, ac tecta domorum
Culmina conuellunt, his se, quando ultima cernunt,
Extrema iam in morte parant defendere telis,
Auratasq; trabes, ueterum decora alta parentum,
Deuoluunt: alij strictis mucronibus imas
Obsedere fores, has seruant agmine denso.
Instaurati animi regis succurrere tectis,
Auxilioque leuare uiros, uimque addere victis.
Limen erat, cæcæque fores, & peruius usus
Tectorum inter se Priami, postesque relicti
A tergo, infelix quâ se, dum regna manebant,
Sæpius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros, & auo puerum Astyanacta trahebat.
Euado ad summi fastigia culminis, unde
Tela manu miseri iactabant irrita Teucri,
Turrim in præcipiti stantem, summisq; sub astra
Huius turris meminit & Homerus
Eductam tectis, unde omnis Troia uideri,
Et Danaum solitæ naues, & Achaica castra,
Aggressi ferro circùm, quà summa labantes
Iuncturas tabulata dabant, conuellimus altis
Sedibus, impulimusq;, ea lapsa repentè ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaûm super agmina late
Incidit, at alij subeunt: nec saxa, nec ullum

Telo

Telorum interea cessat genus,
Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine Pyrrhus
Exultat telis, & luce coruscus ahena.
Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis nouus exuuijs, nitidusq; iuuenta,
Lubrica conuoluit sublato pectore terga
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.
Vnà ingens Periphas, et equorũ agitator Achillis
Armiger Automedon, unà omnis Scyria pubes
Quã Achilles ex Scyro Cicladum duxit.
Succedunt tecto, & flammas ad culmina iactant.
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postesque à cardine uellit
Aeratos, iamque excisa trabe, firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus, & atria longa patescunt,
Apparet Priami, & ueterum penetralia regum,
Armatosque uident stantes in limine primo.
At domus interior gemitu, miseroq; tumultu
Miscetur, penitusque cauæ plangoribus ædes
Fœmineis ululant, ferit aurea sydera clamor.
Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæque tenent postes, atq; oscula figunt.
Instat ui patria Pyrrhus, nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre ualent, labat ariete crebro

Ianua, & emoti procumbunt cardine postes.
Fit uia ui, rumpunt aditus, primosq; trucidant
Immissi Danai, & late loca milite complent.
Cõparatio Homerica. Non sic aggeribus ruptis cum spumens amnis
Exijt, oppositasque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo, cãposq; per omneis
Late redit a comparatione ad institutum. Cum stabulis armenta trahit: uidi ipse furentem
Cæde Neoptolemum, geminosq; in limine Atridas
Vidi Hecubã, centũq; nurus, Priamumq; per aras
Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat, ignes.
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro, spolijsque superbi
πάθος a loco. Procubuere, tenent Danai quæ deficit ignis.
Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras:
Vrbis ubi captæ casum, conuulsaque uidit
Noua narratio. Limina tectorũ, & medium in penetralibus hostẽ,
Arma diu senior desueta trementibus æuo
Circundat nequicquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.
Aedibus in medijs, nudoque sub ætheris axe
Ingens ara fuit, iuxtaque ueterrima laurus
Incumbens aræ, atq; umbra complexa penates.
Hic Hecuba, & natæ nequicquam altaria circũ,
Præcipites atra ceu tempestate columbæ
Condensæ, et Diuũm amplexæ simulacra tenebãt.

Ipsum

Ipsum autem sumptis Priamum iuuenilibus armis
Vt uidit, quæ mens tam dira miserrime coniunx
Impulit his cingi telis? aut quò ruis? inquit.
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget, nõ si ipse meus nunc adforet Hector.
Hũc tandem concede, hæc ara tuebitur omneis,
Aut moriere simul, sic ore effata, recepit
Ad se, & sacra longæuum in sede locauit.
Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polytes,
Vnus natorum Priami, per tela, per hostes
Porticibus longis fugit, & uacua atria lustrat
Saucius, illum ardens infesto uulnere Pyrrhus
Insequitur, iã iamq; manu tenet, & premit hasta.
Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentum
Concidit, ac multo uitam cum sanguine fudit.
Hic Priamus, quanquã in media iã morte tenetur,
Non tamen abstinuit, nec uoci, iræq; pepercit.
At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis,
Dij, si qua est cœlo pietas, quæ talia curet,
Persoluant grates dignas, & præmia reddant
Debita, qui nati coram me cernere letum
Fecisti, & patrios fœdasti funere uultus.
At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo, sed iura, fidemque
Supplicis erubuit, corpusq; exangue sepulchro

Increpat Hecuba consilium mariti ab impossibili.

Noua narratio.

Obtestatur deos cum increpatione.

Circumstãtiæ loci & personæ. A dissimili.

Reddidit Hectoreum, meq; in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telumq; imbelle sine ictu
Coniecit, rauco quod protinus ære repulsum,
Et summo clypei nequicquam umbone pependit.
Cui Pyrrhus: referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori, illi mea tristia facta,
Degeneremq; Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere: hæc dicens, altaria ad ipsa trementē
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati,
Implicuitque comam læua, dextraque coruscam
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit, Troiā incensam, & prolapsa uidentē
Pergama, tot quondam populis terrisq; superbum
Regnatorem Asiæ, iacet ingens littore truncus,
Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus.
At me tum primùm sæuus circunstetit horror,
Obstupui, subijt chari genitoris imago,
Vt regem æquæuum crudeli uulnere uidi
Vitam exhalantem, subijt deserta Creusa,
Et directa domus, & parui casus Iuli.
Reſpicio, & quæ sit me circum copia, lustro,
Deseruere omnes defessi, & corpora saltu
Ad terram misēre, aut ignibus ægra dedēre.

Bonus imperator nō cedere debet, nisi ex necessitate.

Duos

Duos & uiginti, qui sequuntur uersus, quidam ceu non genuinos, hoc loci obmittunt.

Iamq; adeo super unus eram, cùm limina Vestæ
Seruantem, & tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio, dant clara incendia lucem
Erranti, passimq; oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Et pœnas Danaum, & deserti coniugis iras
Permetuens, Troiæ, et patriæ communis Erinnys
Abdiderat sese, atq; aris inuisa sedebat.
Exarsere ignes animo, subit ira, cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Scilicet hæc Spartā incolumis, patriasq; Mycenas
Aspiciet? partoque ibit regina triumpho?
Coniugiumque, domumq; patres, natosq; uidebit
Iliadum turba, & Phrygijs comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine littus?
Non ita: namq; & si nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna est, nec habet uictoria laudem,
Extinxisse nefas tamen, & sumpsisse merentis
Laudabor pœnas, animumque expleſſe iuuabit
Vltricis famæ, & cineres satiasse meorum.
Talia iactabam, & furiata mente ferebar,
Cùm mihi se, non antè oculis tam clara, uidendam

Facit narrationem probabilem.

Deorum auxilium.

Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam, qualis q; uideri
Cœlicolis, & quanta solet, dextraq; prehensum
Continuit, roseoque hæc insuper addidit ore.

Oratio Veneris, qua Aeneã hortatur, ut pietatis magis rationem habeat.

Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quò nam nostri tibi cura recessit?
Non prius aspicies ubi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet coniunxne Creusa,
Ascanius q; puer? quos omnes undique Graiæ
Circum errant acies, & ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis.
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatúsue Paris, uerùm inclementia diuûm
Has euertit opes, sternitq; à culmine Troiam.
Aspice (nanq; omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortaleis hebetat uisus tibi, & humida circùm
Caligat, nubem eripiam, tu ne qua parentis
Iussa time, neu præceptis parere recusa)
Hic, ubi disiectas moles, auulsaque saxis
Saxa uides, mistoq; undantem puluere fumum,
Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit, totamq; à sedibus urbem
Eruit, hìc Iuno Scæas sæuissima portas
Prima tenet, sociumq; furens à nauibus agmen
Ferro accincta uocat.

Translatio

Dicitur Troia tempore belli terræ motu cõcussa, quod creberius accidere solet maritimis urbibus.

Iam

Iam summas arces Tritonia (respice) Pallas
Insedit, nimbo effulgens, & Gorgone sæua.
Ipse pater Danais animos, uires q; secundas
Sufficit, ipse deos in Dardana suscitat arma,
Eripe nate fugam, finemque impone labori.
Nusquam abero, & tutum patrio te limine sistam.
Dixerat, & spissis noctis se condidit umbris.
Apparent diræ facies, inimicaque Troiæ
Numina magna Deum.
Tum uerò omne mihi uisum considere in ignes
Ilium, & ex imo uerti Neptunia Troia.
Ac ueluti summis antiquam in montibus ornum,
Cùm ferro accisam, crebris q; bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim, illa usq; minatur,
Et tremefacta comam concusso uertice nutat,
Vulneribus donec paulatim euicta, supremùm
Congemuit, traxitque iugis auulsa ruinam.
Descendo, ac ducente Deo flammã inter & hostes
Expedior, dant tela locum, flammæq; recedunt.
At ubi iam patriæ peruentum ad limina sedis,
Antiquas q; domos, genitor, quem tollere in altos
Optabam primùm montes, primumque petebam,
Abnegat excisa uitam producere Troia,
Exiliumque pati. Vos ò quibus integer æui
Sanguis, ait: solidæque suo stant robore uires,

Cõparatio.

Nota deus pro Venere

Decorũ, decuit enim senem & principẽ non superesse excidiæ patriæ.

Vos agitate fugam.
Me si cœlicolæ uoluissent ducere uitam,
Has mihi seruassent sedes, satis una, superque
Vidimus excidia, & captæ superauimus urbi.
Sicò sic positum affati discedite corpus.
Ipse manu mortem inueniam, miserebitur hostis,
Exuuiasque petet, facilis iactura sepulchri est.
Iampridem inuisus diuis, & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuûm pater atq; hominũ rex
Fulminis afflauit uentis, & contigit igne.
Talia perstabat memorans, fixusq; manebat,
Nos contrà effusi lachrymis, coniunxq; Creusa,
Ascaniusque, omnusque domus, ne uertere secum
Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere uellet:
Abnegat, inceptoque & sedibus hæret in issdem.
Rursus in arma feror, mortemq; miserrimus opto.
Nam quod consilium, aut quæ iã fortuna dabatur?
Mene efferre pedem genitor te posse relicto
Sperasti? tantumque nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui,
Et sedet hoc animo, perituræque addere Troiæ
Teque tuosque iuuat, patet isti ianua leto,
Iamq; aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
Natũ ante ora patris, patrẽ qui obtrũcat ad aras.
Hocce erat alma parens, q̃ me per tela, per ignes

Propter cõcubitum Veneris fulmine petitus & tactus est Anchises.

Auersio ad Venerem.

Eri-

Eripis? ut medijs hostem in penetralibus, utque
Ascaniumq;, patremque meum, iuxtaq; Creusam
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
Arma uiri ferte arma, uocat lux ultima uictos,
Reddite me Danais, sinite instaurata reuisam
Prælia, nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Hìc ferro accingor rursus, clypeoq; sinistram
Insertabam aptans, meq; extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine coniunx
Hærebat, paruumque patri tendebat Iulum.
Si peritурus abis, & nos rape in omnia tecum,
Sin aliquã expertus sumptis spem ponis in armis,
Hanc primùm tutare domum, cui paruus Iulus,
Cui pater, & cõiunx quondã tua dicta relinquor?
Talia uociferans gemitu tectum omne replebat,
Cùm subitum, dictuq; oritur mirabile monstrum,
Nanq; manus inter, mœstorumque ora parentum,
Ecce leuis summo de uertice uisus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circũ tempora pasci.
Nos pauidi trepidare metu, crinemq; flagrantem
Excutere, & sanctos restinguere fontibus ignes.
At pater Anchises oculos ad sydera lætus
Extulit, & cœlo palmas cum uoce tetendit:
Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,

Solatium.

Affectus uxoris.

Prodigium hoc significat regẽ fore Ascaniũ. Et huic fimile quoddam dicitur de Seruio Tullo.

Aspi-

Aspice nos, hoc tantum, & si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atq; hæc omnia firma.
Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore
Intonuit leuum, & de cœlo lapsa per umbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit,
Illam summa super labentem culmina tecti,
Cernimus Idæa claram se condere sylua,
Signantemque uias, tum longo limite sulcus
Dat lucem, & latè circùm loca sulphure fumant.
Hîc uerò uictus genitor se tollit ad auras,
Affaturque deos, & sanctum sydus adorat.
Iamiã nulla mora est, sequor: et quà ducitis, adsum
Dij patrij seruate domum, seruate nepotem,
Vestrũ hoc augurium, uestroq; in numine Troia est.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.
Dixerat ille: & iam per mœnia clarior ignis
Auditur, propiusque æstus incendia uoluunt.
Ergò age chare pater ceruici imponere nostræ,
Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit.
Quò res cunq; cadent, unum et cõmune periclum,
Vna salus ambobus erit, mihi paruus Iulus
Sit comes, & longe seruet uestigia coniunx.
Vos famuli, quæ dicam, animis aduertite uestris:
Est urbe egressis tumulus, templumque uetustum
Desertæ Cereris, iuxtaque antiqua Cupressus,

Sinistra tonitrua, prospera erant.

Fortassis hic alludit ad cometã Iulij Cæsaris.

Exemplum pietatis.

Descriptiones temporum & locorum uidentur aliquid

Relli-

Religione Patrum multos seruata per annos:
Hanc ex diuerso sedem ueniemus in unam.
Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates.
Me bello è tanto digressum, & cæde recenti,
Attrectare nefas, donec me flumine uiuo
Abluero.
Hæc fatus, latos humeros, subiecta que colla
Veste super, fuluique insternor pelle leonis,
Succedoque oneri, dextræ se paruus Iulus
Implicuit, sequiturque patrem non passibus æquis.
Ponè subit coniunx, ferimur per opaca locorum,
Et me, quem dudum non ulla iniecta mouebant
Tela, neq; aduerso glomerati ex agmine Graij,
Nunc omnes terrent auræ, sonus excitat omnis
Suspensum, & pariter comitiq;, oneriq; timentẽ.
Iamque propinquabam portis, omnemq; uidebar
Euasisse uiam, subitò cum creber ad aures
Visus adesse pedũ sonitus, genitorque per umbrã
Prospiciens, nate exclamat, fuge nate, propinquãt,
Ardenteis clypeos, atq; æra micantia cerno.
Hîc mihi nescio quod trepido malè numen amicum
Confusam eripuit mentem, nanq; auia cursu
Dum sequor, & nota excedo regione uiarum,
Heu misero coniunx fatóne erepta Creusa
Substitit, errauitne uia, seu lassa resedit,

euidentiæ addere orationibus.

Religio erat, nõ nisi lotis manibus sacra facere, uel attingere.

Fortis uiri est nõ pertimescere, pij pertimescere propter alienum periculum.

A mouet suspicionẽ negligẽtiæ.

Coniugem describit amissam.

Incer-

Incertum, nec pòst oculis est reddita nostris.
Nec prius amissam respexi, animumque reflexi,
Quàm tumulum antiquæ Cereris, sedemq; sacratã
Venimus, hîc demum collectis omnibus, una
Defuit, & comites, natumque uirumq; fefellit.
Quem non incusaui amens hominumq; deorumq;?
Aut quid in euersa uidi crudelius urbe?
Ascanium, Anchisenq; patrem, Teucrosq; penates
Commendo socijs, & curua ualle recondo.
Ipse urbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Stat casus renouare omneis, omnemq; reuerti
Per Troiam, & rursus caput obiectare periclis.
Principio muros, obscuraque limina portæ,
Quâ gressum extulerẽ, repeto, & uestigia retro
Obseruata sequor per noctem, & lumine lustro.
Horror ubiq; animos, simul ipsa silentia terrent.
Inde domum si fortè pedem, si fortè tulisset,
Me refero: irruerant Danai, et tectũ omne tenebãt
Ilicet ignis summa ad fastigia uento
Voluitur, exuperant flammæ, furit æstus ad auras.
Procedo ad Priami sedes, arcemque reuiso,
Et iam porticibus uacuis Iunonis Asylo
Custodes lecti Phœnix, & dirus Vlysses,
Prædam asseruabant, hûc undiq; Troîa gaza
Incensis erepta adytis, mensæque Deorum,

Exemplum amoris coniugalis.

Asylum, locus est, quo quisq; se tuto potest recipere hinc enim neminem extra hi licet neq; deprædari.

A uerbo συράω, id est, traho, uel σιλεύω id est, prædor.

Crateresque

Crateresque auro solidi, captiuaque uestis
Congeritur, pueri & pauidæ longo ordine matres
Stant circûm.
Ausus quinetiam uoces iactare per umbram,
Impleui clamore uias, mœstusque Crẽusam
Nequicquã ingeminãs, iterumq; iterumq; uocaui.
Quærenti, & tectis urbis sine fine furenti,
Infelix simulacrum, atq; ipsius umbra Crẽusæ
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago.
Obstupui, steteruntq; comæ, et uox faucibus hæsit.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
Quid tantum insano iuuat indulgere labori
O dulcis coniunx? non hæc sine numine diuûm
Eueniunt, nec te hinc comitem asportare Crẽusam
Fas, haud ille sinit superi regnator olympi.
Longa tibi exilia, & uastũ maris æquor arandũ.
Ad terram Hesperiam uenies, ubi Lydius arua
Inter opima uirûm leni fluit agmine Tybris.
Illic res lætæ, regnumque & regia coniunx
Parta tibi, lachrymas dilectæ pelle Crẽusæ.
Non ego Myrmidonũ sedes, Dolopúmue superbas
Aspiciam, aut Graijs seruitum matribus ibo
Dardanis, & diuæ Veneris nurus.
Sed me magna Deûm genitrix his detinet oris.
Iamque uale, & nati serua communis amorem.

Hæc

Hæc ubi dicta dedit, lachrymantẽ, & multa uolen-
Dicere deſeruit, tenuesq; receſſit in auras. (tem
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Spiritus deſcriptio. Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucrique ſimillima ſomno.
Sic demum ſocios conſumpta nocte reuiſo.
Atq; hìc ingentem comitum affluxiſſe nouorum
Inuenio, admirans numerum, matresq; uirosq;,
Collectam exilio pubem, miſerabile uulgus.
Vndiq; conuenere, animis opibusq; parati,
In quaſcunq; uelim pelago deducere terras,
Iamque iugis ſummæ ſurgebat Lucifer Idæ,
Ducebatq; diem, Danaiq; obſeſſa tenebant
Limina portarum, nec ſpes opis ulla dabatur.
Ceſſi, & ſublato montem genitore petiui.

P. VER.

Aeneidos liber Tertius.

ARGVMENTVM.

Tertius Aeneam circũ maria omnia iactat,
Dum quærit ſocijs mœnia certa ſuis.



Oſtquam res Aſiæ, Priamiq; euer- Commiſera
tere gentem tionem mo
Immeritam uiſum ſuperis, ceci- uet ab affec
ditq; ſuperbum ſtu.
Ilium, & omnis humo fumat Nep-
tunia Troia,
Diuerſa exilia, & deſertas quærere terras
Augurijs agimur diuûm, claſſemque ſub ipſa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quo fata ferant, ubi ſiſtere detur.
Contrahimusq; uiros, uix prima incœperat æſtas,
Et pater Anchiſes dare fatis uela iubebat.
Littora tũ patriæ lachrymans, portusq; relinquo
Et campos ubi Troia fuit, feror exul in altum
Cum ſocijs, natoque, penatibus, & magnis Dijs.
Terra procul uaſtis colitur Mauortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo,
Hoſpitium antiquum Troiæ, ſocijque penates,
Dum fortuna fuit, feror hûc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis,
Æneadasq; meo nomen de nomine fingo.

Eſt enim op
pidum in

Thracia Aeneadum nomine.

Sacra Dionææ matri, diuisque ferebam
Auspicibus cœptorum operum, superoq; nitentem
Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum.
Fortè fuit iuxtà tumulus, quo cornea summo
Virgulta, & densis hastilibus horrida myrtus.
Acceßi, uiridemq; ab humo conuellere syluam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras,
Horrendum, & dictu uideo mirabile monstrum.

Prodigium

Nam, quæ prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttæ,
Et terram tabo maculant: mihi frigidus horror

Naturatimoris.

Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.
Rursus & alterius lentum conuellere uimen
Insequor, & causas penitus tentare latenteis:
Ater & alterius sequitur de cortice sanguis.
Multa mouẽs animo, nymphas uenerabar agrestes

Martem, a grassando, quia bello grassatur.

Graduumq; patrem, Geticis qui præsidet aruis,
Rite secundarent uisus, omenque leuarent.
Tertia sed postquam maiore hastilia nixu
Aggredior, genibusq; aduersæ obluctor arenæ,
(Eloquar? an sileam?) gemitus lachrymabilis imo
Auditur tumulo, & uox reddita fertur ad aures:
Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto,
Parce pias scelerare manus, non me tibi Troia
Externum tulit, haud cruor hic de stipite manat.
Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum,

Nam

Nam Polydorus ego, hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.
Tum uerò ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui, steteruntq; comæ, & uox faucibus hæsit.
Hunc Polydorum auri quondã cũ pondere magno
Infelix Priamus, furtim mandarat alendum
Threïcio regi, cùm iam diffideret armis
Dardaniæ, cingique urbem obsidione uideret.
Ille, ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna receßit,
Res Agamemnonias, uictriciaq; arma secutus,

Impietãs. Iura hospitalitatis fregit.

Fas omne abrumpit, Polydorũ obtruncat, & auro
Vi potitur: quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? postquam pauor ossa reliquit,
Delectos populi ad proceres, primumq; parentem
Monstra Deûm refero, et quæ sit sententia posco.
Omnibus idem animus, scelerata excedere terra,
Linquere pollutũ hospitiũ, et dare claßibus Austros

Mos expiãdorum manibũ, quibũ perfunctis legitimo funere.

Ergo instauramus Polydoro funus, & ingens
Aggeritur tumulo tellus, stant manibus aræ
Cæruleis mœstæ uittis, atraque cupresso,
Et circùm Iliades crinem de more solutæ.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,

Cupressus mortis symbolum.

Sanguinis & sacri pateras, animamq; sepulchro
Condimus, & magna supremùm uoce ciemus.
Inde ubi prima fides pelago, placataque uenti
Dant maria, & lenis crepitãs uocat auster in altũ

Deducunt socij naues, & littora complent.
Deli descriptio. Prouehimur portu, terræq; urbesque recedunt.
Sacra mari colitur medio, gratissima tellus
Nereidum matri, & Neptunio Aegæo,
Quam pius Arcitenens oras, & littora circùm
Errantem, Mycone celsa Gyaroque reuinxit,
Immotamque coli dedit, & contemnere uentos.
Huc feror, hæc fessos tuto placidissima portu
Accipit, egressi ueneramur Apollinis urbem.
Rex Anius, rex idē hominum, Phœbiq; sacerdos,
Vittis & sacra redimitus tempora lauro
Occurrit, ueterem Anchisen agnoscit amicum.
Hospitalitas & amicitia. Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.
Templa Dei saxo uenerabar structa uetusto.
Da propriam Thymbræe domum, da mœnia fessis
Religio Aeneæ, Et genus, & mansurā urbem, serua altera Troiæ
Pergama, reliquias Danaū, atq; immitis Achillis
Quē sequimur? quóue ire iubes? ubi ponere sedes?
Da pater augurium, atq; animis illabere nostris.
Alludit ad morē uatū cinantium. Vix ea fatus eram, tremere omnia uisa repentè,
Liminaque laurusque dei, totusque moueri
Solebant Phœbi sacerdotes lauri foliis comestis uaticinari. Mons circùm, & mugire adytis cortina reclusis.
Submissi metimus terram, & uox fertur ad aures:
Dardanidæ duri, quæ uos à stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem uos ubere læto
Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem.

Hic

Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus, mistoque ingens exorta tumultu
Lætitia, & cuncti quæ sint ea mœnia quærunt,
Quò Phœbus uocet errantes, iubeatque reuerti.
Oraculum falso interpretatur Anchises. Tum genitor ueterū uoluens monumenta uirorū,
Audite ò proceres, ait, & spes discite uestras.
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ,
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna,
Maximus unde pater (si rite audita recordor)
Teucrus, Rhœteas primùm est aduectus ad oras,
Optauitque locum regno, nondum Ilium, & arces
Cybele a rotundi fate dicta, terrā significat. Pergameæ steterant, habitabant uallibus imis.
Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra,
Idæumque nemus, hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum dominæ subiere leones.
Ergo agitè, & diuūm ducunt quâ iussa, sequamur,
Placemus uentos, & Gnosia regna petamus,
Gnosis urbs Cretæ insignis. Nec longo distant cursu (modò Iuppiter adsit)
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Sic fatus, meritos aris mactauit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Appollo,
Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albā.
Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis,
Idomenea ducem, desertaque littora Cretæ,

Hoſte uacare domos, ſedeſq; aſtare relictas.
Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq; uolamus.
Bacchatamq; iugis Naxon, uiridemq; Donyſam,
Olearon, niueamq; Paron, ſparſasq; per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.
Nauticus exoritur uario certamine clamor.
Hortantur ſocij Cretam, proauosq; petamus.
Proſequitur ſurgens à puppi uentus euntes,
Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo auidus muros optatæ malior urbis,
Pergameamq; uoco, & lætam cognomine gentem.
Hortor amare focos, arcemque attollere tectis.
Iamque ferè ſicco ſubductæ littore puppes,
Connubijs, aruiſq; nouis operata iuuentus,
Iura domosq; dabam, ſubitò cùm tabida membris
Corrupto cœli tractu miſerandaque uênit
Arboribuſque ſatiſque lues, & letifer annus.
Linquebant dulceis animas, aut ægra trahebant
Corpora, tum ſteriles exurere Syrius agros.
Arebant herbæ, & uictum ſeges ægra negabat.
Rurſus ad oraculum Ortygiæ Phœbumq; remenſo
Hortatur pater ire mari, ueniamq; precari.
Quem feſſis finem rebus ferat, unde laborum
Tentare exilium iubeat, quò uertere curſus.
Nox erat, & terris animalia ſomnus habebat,
Effigies ſacræ Diuûm, Phrygijq; penates,

Periphraſes poëticæ, Peſtis deſcriptio.

Peſtilentiã inſequitur fames.

Apollinẽ enim irato, peſtis credebatur eſſe.

Quos mecum à Troia, mediſq; ex ignibus urbis
Extuleram, uiſi ante oculos aſtare iacentis
In ſomnis, multo manifeſti lumine, quâ ſe
Plena per inſertas fundebat luna feneſtras.
Tum ſic affari, & curas his demere dictis:
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo eſt,
Hic canit, & tua nos en ultro ad limina mittit.
Nos te Dardania incenſa, tuaque arma ſecuti,
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor,
Idem uenturos tollemus in aſtra nepotes,
Imperiumque urbi dabimus, tu mœnia magnis
Magna para, longumq; fugæ ne linque laborem.
Mutandæ ſedes, non hæc tibi littora ſuaſit
Delius, aut Cretæ iuſſit conſidere Apollo,
Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebæ,
Oenotrij coluere uiri, nunc fama, minores
Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem.
Hæ nobis propriæ ſedes, hinc Dardanus ortus,
Iaſiusq; pater genus à quo principe noſtrum.
Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer, Corytum, terraſq; require
Auſonas, Dictæa negat tibi Iuppiter arua.
Talibus attonitus uiſis, ac uoce Deorum,
(Nec ſopor illud erat, ſed coràm agnoſcere uultus
Velatasq; comas, præſentiaq; ora uidebar,

Penates eadem docent in ſomnis Aeneam, quo tendat.

Aloco.

Frater Dardani, quem cum occidiſſet primum in Cretam, deinde ad Phrygiam peruenit.

Tum gelidus toto manabat corpore sudor)
Corripio è stratis corpus, tendoque supinas
Ad cœlum cum uoce manus, & munera libo
Intemerata focis, perfecto lætus honore,
Anchisen facio certum, remque ordine pando.
Agnouit prolem ambiguam, geminosq; parenteis,
Seque nouo ueterum deceptum errore locorum.
Tum memorat: Nate Iliacis exercite fatis,
Sola mihi tales casus Cassandra canebat,
(Nũc repeto hæc generi portẽdere debita nostro,
Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna uocare)
Sed quis ad Hesperiæ uenturos littora Teucros
Crederet? aut quem tũ uates Cassandra moueret?
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.
Sic ait, & cuncti dictis paremus ouantes.
Hanc quoque deserimus sedem, paucisq; relictis
Vela damus, uastumq; caua trabe currimus æquor
Postquam altũ tenuere rates, nec iam amplius ullæ
Apparent terræ, cœlum undiq;, & undiq; pontus,
Tum mihi Cæruleus supra caput astitit hymber,
Noctẽ Hyememq; ferẽs, et inhorruit unda tenebris
Continuò uenti uoluunt mare, magnaq; surgunt
Aequora, dispersi iactamur gurgite uasto.
Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur cursu, & cæcis erramus in undis.

Aeneas patri uisa narrat.

Iubet Italiã petere.

Nauis περίφρασις.

Tempestatis descriptio.

Ipse diem, noctemque negat discernere cœlo,
Nec meminisse uiæ media Palinurus in unda.
Treis adeo incertos cæca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sydere noctes.
Quarto terra die primùm se attollere tandem
Visa aperire procul montes, ac uoluere fumum,
Vela cadunt, remis insurgimus, haud mora, nautæ
Adnixi torquent spumas, & cærula uerrunt.
Seruatum ex undis Strophadum me littora primũ
Accipiunt, Strophades Graio stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno,
Harpyiæque colunt aliæ, Phineia postquam
Clausa domus, mensasq; metu liquere priores.
Tristius haud illis monstrum, nec sæuior ulla
Pestis, & ira deûm Stygijs sese extulit undis.
Virginei uolucrum uultus, fœdißima uentris
Proluuies, uncæq; manus, & pallida semper
Ora fame.
Huc ubi delati portus intrauimus, ecce
Læta boum paßim campis armenta uidemus,
Caprigenumq; pecus, nullo custode per herbam,
Irruimus ferro, & diuos, ipsumque uocamus
In prædam partemq; Iouem, tunc littore curuo
Extruimusq; toros, dapibusque epulamur opimis.
At subitò horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas,

In Strophadas peruenit.

Fabula Harpyiarum.

Consensu scriptorum uolunt poẽtæ per Harpyias furias significare uel latrões.

ἁρπάζω enim rapio est.

Dabantur enim Ioui prædarum decimæ.

Diripiuntq́; dapes, contactuq́; omnia fœdant
Immundo, tum uox tetrum dira inter odorem.
Rursum in secessu longo sub rupe cauata,
Arboribus clausi circũ, atq; horrentibus umbris:
Instruimus mensas, arisque reponimus ignem,
Rursum ex diuerso cœli, cæcisque latebris
Turba sonans prædã pedibus circumuolat uncis,
Polluit ore dapes, socijs tunc arma capessant
Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Haud secus ac iußi faciunt, tectosq́; per herbam
Disponunt enses, & scuta latentia condunt.
Ergo ubi delapsæ sonitum per curua dedere
Littora, dat signum specula Misenus ab alta
Aere cauo: inuadunt socij, et noua prælia tentant,
Obscœnas pelagi ferro fœdare uolucres.
Sed neq; uim plumis ullam, nec uulnera tergo
Accipiunt, celerique fuga sub sydera lapsæ
Semesam prædam, & uestigia fœda relinquunt.
Vna in præcelsa consedit rupe Celæno
Infelix uates, rupitque hanc pectore uocem:
Bellum etiam pro cæde boum, stratisq́; iuuencis
Laomedontiadæ, bellúmne inferre paratis?
Et patrio insonteis Harpyas pellere regno?
Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta:
Quæ Phœbo pater omnipotẽs, mihi Phœbus Apol
Prædixit, uobis furiarũ ego maxima pando: (lo

Veteres eñ quoties epulabantur, libabantlaribus.

Italiam

Italiam cursu petitis, uentisque uocatis,
Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.
Sed non antè datam cingetis mœnibus urbem,
Quàm uos dira fames, nostræq́; iniuria cædis
Ambesas subigat malis absumere mensas.
Dixit: & in syluam pennis ablata refugit.
At socijs subita gelidus formidine sanguis
Diriguit, cecidêre animi, nec iam amplius armis,
Sed uotis precibusq́; iubent exposcere pacem,
Siuæ deæ, seu sint diræ, obscœnæq́; uolucres,
Et pater Anchises, paßis de littore palmis,
Numina magna uocat, meritosq́; indicit honores,
Dij prohibete minas, dij talem auertite casum,
Et placidi seruate pios, tum littore funem
Diripere, excussosque iubet laxare rudentes.
Tendunt uela noti, fugimus spumantibus undis,
Quà cursum uentusq́; gubernatorq́; uocabant.
Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua saxis,
Effugimus Ithacæ scopulos, Laërtia regna,
Et terram altricem sæui execramur Vlyßis.
Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo,
Hunc petimus feßi, & paruæ succedimus urbi.
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.
Ergo insperata tandem tellure potiti,

Insulæ sunt sub imperio Vlyssis.

Lustra-

Alluditad ludos Actiacos institutos ab Augusto Cæsare, deuicto Antonio ad Actium, in honorem Appollinis

Lustramurque Ioui, uotisque incendimus aras,
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.
Exercent patrias oleo labente palæstras
Nudati socij, iuuat euasisse tot urbes
Argolicas, medios q; fugam tenuisse per hostes.
Interea magnum sol circumuoluitur annum,
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas.
Aere cauo clypeum, magni gestamen Abantis,
Postibus aduersis figo, & rem carmine signo:
Aeneas hæc de Danais uictoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, et considere transtris.
Certatim socij feriunt mare, & æquora uerrunt.
Protinus aerias Phæacum abscondimus arces,
Litoraque Epeiri legimus portuque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem,
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes,
Coniugio Aeacidæ Pyrrhi, sceptrisq; potitum,
Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui, miroque incensum pectus amore
Compellare uirum, & casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classes & littora linquens.
Solennes tum forte dapes, & tristia dona,
Ante urbem in luco falsi Simoëntis ad undam
Libabat cineri Andromache, manesque uocabat
Hectoreũ ad tumulũ, uiridi quem cespite inanem,

Ex Thebis Lydijs erat Andromache.

Obseruabat Barbarorũ morẽ in credendis cadaueribus.

Et geminas, causam lachrymis, sacrauerat aras.
Vt me conspexit uenientem, & Troia circùm
Arma amens uidit, magnis exterrita monstris
Diriguit uisu in medio, calor ossa reliquit,
Labitur, & longo uix tandem tempore fatur:
Veráne te facies, uerus mihi nuncius affers
Nate Dea? uiuisne? aut si lux alma recessit,
Hector ubi est? dixit: lachrymas q; effudit, et omnẽ
Impleuit clamore locum, uix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus uocibus hisco.
Viuo equidem, uitam q; extrema per omnia duco,
Ne dubita, nam uera uides.
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit? aut quæ digna satis fortuna reuisit?
Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?
Deiecit uultum, & demissa uoce locuta est:
O felix una ante alias Priamëia uirgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub monibus altis
Iussa mori, quæ sortitus non pertulit ullos,
Nec uictoris heri tetigit captiua cubile.
Nos patria incensa diuersa per æquora uectæ,
Stirpis Achilleæ fastus, iuuenemque superbum,
Seruitio enixæ tulimus, qui deinde secutus
Lædæã Hermionem, Lacedæmonios q; hymenæos,
Mefamulã, famuloq; Heleno transmisit habendã.
Ast illum, ereptæ magno inflammatus amore

Subiti euentus.

πάθος.

Achillis, uel Apollinis. Pyrrhus eñ patrem suum pro deo colebat.

Conu-

Coniugis, & scelerum furijs agitatus Orestes,
Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi, regnorum reddita cessit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem Troiano à Chaone dixit,
Pergamaq;, Iliacamq; iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum uenti, quæ fata dedêre?
Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris?
Quid puer Ascanius? superátne & uescitur aura?
Quem tibi iam Troia. obsessa est enixa Geusa?
Ecquæ iam puero est amissæ cura parentis?

Muliebris cura.

Ecquid in antiquam uirtutem, animosq; uiriles,
Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector?
Talia fundebat lachrymans, longosq; ciebat

Helenus Troianos in hospitiũ ducit.

Incassum fletus, cùm sese à mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus offert,
Agnoscitque suos, lætusque ad mœnia ducit,
Et multum lachrymãs uerba inter singula fundit.
Procedo, & paruam Troiam, simulataq; magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco, Scææque amplector limina portæ.
Necnon & Teucri socia simul urbe fruuntur.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis,
Aulaï in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus, paterasq; tenebant.
Iamque dies, alterq; dies processit, & auræ

Vela

XCCLL

Consilium.

Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tãto?
Quin potius pacem æternam, pactosq; hymenæos
Exercemus: habes tota quod mente petisti.
Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem.
Cõmunem hunc ergo populũ, paribusq; regamus
Auspicijs, liceat Phrygio seruire marito,
Dotaleisque tuæ Tyrios permittere dextræ.
Olli (sensit enim simulata mente locutam,
Quò regnum Italiæ Libycas auerteret oras)
Sic contrà est ingressa Venus: Quis talia demens
Abnuat? aut tecum malit contendere bello?
Si modò, quod memoras, factum fortuna sequatur.
Sed fatis incerta feror, si Iuppiter unam
Esse uelit Tyrijs urbem, Troiaque profectis,
Miscerive probet populos, aut fœdera iungi.
Tu coniunx, tibi fas animum tentare precando.
Perge, sequar. Tum sic excepit regia Iuno:
Mecũ erit iste labor, nũc qua ratione, quod instat,
Confierī possit, paucis, aduerte, docebo:
Venatum Aeneas, unàque miserrima Dido
In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem,
His ego nigrantem commista grandine nimbum,
Dum trepidant alæ, saltusq; indagine cingunt,
Desuper infundam, & tonitru cœlum omne ciebo.

Astutia Iunonis.

Diffugient comites, & nocte tegentur opaca.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deuenient, adero, & tua si mihi certa uoluntas,
Connubio iungam stabili, propriamq; dicabo:
Hic hymenæus erit: non aduersata petenti,
Annuit, atq; dolis risit Cytherea repertis.
Oceanum interea surgens aurora reliquit.
It portis iubare exorto delecta iuuentus.
Retia rara, plagæ, lato uenabula ferro,
Massyliq; ruunt equites, & odora canum uis.
Reginam thalamo cunctantem, ad limina primi
Pœnorum expectant, ostroq; insignis, & auro
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.
Tandem progreditur magna stipante caterua,
Sidonam picto chlamydem circundata limbo,
Cui pharetra ex humero, crines nodãtur in aurũ,
Aurea purpuream subnectit fibula uestem.
Necnon & Phrygij comites, & lætus Iulus
Incedunt, ipse, ante alios pulchrrimus omneis,
Infert se socium Aeneas, atq; agmina iungit.
Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo,
Instauratq; choros, mistiq; altaria circum
Cretesq;, Driopesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi,
Ipse iugis Cynthi graditur, molliq; fluentem
Fronde premit crinem fingens, atq; implicat auro,

Tela

Tela sonant humeris, haud illo segnior ibat
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.
Postquam altos uentũ in montes, atq; inuia lustra, Descriptio uenationis.
Ecce feræ saxi deiectæ uertice capræ
Decurrêre iugis, alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos, atq; agmina cerui
Puluerulenta fuga glomerant, mõtesq; relinquũt,
At puer Ascanius mediis in uallibus acri
Gaudet equo, iamq; hos cursu, iam præterit illos,
Spumantemque dari pecora inter inertia uotis
Optat aprum, aut fuluum descendere monte leonẽ.
Interea magno misceri murmure cœlum
Incipit, insequitur commixta grandine nimbus.
Et Tyrij comites passim, & Troiana iuuentus,
Dardaniusque nepos Veneris, diuersa per agros
Tecta metu petiere: ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido, dux & Troianus eandem
Deueniunt: prima & tellus, & pronuba Iuno
Dant signum, fulsere ignes, & conscius æther
Connubij, summoque ululârunt uertice Nymphæ.
Ille dies primus leti, primusque malorum
Causa fuit, neq; enim specie, famáue mouetur,
Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem,
Coniugium uocat, hoc prætexit nomine culpam.
Extemplo Libiæ magnas it fama per urbes,
Fama, malum, quo non aliud uelocius ullum,

Mobilitate uiget, uiresque acquirit eundo,
Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingreditur q; solo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata deorum
Extremã (ut perhibent) Cœo, Enceladoq; sorore
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis,
Monstrũ horrendũ, ingens, cui, quot sunt corpore
Tot uigiles oculi subter (mirabile dictu) (plumæ,
Tot linguæ, totidẽ ora sonant, tot subrigit aures.
Nocte uolat cœli medio, terræque per umbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat urbes,
Tam ficti praui q; tenax, quàm nuncia ueri.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens, & pariter facta atq; infecta canebat.
Venisse Aeneam Troiano à sanguine cretum,
Cui se pulchra uiro dignetur iungere Dido,
Nunc hyemem inter se luxu, quàm longa, fouere,
Regnorum immemores, turpiq; cupidine captos.
Hæc passim dea fœda uirũm diffundit in ora.
Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam,
Incenditque animum dictis, atq; aggerat iras.
Hic Ammone satus, rapta Garamantide Nympha,
Templa Ioui centum latis immania regnis,
Centum aras posuit, uigilemq; sacrauerat ignem,

Excu-

Excubias diuũm æternas, pecudumq; cruore
Pingue solum, & uarijs florentia limina sertis.
Isq; amens animi, & rumore accensus amaro,
Dicitur ante aras, media inter numina Diuũm,
Multa Iouem manibus supplex orasse supinis:
Iuppiter omnipotens, cui nunc Mauusia pictis
Gens epulata toris, Lenæum libat honorem, Increpatio.
Aspicis hæc, an te genitor, cùm fulmina torques,
Nequicquam horremus? cæciq; in nubibus ignes
Terrificant animos? & inania murmura miscent?
Fœmina, quæ nostris errans in finibus, urbem
Exiguam precio posuit, cui littus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra
Repulit, ac dominum Aeneam in regna recepit,
Et nunc ille Paris cum semiuiro comitatu
Meonia mentum mitra, crinemq; madentem
Subnixus, rapto potitur, nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamq; fouemus inanem.
Talibus orantem dictis, arasque tenentem
Audijt omnipotens, oculosq; ad mœnia torsit
Regia, & oblitos famæ melioris amantes.
Tunc sic Mercurium alloquitur, actalia mandat: Propositio.
Vade agènate, uoca Zephyros, & labere pennis,
Dardaniumq; ducem, Tyria Carthagine qui nunc
Expectat, fatisq; datas non respicit urbes,
Alloquere, & celereis defer mea dicta per auras.

Non illum nobis genitrix pulcherrima talem
Promisit, Graiumque ideo bis uindicat armis.
Sed fore, qui grauidam imperijs, belloq; frementē
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
Proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.
Si nulla accendit tantarum gloria rerum,
Nec super ipse sua molitur laude laborem,
Ascanióne pater Romanas inuidet arces?
Quid struit? aut qua spe inimica in gente moratur?
Nec prolem Ausoniam, & Lauinia respicit arua?
Nauiget, hæc summa est, hic nostri nuncius esto.
Dixerat: ille patris magni parère parabat
Imperio, & primùm pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, siue æquora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant.
Tum uirgam capit, hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit,
Dat somnos, adimitq;, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit uentos, & turbida tranat
Nubila, iamq; uolat apicē & latera ardua cernit
Atlantis duri, cœlum qui uertice fulcit,
Atlantis, cinctum assiduè cui nubibus atris
Piniferum caput, & uento pulsatur & hymbri.
Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.
Hîc primum paribus nitens Cyllenius alis

Epilogus.

Consti-

Constitit, hinc toto præceps se corpore ad undas
Misit, aui similis, quæ circum littora, circum
Piscosos scopulos, humilis uolat æquora iuxta.
Haud aliter terras inter cœlumque uolabat,
Littus arenosum Libyæ, uentosque secabat,
Materno ueniens ab auo Cyllenia proles.
Vt primùm alatis tetigit magalia plantis,
Aeneam fundantem arces, ac tecta nouantem
Conspicit, atq; illi stellatus Iaspide fulua,
Ensis erat, Tyrioque ardebat murice Læna
Demissa ex humeris, diues quæ munera Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro.
Continuò inuadit: Tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem
Extruis, heu, regni, rerumque oblite tuarum.
Ipse Deûm tibi me claro demittit olympo
Regnator, cœlum & terras qui numine torquet,
Ipse hæc ferre iubet celeres mandata per auras.
Quid struis, aut qua spe Libycis teris ocia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem,
Ascanium surgentem, & spes hæredis Iuli
Respice, cui regnum Italiæ Romanaque tellus
Debentur, tali Cyllenius ore locutus,
Mortales uisus medio sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram,

Proprie describit puram puram.

Homericē est, fingunt

tur enim dñ uenti quidã iuli.

At uerò Aeneas aspectu obmutuit amens,
Arrectæq; horrere comæ, & uox faucibus hæsit,
Ardet abire fuga, dulcesq; relinquere terras,
Attonitus tanto monitu, imperioque deorum.
Heu quid agat? quò nunc reginam ambire furentẽ
Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat?

Anceps animus.

Atq; animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partes q; rapit uarias, perque omnia uersat.
Hæc alternanti potior sententia uisa est,
Mnesthea, Sergestũq; uocat, fortemque Cloanthũ,
Classem aptent taciti, sociosque ad littora cogant,
Arma parent, & quæ sit rebus causa nouandis
Dissimulent, sese interea, quando optima Dido
Nesciat, & tantos rumpi non speret amores,
Tentaturum aditus, & quæ mollissima fandi
Tempora, quis rebus dexter modus. ocyus omnes
Imperio læti parent, ac iussa facessunt.
At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
Præsensit, motusque excepit prima futuros,
Omnia tuta timens eadem impia fama furenti
Detulit, armari classem, cursumque parari.

Furibundũ amorẽ nota

Sæuit inops animi, totamque incensa per urbem
Bacchatur. qualis commotis excita sacris
Thyas, ubi audito stimulant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque uocat clamore Cithæron.
Tandem his Aeneam compellat uocibus ultrò:

Dissi-

Dissimulare etiam sperasti perfide tantum
Posse nefas? tacitusque mea decedere terra?
Nec te noster amor, nec te data dextera quondã,
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quinetiam hyberno moliris sydere classem,
Et medijs properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis: quid si non arua aliena, domosque
Ignotas peteres? & Troia antiqua maneret?

A maiori.

Troia per undosum peteretur classibus æquor?
Méne fugis? per ego has lachrymas, dextrãq; tuã

Precatio.

Quãdo aliud mihi iã miseræ nihil ipsa reliq, (te,
Per connubia nostra, per inceptos hymeneos,
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam
Dulce meum, miserere domus labentis, & istam
Oro (si quis adhuc precibus locus) exue mentem.
Te propter Libycæ gentes, Nomadumq; tyranni
Odêre, infensi Tyrij, te propter eundem
Extinctus pudor, & qua sola sydera adibam,
Fama prior, cui me moribundam deseris hospes?
Hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.
Quid moror: an mea Pygmalion dũ mœnia frater
Destruat? aut captam ducat Getûlus Iarbas?
Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset

Extenuatio.

Ante fugam soboles, si quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret,
Non equidem omnino capta aut deserta uiderer.

Dixerat, ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina, & obnixus curam sub corde premebat.
Tandem pauca refert: Ego te, quæ plurima fando
Enumerare uales, nunquam regina negabo
Promeritam, nec me meminisse pigebit Elisæ,
Dum memor ipse mei, dũ spiritus hos reget artus.
Pro re pauca loquar, nec ego hanc abscõdere furto
Speraui, ne finge fugam, nec coniugis unquam
Prætendi tædas, aut hæc in fœdera uẽni.
Me si fata meis paterentur ducere uitam
Auspicijs, & sponte mea componere curas:
Vrbem Troianam primũm, dulcesq; meorum
Reliquias colerem, et Priami tecta alta manerent,
Et recidiua manu posuissem Pergama uictis,
Necessitas fatorum. Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo,
Italiam Lyciæ iussere capessere sortes.
Hic amor, hæc patria est, si te Carthaginis arces
Phœnissam, Libycæq; aspectus detinet urbis:
Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est? & nos fas extera quærere regna.
Me patris Anchisæ quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,
Admonet in somnis, & turbida terret imago,
Me puer Ascanius, capitisq; iniuria chari,
Pietas. Quem regno Hesperiæ fraudo, & fatalibus aruis,
Nunc etiam interpres diuùm, Ioue missus ab ipso
(Testor

(Testor utrũq; caput) celeres mandata per auras
Detulit, ipse Deum manifesto in lumine uidi
Intrantem muros, uocemq; his auribus hausi.
Desine meq; tuis incendere, teq; querelis,
Italiam non sponte sequor.
Talia dicentem iamdudum auersa tuetur,
Hũc illuc uoluens oculos, totumq; pererrat
Luminibus tacitis, & sic accensa profatur:
Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus autor,
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæq; admorunt ubera Tigres.
Nam qd dissimulo? aut quæ me ad maiora reseruo?
Num fletu ingemuit nostro? nũ lumina flexit? (est,
Nũ lachrymas uictus dedit? aut miseratus amantẽ
Quæ quibus ante fram? iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnus hæc oculis pater aspicit æquis.
Nusquam tuta fides, eiectum littore egentem
Cõmemoratio beneficiorum. Excepi, & regni demens in parte locaui:
Amissam classem, socios à morte reduxi.
Heu furijs incensa feror, nunc augur Apollo,
Amara ira nia. Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso
Interpres diuum fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat, neq; te teneo, neq; dicta refello.
I, sequere Italiam uentis, pete regna per undas.
Spero equidem medijs (si quid pia numina possunt)
Suppli-

Supplicia hauſurum ſcopulis, & nomine Dido
Sæpe uocaturum, ſequar atris ignibus abſens,
Et cùm frigida mors animā ſeduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas
Audiam, & hæc manes ueniet mihi fama ſub imos.
His medium dictis ſermonem abrumpit, & auras
Aegra fugit, ſeque ex oculis auertit, & aufert,
Linquēs multa metu cunctantē, et multa parantē
Dicere, ſuſcipiunt famulæ, collapſaq; membra
Marmoreo referunt thalamo, ſtratisq; reponunt.
At pius Aeneas, quanquàm lenire dolentem
Solando cupit, & dictis auertere curas,
Multa gemens, magnoq; animū labefactus amore,
Iuſſa tamen diuūm exequitur, claſſemq; reuiſit.
Tum uerò Teucri incumbunt, & littore celſas
Deducunt toto naues, natat uncta carina,
Frondentesq; ferunt remos, & robora ſyluis
Infabricata, fugæ ſtudio.
Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes,
Ac ueluti ingentem formicæ farris aceruum
Cùm populant, hyemis memores, tectoq; reponūt.
It nigrum campis agmen, prædāmq; per herbas
Conuectant calle angusto, pars grandia trudunt
Obnixè frumenta humeris, pars agmina cogunt,
Caſtigantque moras, opere omnis ſemita feruet.
Quis tibi tunc Dido cernenti talia ſenſus?

Viri eſt, affectum ratione uincere.

Quos

Quosue dabas gemitus, cùm littora feruere latè
Proſpiceres arce ex ſumma, totumque uideres
Miſceri ante oculos tantis clamoribus æquor?
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Ire iterum in lachrymas, iterum tentare precando
Cogitur, & ſupplex animos ſubmittere amori,
Ne quid inexpertum fruſtra moritura, relinquat.
Anna uides toto properari littore circùm,
Vndiq; conuenere, uocat iam carbaſus auras
Puppibus, & læti nautæ impoſuere coronas.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,
Et perferre Soror potero, miſeræ hoc tamen unū
Exequere Anna mihi, ſolam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus,
Sola uiri molleis aditus & tempora noras.
I ſoror, atq; hoſtem ſupplex affare ſuperbum.
Non ego cum Danais Troianam excindere gentē
Aulide iuraui, claſſemue ad Pergama miſi.
Nec patris Anchiſæ cineres, manéſue reuelli.
Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?
Quò ruit? extremum hoc miſeræ det munus amāti
Expectet facilemque fugam, uentoſq; ferentes.
Non iam coniugium antiquū, quod prodidit, oro,
Nec pulchro ut Latio careat, regnūmq; relinquat.
Tempus inane peto, requiem, ſpatiumq; furori,
Dum mea me uictam doceat fortuna dolere.

Exclamatio.

Extre-

πάθος. Extremam hanc oro ueniam, miserere sororiꝭ,
Quã mihi cùm dederis, cumulatã morte relinquã.
Talibus orabat, talesq; miserrima fletus
Fertq;, refertq; soror, sed nullis ille mouetur
Fletibus, aut uoces ullas tractabilis audit.
Callide reñ cit in deos. Homerica cõparatio. Fata obstant, placidasq; uiri Deus obstruit aures.
Ac ueluti annosam ualido cum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & altè
*Terram. Consternunt terras *concusso stipite frondes.
Ipsa hæret scopulis & quantum uertice ad auras
Aetherias, tantum radice in tartara tendit.
Affectu mo ueri potest, uincì non debet. Haud secus assiduis hinc, atq; hinc uocibus heros
Tunditur, & magno perſentit pectore curas.
Mens immota manet, lachrymæ uoluuntur inanes.
Tum uerò infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat: tædet cœli conuexa tueri:
Quò magis incœptũ peragat, lucemq; relinquat.
Vidit, thuricremis cum dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros:
Fusaq; in obscœnum se uertere uina cruorem:
Hoc uisum nulli, non ipsi effata sorori.
Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis, & festa fronde reuinctum,
Hinc exaudiri uoces, & uerba uocantis

Visa

Visa uiri, mox cum terras obscura teneret:
Solaq; culminibus ferali carmine Bubo Bubo, letalis auis.
Sæpe queri, & longas in fletum ducere uoces.
Multaq; præterea uatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificant, agit ipse furentem
In somnis ferus Aeneas: semperq; relinqui
Sola sibi: semper longam incomitata uidetur
Ire uiam, & Tyrios deserta quærere terra.
Eumenidum ueluti demens uidet agmina Penteus:
Et solem geminũ, & duplices se ostendere Thebas,
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem, & serpentibus atris Conscientia nõ quiescit.
Cùm fugit, ultricesq; sedent in limine diræ.
Ergo ubi concepit furias, euicta dolore,
Decreuitq; mori, tempus secum ipsa, modumq;
Exigit, & mœstam dictis aggressa sororem,
Consilium uultu tegit, ac spem fronte serenat:
Inueni germana uiam (gratare sorori) Propositio.
Quæ mihi reddat eum, uel eo me soluat amantem,
Oceani finem iuxta, solemq; cadentem
Vltimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum,
Hinc mihi Maßylæ gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos, epulasq; Draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore ramos,
Spargens humida mella, soporiferumq; papauer.

Hæc

Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mentes
Quas uelit, aſt alijs duras immuttere curas,
Siſtere aquam fluuijs, & uertere ſydera retrò,
Nocturnosq; ciet manes, mugire uidebis
Sub pedibus terrã, & deſcendere montibus ornos.
Teſtor chara deos, & te germana, tuumq;
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.
Tu ſecreta pyram tecto interiore ſub auras
Erige, & arma uiri, thalamo quæ fixa reliquit
Impius, exuuias q; omneis, lectumque iugalem,
Quo perij, ſuperimponas, abolere nefandi
Cuncta uiri monimeta iubet, monſtratq; ſacerdos,
Hæc effata ſilet, pallor ſimul occupat ora.
Non tamen Anna nouis prætexere funera ſacris
Germanam credit, nec tantos mente furores
Concipit, aut grauiora timet, quàm morte Sichæi,
Ergo iuſſa parat.
At regina pyra penetrali in ſede ſub auras
Erecta, ingenti tedis, atq; iliice ſecta,
Intenditque locum ſertis, & fronde coronat
Funerea, ſuper exuuias eiſem q; relictum,
Effigiemque toro locat, haud ignara futuri.
Stant aræ circùm, & crines effuſa ſacerdos
Tercentos Iouis habuit uetuſtas. Tercentum tonat ore deos, Erebumq;, Chaosq;,
Ter geminamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ,
Sparſerat & latices ſimulatos fontes Auerni,
Falci-

Falcibus & meſſa ad lunam quæruntur ahenis
Pubentes herbæ, nigri cum lacte ueneni:
Quæritur & naſcentis equi de fronte reuulſus,
Et matri præreptus amor.
Ipſa mola, manibus q; pijs altaria iuxta
Vnum exuta pedem uinclis, in ueſte recincta,
Teſtatur moritura deos, & conſcia fati
Sydera, tum ſi quod non æquo fœdere amantes
Curæ numen habet, iuſtum q; memor q; precatur.
Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluæq;, & ſæua quierant
Aequora: cùm medio uoluuntur ſydera lapſu,
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæq; uolucres, Nox ſilens.
Quæq; lacus latè liquidos, quæq; aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non infelix animi Phœniſſa, nec unquam
Soluitur in ſomnos, oculiſue aut pectore noctem
Accipit: ingeminant curæ, rurſus q; reſurgens
Sæuit amor: magnoq; irarum fluctuat æſtu.
Sic adeo inſiſtit, ſecumq; ita corde uolutat:
En quid agam? rurſúsne procos irriſa priores
Experiar? Numadumq; petam connubia ſupplex?
Quos ego ſum toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur claſſes, atq; ultima Teucrûm

Ironia: Iussa sequar? quiáne auxilio iuuat ante leuatos?
Et bene apud memores ueteris stat gratia facti.
Quis me autẽ (fac uelle) sinet, ratibusq; superbis
Irrisam accipiet? nescis heu perdita, nec dum
Laomedontææ sentis periuria gentis?
A difficili. Quid tum? sola fuga nautas comitabor ouantes?
An Tyrijs, omniq; manu stipata meorum
Insequar? & quos Sidonia uix urbe reuelli,
Rursus agam pelago? & uentis dare uela iubebo?
Quin morere, ut merita es, ferroq; auerte dolorẽ.
Tu lachrymis uicta meis, tu prima furentem
His germana malis oneras, atq; obijcis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine uitam
Degere more ferae? tales nec tangere curas?
Non seruata fides cineri promissa Sichæo.
Tantos illa suo rumpebat pectore questus.
Aeneas celsa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos, rebus iam ritè paratis.
Huic se forma Dei uultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursusq; ita uisa monere est,
Omnia Mercurio similis, uocemq;, coloremq;,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ:
Nate Dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis
Demens? nec Zephyros audis spirare secundos?

Illa dolos, dirumq; nefas in pectore uersat,
Certa mori, uarioq; irarum fluctuat æstu.
Non fugis hinc præceps, dũ præcipitare potestas?
Iam mare turbari trabibus, sæuasq; uidebis
Collucere faces: iam feruere littora flammis:
Si te his attigerit terris aurora morantem.
Eia agè rumpe moras, uarium & mutabile semper
Fœmina: sic fatus, nocti se immiscuit atræ.
Tum uerò Aeneas subitis exterritus umbris,
Corripit è somno corpus, sociosq; fatigat.
Præcipites uiglate uiri, & considite transtris, Vigilantia principis.
Soluite uela citi: Deus æthere missus ab alto
Festinare fugam, tortosq; incidere funes
Ecce iterum stimulat, sequimur te sancte deorum
Quisquis es, imperioq; iterum paremus ouantes.
Adsis ò placidusq; iuues, & sydera cœlo
Dextra feras, dixit: uaginaq; eripit ensem
Fulmineum, strictoq; ferit retinacula ferro.
Idem omnes simul ardor habet, rapiuntq;, ruuntq;
Littora deseruere, latet sub classibus æquor.
Annixi torquent spumas, & cœrula uerrunt.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras Crepusculũ
Tithoni croceum linquens aurora cubile.
Regina è speculis, ut primum albescere lucem
Vidit: & æquatis classem procedere uelis:

Littoraq̃, & uacuos sensit sine remige portus,
Terq̃ quaterq̃ manu pectus percussa decorum,
Flauenteis q̃ abscissa comas: prò Iuppiter, ibit
Hic, ait, & nostris illuserit aduena regnis?
Non arma expedient? totaq̃ ex urbe sequentur?
Diripientq̃ rates alij naualibus? ite,
Ferte citi flammas, date uela, impellite remos.
Quid loquor? aut ubi sum? quæ mentẽ insania mu-
Infelix Dido nunc te fata impia tangunt. (tat?
Tum decuit, cùm sceptra dabas: en dextra, fidesq̃,
Quem secum patrios aiunt portare penates.
Quem subijsse humeris confectum ætate parentẽ.
Non potui abreptum diuellere corpus? & undis
Spargere? non socios? non ipsum absumere ferro
Ascanium? patrijsq̃ epulandum apponere mensis?
Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna: fuisset,
Quem metui moritura? faces in castra tulissem,
Implessemq̃ foros flammis: natumq̃ patremq̃;
Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem,
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras:
Tuq̃ harum interpres curarum, & conscia Iuno:
Nocturnisq̃ Hecate triuijs ululata per urbes,
Et Diræ ultrices, & Dij morientis Elisæ,
Aduertite Accipite hæc: meritumq̃ malis aucrtite numen,
Et nostras audite preces: Si tangere portus

Infan-

Infandum caput, ac terris adnare necesse est,
Et si fata Iouis poscunt: hic terminus hæret:
At bello audacis populi uexatus, & armis,
Finibus extorris, complexu auulsus Iuli,
Auxilium imploret, uideatq̃ indigna suorum
Funera, nec cùm se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit: regno, aut optata luce fruatur.
Sed cadat ante diem, mediaq̃ inhumatus arena.
Hæc præcor: hãc uocẽ extremã cũ sanguine fũdo.
Tum uos ô Tyrij stirpem, & genus omne futurum
Exercete odijs, cineriq̃ hæc mittite nostro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera sunto.
Exoriare aliquis nostris ex oßibus ultor,
Qui face Dardanios, ferroq̃ sequare colonos.
Nunc, olim, quocunq̃ dabunt se tempore uires,
Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor, arma armis, pugnent ipsiq̃ nepotes.
Hæc ait: & partes animum uersabat in omneis,
Inuisam quærens quàm primùm abrũpere lucem.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi:
Nanq̃ suam patria antiqua cinis ater habebat,
Annam chara mihi nutrix huc siste sororem:
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha:
Et pecudes secum, & monstrata piacula ducat.
Sic ueniat: tuq̃ ipsa pia tege tempora uitta.

Alludit ad bella Punica.

Hannibalẽ innuit.

Multa man dat uetulæ, ut morã tra hat, quo ipsa solitaria, sine interpellatiõe se interimat.

Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incœpta paraui,
Perficere est animus, finemq; imponere curis,
Dardanijq; rogum capitis permittere flammæ.
Sic ait: illa gradum studio celerabat anili.
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam uoluens aciem, maculisq; trementes
Interfusa genas, & pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit liminaq; & altos
Conscendit furibunda rogos, ensemq; recludit
Dardanium, non hos quæsitum munus in usus.
Hic postquam Iliacas uestes, notumque cubile
Conspexit: paulùm lachrymis, & mente morata,
Incubuitque toro, dixitq; nouissima uerba:
Dulces exuuiæ, dum fata Deusq; sinebant,
Accipite hanc animam, meq; his exoluite curis.
Vixi: & quem dederat cursum fortuna peregi,
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Vrbem præclaram statui, mea mœnia uidi:
Vlta uirum, pœnas inimico à fratre recepi.
Felix heu nimium felix, si littora tantùm
Nunquàm Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.
Dixit: & os impressa toro, moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait: sic sic iuuat ire sub umbras.
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat omnia mortis.

Alludit ad ensem Aiacis, donatũ ab Hectore quo se Aiax occidit.

Recordatio oĩm quæ in uita gessit.

Dixe-

Dixerat, atq; illam media inter talia ferro
Collapsam aspiciunt comites, ensemq; cruore
Spumantem, sparsasq; manus: it clamor ad alta
Atria, concussam bacchatur fama per urbem.
Lamentis, gemituq;, & fœmineo ululatu
Tecta fremunt, resonat magnis clangoribus æther.
Non aliter, quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq; furentes
Culmina perq; hominum uoluantur, perq; deorum.
Audijt exanimis, trepidoq; exterrita cursu
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat:
Hoc illud germana fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes, aræq; parabant?
Quid primùm deserta querar? comitemne sororem
Spreuisti moriens? eadem me ad fata uocasses.
Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus, patrios q; uocaui
Voce Deos, sic te ut posita, crudelis abessem?
Extinxti te, meq; soror, populumq; patresq;
Sidonios, urbemq; tuam: date uulnera lymphis
Abluam: & extremus si quis super halitus errat,
Ore legam: sic fata gradus euaserat altos,
Semianimemq; sinu germanam amplexa fouebat
Cum gemitu, atq; atros siccabat ueste cruores.

Innuit Carthaginis direptionem quæ facta est tertio bello Punico.

Illa graues oculos conata attollere, rursus
Deficit: infixum stridet sub pectore uulnus.
Ter sese attollens, cubitoq; innixa leuauit:
Ter reuoluta toro est: oculisq; errantibus alto
Quæsiuit cœlo lucem, ingemuitq; reperta.
Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem,
Difficilesq; obitus, Irim demisit olympo,
Quæ luctantem animam, nexosq; resolueret artus.
Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitoq; accensa furore:
Nondum illi flauum Proserpina uertice crinem
Abstulerat, Stygioq; caput damnauerat orco.
Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis,
Mille trahens uarios aduerso sole colores,
Deuolat: & supra caput astitit, hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teq; isto corpore soluo.
Sic ait: & dextra crinem secat, omnis & unà
Dilapsus calor, atq; in uentos uita recessit.

P. VER.

Parcas intelligit nondum tregisse stamina.

PVB. VERGILII MARONIS
Aeneidos liber Quintus.

ARGVMENTVM.

Funebres ludi Quinto memorantur, & ignes
Puppibus iniecti, & nauita mersus aquis.

INterea medium Aeneas iã classe tenebat,
Certus iter, fluctusque atros Aquilone secabat,
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elisæ
Collucent flammis, quæ tantum accenderit ignem
Causa latet, duri magno sed amore dolores
Polluto, notumque furens quid fœmina possit,
Triste per augurium Teucrorũ pectora ducunt.
Vt pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla
Occurrit tellus, maria undiq; & undiq; cœlum.
Olli cœruleus supra caput astitit hymber,
Noctẽ hyememq; ferẽs, et inhorruit unda tenebris.
Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta,
Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi?
Quidue pater Neptune paras? sic deinde locutus,
Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere remis,
Obliquatq; sinus in uentum, ac talia fatur:
Magnanime Aenea, non si mihi Iuppiter autor

Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cœlo.
Mutati transuersa fremunt, & uespere ab atro
Consurgunt uenti, atq; in nubem cogitur aër.
Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum
Sufficimus, superat quoniam fortuna, sequamur.
Quoq; uocat, uertamus iter, nec littora longè
Fida reor fraterna Erycis, portusq; Sicanos,
Si modò rite memor seruata remetior astra.
Tum pius Aeneas: Equidem sic poscere uentos
Iamdudum, & frustra cerno te tendere contrà.
Flecte uiam uelis: an sit mihi gratior ulla,
Quoq; magis fessas optem dimittere naueis,
Quàm quæ Dardanium tellus mihi seruat Acestē?
Et patris Anchisæ gremio complectitur ossa?
Hæc ubi dicta, petunt portus, & uela secundi
Intendunt Zephyri, fertur cita gurgite classis.
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.
At procul excelso miratus uertice montis
Aduentum, sociasq; rates, occurrit Acestes,
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis ursæ,
Troia Criniso conceptum flumine mater
Quem genuit, ueterum non immemor ille parentū
Gratatur reduces, & gaza lætus agresti
Excipit, ac fessos opibus solatur amicis.
Postera cùm primo stellas oriente fugarat

Nō esse pugnandum cū fortuna.

Fida, propter Acestis affinitatem

Fraterna propter Erycen. Veneris & Butæ filium.

Acestes rex, ex Egesta & Criniso fluuio progna tus.

Clara dies, socios in cœtum littore ab omni
Aduocat Aeneas, tumuliq; ex aggere fatur:
Dardanidæ magni genus alto à sanguine diuūm,
Annuus exactis completur mensibus orbis,
Ex quo relliquias, diuiniq; ossa parentis
Condidimus terræ, mœstasq; sacrauimus aras,
Iamq; dies (ni fallor) adest, quem semper acerbū,
Semper honoratum (sic Dij uoluistis) habebo,
Hunc ego Getûlis agerem si Syrtibus exul,
Argolicóue mari deprensus, & urbe Mycenæ,
Annua uota tamen, solenneisq; ordine pompas
Exequerer, strueremque suis altaria donis.
Nunc ultrò ad cineres, ipsius & ossa parentis
Haud equidem sine mente reor, sine numine Diuūm
Adsumus, & portus delati intramus amicos.
Ergò agitè, & cuncti lætum celebremus honorē,
Poscamus uentos, atq; hæc me sacra quotanuis
Vrbe uelit posita templis sibi ferre dicatis.
Bina boum uobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naueis, adhibete penates
Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes.
Præterea si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radijsq; retexerit orbem,
Prima citæ Teucris ponam certamina classis,
Quiq; pedum cursu ualet, & qui uiribus audax,

Narratio.

Alludit ad nouendiale sacrum, atq; adeo funebres.

Aut iaculo incedit melior, leuibusue sagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere cæstu,
Cuncti adsint, meritæq; expectent præmia palmæ.
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.
Sic fatus, uelat materna tempora myrto,
Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Acestes,
Hoc puer Ascanius, sequitur quos cætera pubes.
Ille è concilio multis cum millibus ibat
Ad tumulum, magna medius commitante caterua.
Parentatio. Hic duo ritè mero libans Carchesia Baccho,
Fundit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro,
Purpureosque iacit flores, ac talia fatur.
Salue sancte parens, iterum saluete recepti
Nequicquam cineres, animæq; umbræq; paternæ.
Non licuit fines Italos, fataliaque arua,
Nec tecũ Ausoniũ (quicunq; est) quærere Tybrim.
Dixerat hæc, adytis cùm lubricus anguis ab imis
Serpens ex adytis clapsus. Septem ingens gyros, septena uolumina traxit,
Amplexus placidè tumulum, lapsusque per aras,
Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
Mille trahit uarios aduerso sole colores,
Obstupuit uisu Aeneas: ille agmine longo
Serpens participium hic est. Tandem inter pateras, & leuia pocula serpens,
Libauitque dapes, rursusque innoxius imo

Suc-

Successit tumulo, & depasta altaria liquit.
Hoc magis inceptos genitori instaurat honores, Nullus locus sine Genio.
Incertus Geniũm ne loci, famulúm ne parentis
Esse putet, cædit quinas de more bidentes,
Totque sues, totidem nigrantes terga iuuencos:
Vinaque fundebat pateris, animamque uocabat
Anchisæ magni, manesque Acheronte remissos.
Necnon & socij, quæ cuiq; est copia, læti
Dona ferunt, onerantq; aras, mactantq; iuuencos.
Ordine ahena locant alij, fusique per herbam,
Subijciunt ueribus prunas, & uiscera torrent.
Expectata dies aderat, nouamque serena
Auroram Phaëthontis equi iam luce uehebant,
Famaque finitimos, & clari nomen Acestæ
Excierat, læto complerant littora cœtu,
Visuri Aeneadas, pars & certare parati.
Munera principiò ante oculos, circoq; locantur Alludit ad morem Romanorum.
In medio, sacri tripodes uirideſque coronæ,
Et palmæ precium uictoribus, armaq;, & ostro
Perfusæ uestes, argenti, aurique talenta,
Et tuba commissos medio canit aggere ludos. Nauale certamen.
Prima pares ineunt grauibus certamina remis.
Quattuor ex omni delectæ classe carinæ,
Velocem Mnestheus agit acri remige Pistrin.
Mox Italus Mnestheus, genus à quo nomine Memmi,

Ingen-

Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimæram,
Vrbis opus, triplici pubes quam Dardana uersa
Impellunt, terno consurgunt ordine remi.
Sergestus q́, domus tenet à quo Sergia nomen,
Centauro inuehitur magna: Scyllaq; Cloanthus
Cærulea, genus unde tibi Romane Cluenti.
Est procul in pelago saxum, spumantia contra
Littora, quod tumidis submersum tunditur olim
Fluctibus, hyberni condunt ubi sydera Cori.
Tranquillo silet, immotaq́; attollitur unda
Campus, & apricis statio gratissima mergis,
Hîc uiridem Aeneas frondenti ex Ilice metam
Constituit signum nautis pater, unde reuerti
Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.
Tum loca sorte legunt, ipsiq; in puppibus auro
Ductores longè effulgent, ostroq́; decori.
Cætera populea uelatur fronde iuuentus,
Nudatosq́; humeros oleo perfusa nitescit,
Considunt transtris, intentaq́; brachia remis
Intenti expectant signum, exultantiaq́; haurit
Corda pauor pulsans, laudumq́; arrecta cupido.
Inde ubi clara dedit sonitum tuba finibus omnes
Haud mora prosiluere suis, ferit æthera clamor
Nauticus, adductis spumant freta uersa lacertis
Infindunt pariter sulcos, totumque dehiscit

Cons

Conuulsum remis, rostrisque stridentibus æquor.
Non tam præcipites, bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntq; effusi carcere currus,
Nec sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere iugis, pronique in uerbera pendent.
Tum plausu, fremituq; uirûm, studijsq; fauentum
Consonat omne nemus, uocemq́; inclusa uolutant
Littora, pulsati colles clamore resultant,
Effugit ante alios, primusq́; elabitur undis
Turbã inter, fremitũq́; Gyas, quẽ deinde Cloãthus
Consequitur, melior remis, sed pondere pinus
Tarda tenet, post hos æquo discrimine Pistris,
Centaurusq́;, locum tendunt superare priorem.
Et nunc Pistris abit: * nunc uictam præterit ingẽs
Centaurus, nunc unà ambæ, iunctisq; feruntur
Frontibus, & longæ sulcant uada salsa carinæ.
Iamq; propinquabant scopulo, metamq́; tenebant,
Cùm princeps, medioque Gyas in gurgite uictor
Rectorem nauis compellat uoce Menœten,
Quò tantum mihi dexter abis? huc dirige cursum,
Littus ama, et læuas stringat sine palmula cautes,
Altum alij teneant, dixit: sed cæca Menœte:
Saxa timens, proram pelagi detorquet ad undas.
Quò diuersus abis? iterum, pete saxa Menœte,
Cum clamore Gyas reuocabat, & ecce Cloanthũ

Respi-

Cõparatio certaminis curruli.

Echo.

Materia pre, per Synecdochen.

* habet.

Palmula, extrema pars remi, in morem palmæ protentæ.

Respicit instantem tergo, et propiora tenentem.
Ille inter nauem Gyæ, scopulosque sonantes
Radit iter læuum interior, subituſque priorem
Præterit, & metis tenet æquora tuta relictis.
Ardor iuuenilis & ira. Tum uerò exarsit iuueni dolor oßibus ingens,
Nec lachrymis caruere genæ, segnemq; Menœtē.
Oblitus decoriſque sui, sociumque salutis,
In mare præcipitem puppi deturbat ab alta.
Ipſe gubernaculo rector subit, ipſe magister,
Hortaturq; uiros, clauumq; ad littora torquet.
At grauis, ut fundo uix tandem redditus imo est.
Iam senior, madidaq; fluens in ueste Menœtes,
Summa petit scopuli, siccaq; in rupe resedit.
Illum & labentem Teucri, & risere natantem,
Et salsos rident reuomentem pectore fluctus.
Hîc læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto, Mneſtheoq;, Gyan superare morantem,
Sergestus capit antè locū, scopuloq; propinquat,
Nec tota tamen ille prior præcunte carina,
Parte prior, partem roſtro premit æmula Pristis.
At media socios incedens naue per ipſos
Hortatur Mneſtheus. Nunc nunc insurgite remis
Hectorei socij: Troiæ quos sorte suprema
Delegi comites, nunc illas promite uires,
Nunc animos, quibus in Getúlis Syrtibus usi,
Ioniosq;

Ioniosque mari, Maleæque sequacibus undis.
Non iā prima peto Mneſtheus, neq; uincere certo,
(Quanq̃, ò) sed superēt, quibus hoc Neptune dediſti.
Extremos pudeat redijſſe, hoc uincite ciues, Magnus animus.
Et prohibete nefas. olli certamine summo
Procumbunt, uastis tremit ictibus ærea puppis,
Subtrahiturq; solum, tum creber anhelitus artus
Aridaque ora quatit, sudor fluit undiq; riuis.
Attulit ipse uiris optatum casus honorem,
Namq; furens animi, dum proră ad saxa suburget
Interior, spacioque subit Sergestus iniquo,
Infelix saxis in procurrentibus hæsit.
Concussæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuere, illiſaque prora pependit.
Consurgunt nautæ, & magno clamore morantur,
Ferrataſque sudes, & acuta cuſpide contos
Expediunt, fractosq; legunt in gurgite remos.
At lætus Mneſtheus, succeſſuque acrior ipſo,
Agmine remorum celeri, uentiſque uocatis
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto. Cōparatio.
Qualis spelunca subitò commota columba,
Cui domus & dulces latebroſo in pumice nidi,
Fertur in arua uolās, plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aëre lapſa quieto
Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas.

Sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pistrin
Aequora, sic illam fert impetus ipse uolantem.
Et primùm in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum, breuibusq; uadis frustraq; uocantem
Auxilia, & fractis discentem currere remis:
Inde Gyan, ipsamque ingenti mole Chimæram
Consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro est.
Solus iamque ipso superest in fine Cloanthus,
Quem petit, & summis annixus uiribus urget.
Tum uerò ingeminat clamor, cunctiq; sequentem
Instigant studijs, resonat clamoribus æther,
Laudis cupido. Hi propriũ decus, & partũ indignantur honorẽ,
Ni teneant, uitamque uolunt pro laude pacisci.
Hos successus alit, possunt, quia posse uidentur.
Et fors æquatis cœpissent præmia rostris,
Ni palmas ponto tendens utrasq; Cloanthus,
Fudisset que preces, diuosque in uota uocasset:
Dij quibus imperiũ pelagi, quorũ æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante aras uoti reus, extaque salsos
Proijciam in fluctus, & uina liquentia fundam.
Dixit: eumque imis sub fluctibus audijt omnis
Nereidum Phorcique chorus, Panopæaq; uirgo,
Et pater ipse manu magna Portunus euntem
Impulit, illa Noto citius, uolucrique sagitta
Ad ter-

Ad terram fugit, & portu se condidit alto.
Tum satus Anchisa, cunctis ex more uocatis,
Victorem magna præconis uoce Cloanthum
Declarat, uiridique aduelat tempora lauro.
Muneraque in naueis ternos aptare iuuencos,
Vinaq;, & argenti magnum dat ferre talentum.
Ipsis præcipuos ductoribus addit honores.
Victori chlamydem auratam, quã plurima circũ
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit,
Intextusque puer frondosa regius Ida
Veloces iaculo ceruos, cursuq; fatigat,
Acer, anhelanti similis, quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.
Longæui palmas nequicquam ad sydera tendunt
Custodes, sæuitque canum latratus in auras.
At qui deinde locum tenuit uirtute secundum,
Leuibus huic hamis consertam, auroq; trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alto,
Donat habere uiro decus, & tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus, Sagarisq; ferebant
Multiplicem, connixi humeris, indutus at olim
Demoleus, cursu palantes Troas agebat.
Tertia dona facit geminos ex ære lebetas,
Cymbiaq; argento perfecto, atq; aspera signis.

Aeneas dispensator.

Mæander fluuius tortuosus, erat autem in chlamyde flexuosa, & in se remeabilis purpura.

Aquila armiger Iouis

Iamque adeo donati omnes, opibusque superbi,
Puniceis ibant euincti tempora tæniis,
Cùm sæuo è scopulo multa ui & arte reuulsus,
Amissis remis, atq; ordine debilis uno,
Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
Cõparatio a serpente. Qualis sæpe uiæ deprensus in aggere serpens,
Aerea quem obliquũ rota transijt, aut grauis ictu
Seminecem liquit saxo, lacerumque uiator,
Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.
Parte ferox, ardensq; oculis, & sibila colla
Arduus attollens, pars uulnere clauda retentat
Nexantem nodis, seq; in sua membra plicantem.
Tali remigio nauis se tarda mouebat.
Vela facit tamen, & plenis subit ostia uelis.
Sergestum Aeneas promisso munere donat,
Seruatam ob nauem lætus, sociosq; reductos.
Olli serua datur, operum haud ignara Mineruæ,
Cressa genus Pholoë, geminiq; sub ubere nati.
Hoc pius Aeneas misso certamine, tendit
Gramineum in campum, quẽ collibus undiq; curuis
Cingebant syluæ, mediaq; in ualle theatri
Circus erat, quò se multis cum millibus heros
Consessu medium tulit, extructoq; resedit.
Hìc qui fortè uelint rapido contendere cursu,
Inuitat pretijs animos, & præmia ponit.

Vndiq;

Vndiq; conueniunt Teucri, mistiq;, Sicani,
Nisus & Euryalus primi.
Euryalus forma insignis, uiridique iuuenta,
Nisus amore pio pueri, quos deinde secutus
Regius egregia Priami de stirpe Diores,
Hunc Salius simul & Patrõ, quorũ alter Acarnã, Oppidum Arcadiæ
Alter ab Arcadia, Tegeæ de sanguine gentis. Tegeum.
Tũ duo Trinacrij iuuenes, Helymus Panopesque,
Assueti syluis comites senioris Acestæ.
Multi præterera, quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus in medijs sic deinde locutus:
Accipite hæc animis, lætasque aduertite mentes,
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. Pollicitatio
Gnosia bina dabo leuato lucida ferro
Spicula, cælatamque argento ferre bipennem,
Omnibus hic erit unus honos, tres præmia primi
Accipient, flauaque caput nectentur oliua.
Primus equum phaleris insignem uictor habeto.
Alter Amazoniam pharetram, plenamq; sagittis Præmia.
Trecijs, lato quam circùm amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito.
Hæc ubi dicta, locum capiunt, signoq; repentè
Corripiunt spatia audito, limenq; relinquunt
Effusi, nimbo similes, simul ultima signant.

Primus abit, longeq; ante omnia corpora Niſus
Emicat, & uentis, & fulminis ocyor alis.
Proximus huic, longo ſed proximus interuallo,
Inſequitur Salius, ſpacio pòſt deinde relicto
Tertius Euryalus.
Euryalũq; Helymus ſequitur, quo deinde ſub ipſa
Ecce uolat, calcemq; terit iam calce Diores
Incumbens humeris, ſpacia & ſi plura ſuperſint,
Tranſeat elapſus prior, ambiguumue relinquat.
Iamque ferè ſpacio extremo, feſſiquc ſub ipſam
Finem aduentabant, leui cùm ſanguine Niſus
Niſus cadit. Labitur infelix, cæſis ut fortè iuuencis
Fuſus humi, uirides q; ſuper madefecerat herbas.
Hîc iuuenis iam uictor ouans uestigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo, ſed pronus in ipſo
Concidit, immundoq; fimo, ſacroque cruore.
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum,
Salio præreptus honor dolo Niſi. Nam ſeſe opposuit Salio per lubrica ſurgens;
Ille autem ſpiſſa iacuit reuolutus arena.
Emicat Eurialus, & munere uictor amici
Prima tenet, plauſuq; uolat, fremituque ſecundo.
Poſt Helymus ſubit, et nunc tertia palma Diores.
Hîc totum caueæ conſeſſum ingentis, & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet,
Ereptumque dolo reddi ſibi poſcit honorem.

Tutatur

Tutatur fauor Eurialum, lachrymæq; decoræ,
Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus
Adiuuat, & magna proclamat uoce Diores,
Qui ſubijt palmæ, fruſtraque ad præmia uènit
Vltima, ſi primi Salio reddantur honores.
Tum pater Aeneas, uestra inquit, munera uobis Aeneæ æquitas.
Certa manent pueri, et palmã mouet ordine nemo,
Me liceat caſum miſerari inſontis amici.
Sic fatus, tergum Getûli immane leonis
Dat Salio uillis oneroſum, atq; unguibus aureis.
Hîc Niſus, ſi tanta, inquit, ſunt præmia uictis,
Et te lapſorum miſeret, quæ munera Niſo
Digna dabis? primam merui qui laude coronam,
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tuliſſet.
Et ſimul his dictis faciem oſtentabat, & udo
Turpia membra fimo, riſit pater optimus olli,
Et clypeum efferri iußit Didymaonis artes,
Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.
Hoc iuuenem egregium præſtanti munere donat.
Poſt, ubi confecti curſus, & dona peregit.
Nunc ſi cui uirtus, animusq; in pectore præſens Certamen cæſtus.
Adſit, & euictis attollat brachia palmis.
Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem,
Victori uelatum auro, uittisq; iuuencum,
Enſem, atq; inſignem galeam, ſolatia uicto.

Daretis stolida ferocia notatur.

Nec mora, continuò uastis cum uiribus effert
Ora Dares, magnoque uirûm se murmure tollit,
Solus qui Paridem solitus contendere contra,
Idemque ad tumulũ, quo maximus occubat Hector
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulua moribundum extendit arena.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,
Ostenditque humeros latos, alternaque iactat
Brachia protendens, & uerberat ictibus auras.
Quæritur huic alius, nec quisquã ex agmine tãto
Audet adire uirum, manibusque inducere cæstus.

Iuuenilis ardor.

Ergo alacris, cunctosque putans excedere pugna,
Aeneæ stetit ante pedes, nec plura moratus,
Tum leua taurum cornu tenet, atq; ita fatur.
Nate Dea, si nemo audet se credere pugnæ,
Quæ finis standi? quò me decet usq; teneri?
Ducere dona iube: cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ, reddique uiro promissa iubebant.
Hîc grauis Entellum dictis castigat Acestes,
Proximus ut uiridante toro consederat herbæ:
Entelle heroum quondam fortissime, frustrà

Obiurgatio

Tantáne tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines? ubi nunc nobis Deus ille magister
Nequicquã memoratus Eryx? ubi fama per omnẽ

Trinq-

Trinacriam? & spolia illa tuis pendentia tectis?
Ille sub hæc: Non laudis amor nec gloria cessit
Pulsa metu, sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore uires:
Si mihi, quæ quondam fuerat, quaq; improbus iste
Exultat fidens, si nunc foret illa iuuenta,
Haud equidem pretio inductus, pulchroq; iuuenco
Venissem: nec dona moror. sic deinde locutus,
In medium geminos immani pondere cæstus,
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum, duroq; intendere brachia tergo.
Obstupuere animi, tantorum ingentia septem
Terga boum, plumbo insuto, ferroq; rigebant.
Ante omnes stupet ipse Dares, longeq; recusat.
Magnanimusq; Anchisiades, & pondus & ipsa
Huc illuc uinclorum immensa uolumina uersat.
Tum senior tales referebat pectore uoces:
Quid si quis cæstus ipsius & Herculis arma
Vidisset, tristemq; hoc ipso in littore pugnam?
Hæc germanus Eryx quondã tuus arma gerebat.
Sanguine cernis adhuc, sparsoq; infecta cerebro.
His magnum Alciden contrà stetit, his ego suetus.
Dum melior uires sanguis dabat, æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Sed si nostra Dares hæc Troius arma recusat,

Idq; pio sedet Aeneæ, probat autor Aceſtes,
Aequemus pugnas, Erycis tibi terga remitto,
Solue metus, & tu Troianos exue cæſtus.
Hæc fatus: duplicem ex humeris reiecit amictum,
Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertos
Exuit, atq; ingens media conſiſtit arena, (tosq;
Tum ſatus Anchiſa cæſtus pater extulit æquos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterq;,
Brachiaq; ad ſuperas interritus extulit auras:
Abduxere retro longè capita ardua ictu:
Immiſcentq; manus manibus, pugnamq; laceſſunt.
Ille pedum melior motu, fretusq; iuuenta,
Hic membris, & mole ualens, ſed tarda trementi
Genua labant, uaſtos quatit æger anhelitus artus.
Multa uiri nequicquam inter ſe uulnera iactant,
Multa cauo lateri ingeminant, & pectore uaſto
Dant ſonitus, erratq; aures & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant ſub uulnere malæ.
Stat grauis Entellus, niſuq; immotus eodem,
Corpore tela modo, atq; oculis uigilantibus exit.
Ille uelut celſam oppugnat qui molibus urbem,
Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis,
Nunc hos nunc illos aditus, omnemq; pererrat
Arte locum, & uarijs aſſultibus irritus urget.

Oſten-

Oſtendit dextram inſurgens Entellus, & altè
Extulit: ille ictum uenientem à uertice uelox
Præuidit: celeriq; elapſus corpore ceſſit.
Entellus uires in uentum effudit: & ultrò
Ipſe grauis grauiterq; ad terram pondere uaſto
Concidit: ut quondã caua cõcidit, aut Erymantho
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Conſurgunt ſtudijs Teucri, & Trinacria pubes,
It clamor cœlo, primusq; accurrit Aceſtes,
Aequæuumq; ab humo miſerans attollit amicum.
At non tardatus caſu, neq; territus heros,
Acrior ad pugnam redit, & uim ſuſcitat ira.
Tum pudor incendit uires, & conſcia uirtus, Generoſa ira.
Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto,
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra.
Nec mora, nec requies, quàm multa grãdine nimbi Temeritatis pœnas nota.
Culminibus crepitant, ſic denſis ictibus heros
Creber utraq; manu pulſat, uerſatq; Dareta.
Tum pater Aeneas producere longius iras,
Et ſæuire animis Entellum haud paſſus acerbis,
Sed finem impoſuit pugnæ, feſſumq; Dareta
Eripuit, mulcens dictis, ac talia fatur:
Infelix, quæ tanta animum dementia cœpit?
Non uires alias, conuerſaq; numina ſentis?
Cede Deo: dixitq;, & prælia uoce diremit. Cũ Deo nõ pugnandũ.

Aſt

Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
Iactantemq; utroq; caput, crassumq; cruorem
Ore reiectantem, mixtosq; in sanguine dentes,
Ducunt ad naues, galeamq; ensemque uocati
Accipiunt: palmam Entello, taurumq; relinquunt.
Hic uictor superans animis, tauroq; superbus,
Nate dea, uosq; hæc, inquit, cognoscite Teucri,
Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore uires,
Et qua seruetis reuocatum à morte Dareta.
Dixit: & auersi contra stetit ora iuuenci,
Qui donum astabat pugnæ, durusq; reducta
Alludit ad sacrificia Italiæ. Librauit dextra media inter cornua cæstus
Arduus: effractoq; illisit in ossa cerebro.
Sternitur, exanimusq; tremens procubit humi bos.
Ille super tales effudit pectore uoces:
Hanc tibi Eryx meliorem animã pro morte Daretis
Certamen sagittariorum. Persoluo, hic uictor cæstus, artemq; repono.
Protinus Aeneas celeri certare sagitta
Inuitat, qui forte uelint, & præmia ponit.
Ingentiq; manu malum de naue Sereſti
Erigit, & uolucrem traiecto in fune columbam,
Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
Sæpe memi nit Homerus, sortiri quondam coniectis sortibus in galeam. Conuenêre uiri, deiectamque ærea sortem
Accepit galea, & primus clamore secundo
Hyrtacidæ ante omneis exit locus Hippocoontis.

Quem

Quem modò nauali Mnestheus certamine uictor
Consequitur, uiridi Mnestheus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus ô clarissime frater
Pandare, qui quondam iussus confundere fœdus,
πάθος a circũstantia ætatis. In medios telum torsisti primus Achiuos.
Extremus, galeaq; ima subsedit Acestes,
Ausus & ipse manu iuuenum tentare laborem.
Tum ualidis flexos incuruant uiribus arcus,
Pro se quisq; uiri, & depromunt tela pharetris.
Primaq; per cœlum neruo stridente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras,
Et uenit, aduersiq; infigitur arbore mali,
Intremuit malus, timuitq; exterrita pennis
Ales, & ingenti sonuerunt omnia plausu.
Post acer Mnestheus adducto constitit arcu
Alta petens, pariterque oculos telumque tetendit,
Ast ipsam miserandus auem contingere ferro
Non ualuit, nodos & uincula linea rupit,
Quis innexa pedem malo pendebat ab alto.
Illa notos, atq; atra uolans in nubila fugit.
Tum rapidus iam dudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurityon in uota uocauit.
Iam uacuo lætam cœlo speculatus, & alis
Plaudentem, nigra figit sub nube columbam.
Decidit exanimis, uitamque reliquit in astris

Aerijs:

Aërijs, fixamq; refert delapsa sagittam.
Amissa solus palma superabat Acestes,
Qui tamen æthereas telum contorsit in auras,
Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem.
Hic oculis subitò obijcitur, magnoq; futurum
Prodigiorũ omen. Augurio monstrum, docuit post exitus ingens:
Seraq; terrifici cecinerunt omnia uates.
Nanq; uolans liquidis in nubibus arsit arundo:
Signauitq; uiam flammis: tenuesq; recessit
Consumpta in uentos. Cœlo ceu sæpe refixa
Transcurrunt, crinemq; uolantia sydera ducunt.
Attonitis hæsere animis, superosq; precati
Trinacrij, Teucriq; uiri, nec maximus omen
Abnuit Aeneas, sed lætum amplexus Acesten
Muneribus cumulat magnis, ac talia fatur:
Summe pater (nam te, uoluit rex magnus olympi
Talibus auspicijs exortem ducere honorem)
Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis
Cratera impressum signis, quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno munere Cysseus
Ferre sui dederat monimentum, et pignus amoris.
Sic fatus, cingit uiridanti tempora lauro:
Et primùm ante omnes uictorem appellat Acesten.
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori:
Quamuis solus auem cœlo dejecit ab alto.

Pro-

Proximus ingreditur donis qui uincula rupit,
Extremus uolucri qui fixit arundine malum.
At pater Aeneas nondum certamine misso,
Custodem ad sese comitemq; impubis Iuli
Epitiden uocat, & fidam sic fatur ad aurem:
Vade agè, & Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusq; instruxit equorum,
Ducat auo turmas, & sese ostendat in armis.
Dic* ait: ipse omnem longo decedere circo
Infusum populum, & campos iubet esse patenteis.
Incedunt pueri, pariterq; ante ora parentum
Frenatis lucent in equis, quos omnis cunteis
Trinacriæ mirata fremit, Troiæq; iuuentus.
Omnibus in morem tonsa coma pressa corona:
Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro,
Pars leueis humero pharetras, it pectore summo
Flexilis oborti* per collum circulus auri.
Treis equitum numero turmæ, terniq; uagantur
Ductores, pueri bis seni quenq; secuti,
Agmine partito fulgent, paribusq; magistris.
Vna acies iuuenum, ducit quam paruus ouantem,
Nomen aui referens Priamus, tua clara Polyte
Progenies, auctura Italos, quem Tracius albis
Portat equus bicolor maculis, uestigia primi
Alba pedis, frontemq; ostentans arduus albam.

Alter

*Sic.

Equestre certamen puerorum.

*Obortis.

Hæc dicit propter Actiam matrẽ Augusti.

Alter Atys, genus unde Atyi duxere Latini,
Paruus Atys, pueroq; puer dilectus Iulo.
Extremus, formaq; ante omnes pulcher Iulus
Sidonio est inuectus equo, quem candida Dido
Esse sui dederat monimentum, & pignus amoris.
Cætera Trinacrijs pubes senioris Acestæ
Fertur equis.
Excipiunt plausu pauidos, gaudentq; tuentes
Dardanidæ, ueterumq; agnoscunt ora parentum.
Postquam omnem læti consessum oculosq; suorum
Lustrauere in equis, signum clamore paratis
Epitides longè dedit, insonuitq; flagello.
Olli discurrêre pares: atq; agmina terni
Diductis soluere choris: rursusq; uocati
Conuertêre uias: infestaq; tela tulere.
Inde alios ineunt cursus, aliosq; recursus
Aduersis spacijs, alternosq; orbibus orbes
Impediunt, pugnæq; cient simulacra sub armis,
Et nunc terga fugæ nudant, nunc spicula uertunt
Cõparatio. Infensi, facta pariter nunc pace feruntur
Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta,
Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;
Mille uijs habuisse dolum, quâ signa sequendi
Falleret indeprensus, & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrûm nati uestigia cursu

Impe-

Impediunt: texuntq; fugas, & prælia ludo.
Delphinum similes, qui per maria humida nando
Carpathiũ, Libycumq; secant, ludũtq; per undas.
Hũc morẽ, hos cursus, atq; hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Retulit: & priscos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipse modò, secum quo Troia pubes,
Albani docuere suos, hinc maxima porrò
Accepit Roma, & patrium seruauit honorem.
Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmen.
Hac celebrata tenus sancto certamina patri.
Hîc primum fortuna fidem mutata nouauit.
Dum uarijs tumulo referunt solennia ludis:
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem, uentosq; aspirat eunti.
Multa mouens, necdum antiquũ saturata dolorem.
Illa uiam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli uisa cito decurrit tramite uirgo.
Conspicit ingentem concursum, & littora lustrat,
Desertosq; uidet portos, classemq; relictam.
At procul in sola secretæ Troades acta
Amissum Anchisen flebant, cunctæq; profundum
Pontum aspectabant flentes, heu tot uada fessis,
Et tantum superesse maris, uox omnibus una,
Vrbem orant, tædet pelagi perferre laborem:

Carpathiũ mare, inter Aegyptũ & Rhodũ, ab insula Carpatho, illic posita.

Iris, nuncia Iunonis.

Ergo inter medias sese, haud ignara nocendi,
Conijcit, & faciem q; deæ uestem q; reponit.
Fit Beroë Ismarij coniux longæua Dorycli:
Cui genus & quondam nomen natiq; fuissent:
Oratio hortatoria, qua ab effectu mouet exordium. Ac sic Dardanidûm mediam se matribus infert.
O miseræ, quas non manus, inquit, Achaica bello
Traxerit ad lætum patriæ sub mœnibus: ô gens
Infelix, cui te exitio fortuna reseruat?
Amplificatio a tempore. Septima post Troiæ excidium iam uertitur ætas,
Cùm freta cùm terras omnes, tot inhospita saxa,
A facili & opportuno Syderaq; emensæ ferimur, dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem, & uoluimur undis.
Hîc Erycis fines fraterni, atq; hospes Acestes,
Quis prohibet muros iacere? et dare ciuib. urbem?
A pio. O patria, & rapti nequicquam ex hoste penates,
Nullá ne iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam
Hectoreos amnes, Xanthum et Simoënta uidebo?
Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes,
Nam mihi Cassandræ per somnum uatis imago
Ardentes dare uisa faces: hîc quærite Troiam,
Ab occasiõe Hîc domus est, inquit, uobis: iam tempus agi res:
Nec tantis mora prodigijs: en quatuor aræ
Neptuno: Deus ipse faces animumq; ministrat.
Hæc memorans, prima infensum ui corripit ignem
Sublataq; procul dextra connixa coruscat:

Et iacit, arrectæ mentes stupefactaq; corda.
Iliadum, hic una è multis, quæ maxima natu
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix.
Non Beroë uobis, non hæc Rhœteia matres
Est Dorycli coniux, diuini signa decoris,
A diuinitate. Ardentes q; notate oculos, qui spiritus illi,
Qui uultus, uocis q; sonus, uel gressus eunti.
Ipsa egomet dudum Beroën digressa reliqui
Aegram indignantem, tali quòd sola careret
Munere, nec meritos Anchisæ inferret honores.
Hæc effata.
At matres primò ancipites oculis q; malignis q;
Ambiguæ, spectare rates, miserum inter amorem
Præsentis terræ, fatis q; uocantia regna,
Cùm dea se paribus per cœlum sustulit alis:
Ingentem q; fuga secuit sub nubibus arcum.
Audacia muliebris. Tum uerò attonitæ monstris, actæ q; furore
Conclamant, rapiunt q; focis penetralibus ignem.
Pars spoliant aras, frondem ac uirgulta, faces q;
Conijciunt, furit immissis Vulcanus habenis
Transtra per, & remos, & pictas abiete puppes.
Nuntius Anchisæ ad tumulum, cuneos q; theatri
Incensas perfert naues Eumelus, & ipsi
Respiciunt atram in nimbo uolitare fauillam.
Primus & Ascanius, cursus ut lætus equestres

Ducebat, sic acer equo turbata petiuit
Castra, nec exanimes possunt retinere magistri.
Quis furor iste nouus? quò nunc quò tẽditis inquit,
Heu miseræ ciues? non hostem, inimicaq; castra
Argiuũm, uestras spes uritis, en ego uester
Ascanius, galeam ante pedes proiecit inanem,
Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
Accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrûm,
Metus muliebris. At illæ diuersa metu per littora passim
Diffugunt, syluasq; & sicubi concaua furtim
Saxa petunt, piget incœpti, lucisq; suosq;
Mutatæ agnoscunt, excussaq; pectore Iuno est.
Sed non idcirco flammæ, atq; incendia uires
Indomitas posuere, udo sub robore uiuit
Stupa uomens tardum fumum, lentusq; carinas
Est uapor, & toto descendit corpore pestis.
Nec uires heroum, infusaq; flumina prosunt.
Tum pius Aeneas humeris abscindere uestem,
Auxilioq; uocare deos, & tendere palmas:
Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum
Troianos, si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos, da flammam euadere classi
Nunc pater, & tenues Teucrûm res eripe leto,
Vel tu, quod superest, infesto fulmine morti,
Si mereor, demitte, tuaq; hic obrue dextra.

Vix

Vix hæc ediderat, cùm effusis hymbribus atra
Tempestas sine more furit, tonitruq; tremiscunt
Arduaterrarum, & campi: ruit æthere toto
Turbidus hymber aqua, dẽsisq; nigerrimus austris
Implenturq; super puppes, semusta madescunt
Robora, restinctus donec uapor omnis, & omnes
Quattuor amissis seruatæ à peste carinæ.
At pater Aeneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas
Mutabat: uersans, Siculis ne resideret aruis
Oblitus fatorum, Italásne capesceret oras.
Tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas
Quem docuit, multaq; insignem reddidit arte,
Hæc responsa dabat: uel quæ portenderet ira
Magna Deûm, uel quæ fatorum posceret ordo.
Isq; his Aeneam solatus uocibus infit:
Nate Dea, quò fata trahũt, retrahũtq;, sequamur:
Quicquid erit, superãda omnis fortuna ferẽdo est.
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes.
Hunc cape consilijs socium, et coniunge uolentem.
Huic trade, amissis superant qui nauibus, & quos
Pertesum magni incœpti, rerumq; tuarum est,
Longæuosq; senes: ac fessas æquore matres:
Et quicquid tecum inualidũ, metuensq; pericli est,
Deligę, & his habeant terris sine mœnia fessi.

Cura principis.

Senile cõsiliũ ab ætate, prudẽtia, et religione cõmendat.

Narratio. Consilium.

Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam.
Talibus incensus dictis senioris amici:
*Animum. Tum uerò in curas animus q; diducitur omneis,
Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.
Visa dehinc cœlo facies delapsa parentis
Anchises filio per somnũ adparat. Anchisæ, subitò, taleis effundere uoces:
Nate, mihi uita quondam, dum uita manebat,
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis,
Imperio Iouis hũc uenio, qui classibus ignem
Depulit, & cœlo tandem miseratus ab alto est.
Consilijs pare, quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat senior: lectos iuuenes fortissima corda
Defer in Italiam gens dura, atq; aspera cultu,
Debellanda tibi Latio est: Ditis tamen ante
Infernas accede domos, & Auerna per alta
Congressus pete nate meos, non me impia namq;
Tartara habent, tristesq; umbræ, sed amœna piorũ
Concilia: Elysiumq; colo, huc casta Sibylla
Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
Paraſceue libri ſexti. Tum genus omne tuũ, & quæ dẽtur mœnia disces.
Iamq; uale, torquet medios nox humida cursus,
Et me sæuus equis oriens afflauit anhelis.
Animæ uenti, & fumi. Dixerat: & tenuis fugit ceu fumus in auras.
Aeneas, quò deinde ruis? quò proripis? inquit,
Quem fugis? aut quis te nostris cõplexibus arcet?
Hæc

Hæc memorans cinerem, & sopitos suscitat ignes,
Pergameumq; larem, & canæ penetralia Vestæ
Farre pio, & plena supplex ueneratur acerra. Aeneas iuſſa parentis exequitur.
Extemplo socios, primumq; accersit Acesten,
Et Iouis imperium, & chari præcepta parentis
Edocet: & quæ nunc animo sententia constet,
Haud mora consilijs, nec iussa recusat Acestes.
Transcribunt urbi matres: populumq; uolentem
Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.
Ipsi transtra nouant, flammisq; ambesa reponunt
Robora nauigijs, aptant remosq; rudentesq;,
Exigui numero, sed bello uiuida uirtus.
Interea Aeneas urbem designat aratro,
Sortiturq; domus, hoc Ilium, & hæc loca Troiæ
Esse iubet; gaudet regno Troianus Acestes,
Indicitq; forum, & Patribus dat iura uocatis.
Tunc uicina astris Erycino in uertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ, tumuloq; sacerdos,
Et lucus latè sacer additur Anchisæo. Alludit ad nouendiale ſacrũ filio.
Iamq; dies epulata nouem gens omnis, & aris
Factus honos, placidi strauerunt æquora uenti,
Creber & aspirans rursus uocat Auster in altum.
Exoritur procurua imgens per littora fletus,
Complexi inter se noctemq; diemq; morantur.
Ipsæ iam matres, ipsi quibus aspera quondam

Visa maris facies, & non tolerabile numen,
Ire uolunt, omnemq; fugæ perferre laborem.
Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis,
Et consanguineo lachrymans commendat Acestæ.
Treis Eryci uitulos, & tempestatibus agnam
Cædere deinde iubet: soluiq; ex ordine funes
Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ
Stans procul in prora paterã tenet, extaq; salsos
Porricit in fluctus, ac uina liquentia fundit.
Prosequitur surgens à puppi uentus euntes.
Certatim socij feriunt mare, & æquora uerrunt.
Venus solicita pro Troianis.
At Venus interea Neptunum exercita curis
Alloquitur, tales q; effudit pectore questus:
Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus
Cogunt me Neptune preces descendere in omneis,
Quam nec longa dies, pietas nec mutigat ulla,
Nec Iouis imperio fatisue infracta quiescit:
Non media de gente Phrygum exedisse nefandis
Vrbem odijs satis est, pœnam traxisse per omnem
Amplificatio.
Reliquias Troiæ, cineres, atq; ossa peremptæ
Insequitur, causas tanti sciat illa furoris.
Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis
Quam molem subitò excierit, maria omnia cœlo
Miscuit, Aeolijs nequicquam freta procellis,
In regnis hoc ausa tuis.

Prò

Prò scelus, ecce etiam Troianis matribus actis
Exußit fœdè puppes, & classe subegit
Amissa, socios ignotæ linquere terræ.
Quod superest, oro, liceat dare tuta per undas
Vela tibi, liceat Laurentem attingere Tybrim.
Si conceßa peto, si dant ea mœnia Parcæ.
Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti:
Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis, merui quoq;, sæpe furores
Compreßi, & rabiem tantam cœliq;, marisq;,
Nec minor in terris (Xanthũ, Simoëntaq; tector)
Aeneæ mihi cura tui, cùm Troia Achilles
Exanimata sequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret leto, gemerentq; repleti
Amnes, nec reperire uiam, atq; euoluere posset
In mare se Xanthus, Pelidæ tunc ego forti
Congreßum Aeneam, nec Dijs, nec uiribus æquis,
Nube caua eripui, cuperem cum uertere ab imò
Structa meis manibus perituræ mœnia Troiæ.
Nũc quoq; mens eadem perstat mihi, pelle timores,
Tutus, quos optas, portus accedet auerni.
Vnus erit tantum, amissum quem gurgite quæret,
Vnum pro multis dabitur caput.
His ubi læta Deæ permulsit pectora dictis,
Iungit equos curru genitor, spumantiaq; addit

Inuidiosè dictum.
Petitio.
Propositio: Ratio.
Aeneas contra Achillẽ.

Homerus Odyss. li. 5. currum describit Neptuni.

Frena feris, manibusq; omneis effundit habenas,
Cæruleo per summa leuis uolat æquora curru,
Subsidunt undæ, tumidumq; sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis, fugiũt uasto æthere nimbi.
Tum uariæ comitum facies, immania Cete,

Palæmon, portuũ deus.

Et senior Glauci chorus, Inousq; Palæmon,

Phorcus Sardaniæ rex:

Tritonesq; citi, Phorciq; exercitus omnis.
Læua tenent Thetis, et Melite, Panopæaq; uirgo,
Nesæe, Spioq;, Thaliaq;, Cymodoceq;.

Theris, ab alendo aluumna.

Hîc patris Aeneæ suspensam blanda uicissim
Gaudia pertentant mentem, iubet ocyus omnes
Attolli malos, intendi brachia uelis.

Melite, a melos.

Vnà omnes fecere pedem, pariterq; sinistros,

Cymodoce, a κύμα &c.

Nunc dextros soluere sinus, unà ardua torquent
Cornua, detorquentq;, ferunt sua flamina classem.
Princeps ante omnes densum Palinurus agebat
Agmen, ad hunc alij cursum contendere iussi,
Iamq; ferè mediam cœli nox humida metam
Contigerat, placida laxarant membra quiete
Sub remis fusi per dura sedilia nautæ,

Somnus.

Cùm leuis ætherijs delapsus somnus ab astris
Aëra dimouit tenebrosum, & dispulit umbras,
Te Palinure petens, tibi tristia somnia portans
Insonti, puppiq; Deus consedit in alta
Phorbanti simulis, fuditq; has ore loquelas:

Iaside

Iaside Palinure ferunt ipsa æquora classem,
Aequatæ spirant auræ, datur hora quieti.
Pone caput, fessosque oculos furare labori.
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Cui uix attollens Palinurus lumina fatur:
Mé ne salis placidi uultum, fluctusque quietos
Ignorare iubes? mé ne huic confidere monstro?
Aeneam credam, quid enim fallacibus austris,
Et cœli totics deceptus fraude sereni?
Talia dicta dabat, clauumq; affixus, & hærens
Nusquam amittebat: oculosq; sub astra tenebat.
Ecce deus ramum lethæo rore madentem,

Vis somni.

Viq; soporatum Stygia, super utraq; quassat
Tempora, cunctantiq; natantia lumina soluit,
Vix primos inopina quies laxauerat artus,
Et superincumbens, cum puppis parte reuulsa,
Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in undas
Præcipitem, ac socios nequicquam sæpe uocantẽ.
Ipse uolans, tenueis se sustulit ales in auras.
Currit iter tutum, non secius æquora classis.

Sirenes. mõstra maris rina. Quia Vlyssis socios Sirenes deuorauerunt.

Promissisq; patris Neptuni interrita fertur.
Iamq; adeo scopulos Sirenum aduecta subibat
Difficiles quondam, multorumq; ossibus albos,
Tum rauca assiduo longè sale saxa sonabant,
Cùm pater amisso fluitantem errare magistro

Sens

Senſit, & ipſe ratem nocturnus rexit in undis,
Multa gemens caſuque animum concuſſus amici.
O nimium cœlo, & pelago confiſe ſereno,
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

PVB. VERGILII MARONIS
Aeneidos liber Sextus.

ARGVMENTVM.

Pallentis Sextus regnum irremeabile Ditis
Et ſeriem Latiæ poſteritatis habet.

Pius Aeneæ animus.

Sic fatur lachrymans, claſſiq; immittit habenas,
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.
Obuertunt pelago proras, tum dente tenaci
Anchora fundabat naueis, & littora curuæ
Prætexunt puppes, iuuenum manus emicat ardens
Littus in Heſperium, quærit pars ſemina flammæ
Abſtruſa in uenis ſilicis, pars denſa ferarum
Tecta rapit, ſyluas, inuentaque flumina monſtrat.
At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
Præſidet, horrendæque procul ſecreta Sibyllæ,
Antrũ immane petit, magnã cui mentem, animũq;
Delius inſpirat uates, aperitque futura.

Iam

Iam ſubeunt Triuiæ lucos, atq; aurea tecta. Fabula de Dædalo.
Dædalus (ut fama eſt) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo,
Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidicaq; leuis tandem ſuper aſtitit arce.
Redditus his primùm terris, tibi Phœbe ſacrauit
Remigium alarum, poſuitque immania templa.
In foribus, letum Androgeo, tum pendere pœnas Vbi ſortiebãtur iuuenes, quis ſe permitteret deuorari.
Cecropidæ iuſſi (miſerum) ſeptena quotannis
Corpora natorum, ſtat ductis ſortibus urna.
Contrà elata mari reſpondet Gnoſia tellus.
Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaq; furto
Paſiphaë, miſtumque genus, proleſque biformis
Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.
Hic labor ille domus, & inextricabilis error. Labyrinthus.
Magnum reginæ ſed enim miſeratus amorem
Dædalus, ipſe dolos tecti, ambageſque reſoluit
Cæca regens filo ueſtigia. Tu quoq; magnam
Partẽ opere in tãto (ſineret dolor) Icare haberes.
Bis conatus erat caſus effingere in auro,
Bis pãtriæ cecidere manus, Quin protinus omnem
Perlegerent oculis, ni iam præmiſſus Achates
Afforet, atq; unà Phœbi, Triuiæque ſacerdos
Deiphobe Glauci, fatur quæ talia regi:
Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.

Nunc

Nunc grege de intacto septem mactare iuuencos
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.
Talibus affata Aeneam, nec sacra morantur
Iussa uiri, Teucros uocat alta in templa sacerdos.
Descriptio antri. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
Quò lati ducunt aditus centum, ostia centum,
Vndè ruunt totidem uoces, responsa Sibyllæ.
Enthusiasmi descriptio. Ventum erat ad limen, cùm uirgo poscere fata
Tempus ait: Deus ecce Deus, cui talia fanti
Ante fores subitò, non uultus, non color unus,
Non comptæ mansere comæ, sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, maiorque uideri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore Dei, cessas in uota, precesque
Tros ait Aenea, cessas? nec enim antè dehiscent
Attonitæ magna ora domus, & talia fata,
Conticuit, gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor, fudit q; preces rex pectore ab imo:
Phœbe, graues Troiæ semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela, manusq;
Corpus in Aeacidæ, magnas obeuntia terras
Tot maria intrauì duce te, penitusque repostas
Massylûm gentes, prætentaq; Syrtibus arua.
Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras:
Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta.

Vos

Vos quoq; Pergameæ iam fas est parcere genti Petitio.
Dijq;, Deæq; omnes, quibus obstitit Iliũ, & ingens
Gloria Dardaniæ, tuque ò sanctissima uates
Præscia uenturi, da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros,
Errantesque Deos, agitataque numina Troiæ.
Tũ Phœbo, & Triuiæ solido de marmore templa
Instituam, festosq; dies de nomine Phœbi.
Te quoq; magna manent regnis penetralia nostris,
Hic ego nanq; tuas sortes, arcanaque fata
Dicta meæ genti ponam, lectosq; sacrabo
Alma uiros, foliis tantùmne carmina manda, Alludit ad libros Sybillinos Romæ adseruatos.
Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis.
Ipsa canas, oro. finem dedit ore loquendi.
At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur uates, magnum si pectore posset
Excussisse Deum, tanto magis ille fatigat
Os rabidũ, fera corda domans, fingit q; premendo.
Ostia iamque domus patuere ingentia centum
Sponte sua, uatisq; ferunt responsa per auras. Oraculum Sibyllæ.
O tandem magnis pelagi defuncte periclis,
Sed terra grauiora manent, in regna Lauini
Dardanidæ uenient (mitte hãc de pectore curam)
Sed non & uenisse uolent, bella, horrida bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.

Non

Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint, alius Latio iam partus Achilles,
Natus & ipse Dea, nec Teucris addita Iuno
Vsquàm aberit, cùm tu supplex in rebus egenis,
Quas gentes Italûm, aut quas non oraueris urbes?
Causam mali tanti coniunx iterũ hospita Teucris,
Externiq; iterum thalami.
Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito,
Quam tua te fortuna sinet, uia prima salutis,
Quod minime reris, Graia pandetur ab urbe.
Talibus ex adyto dictis, Cumæa Sybilla
Horrẽdas canit ambages, antroq; remugit,
Obscuris uera inuoluens, ea frena furenti
Concutit, & stimulos sub pectore uertit Apollo.
Vt primùm cessit furor, & rabida ora quierunt,
Incipit Aeneas heros: Non ulla laborum
O uirgo noua mi facies, inopinàue surgit.
Omnia percepi, atq; animo mecum antè peregi.
Vnum oro (quando hîc inferni ianua Regis
Dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso)
Ire ad conspectum chari genitoris, & ora
Contingat, doceas iter, & sacra ostia pandas.
Illum ego per flammas, & mille sequentia tela
Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi,
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,

Nam & Paris ab Helena fuerat hospitio susceptus.

Prudentia. Petitio ab occasione.

Atq;

Atq; omnes pelagique minas, cœlique ferebat
Inualidus, uires ultra, sortemque senectæ.
Quin, ut te supplex peterem, & tua limina adirẽ,
Idem orans mandata dabat, natique patrisque,
Alma precor miserere, potes nanq; omnia, nec te
Nequicquam lucis Hecate præfecit Auernis.
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,
Threïcia fretus cithara, fidibusque canoris,
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque uiam toties: quid Thesea, magnum
Quid memorẽ Alcidẽ? et mi genus ab Ioue summo.
Talibus orabat dictis, aras q; tenebat,
Tunc sic ora loqui uates: Sate sanguine diuûm
Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni,
Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis,
Sed reuocare gradũ, superas q; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus,
Dijs geniti potuere, tenent media omnia syluæ.
Cocytusque sinu labens circumfluit atro.
Quòd si tantus amor menti, si tanta cupido est,
Bis stygios innare lacus, bis nigra uidere
Tartara, & insano iuuat indulgere labori,
Accipe quæ peragenda prius: latet arbore opaca
Aureus & foliis, & lento nimine ramus,

A necessario

A facili.

Ab exẽplis.

Alludit ad ritũ uetusta tis, tenebat enim cornu aræ qui precabatur,

Dehortatio a difficili,

Ramus aureus. Per ramum aureũ

T

Intelligitur prudentia, qua nihil non quantumuis arduum & difficile potest assequi.

Iunoni infernæ dictus sacer, hunc tegit omnis
Lucus, & obscuris claudunt conuallibus umbræ.
Sed non antè datur telluris operta subire,
Auricomos quàm quis decerpserit arbore fœtus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit, primo auulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit uirga metallo.
Ergò altè uestiga oculis, & rite repertum
Carpe manu, nanq; ipse uolens, facilisq; sequetur,
Si te fata uocant: aliter non uiribus ullis,
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea iacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu nescis) totamque incestat funere classem,
Dum consulta petis, nostroq; in limine pendes.
Sedibus hunc refer antè suis, & conde sepulchro.
Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.
Sic demum lucos Stygios, regna inuia uiuis
Aspicies dixit: pressoq; obmutuit ore.
Aeneas mœsto defixus lumina uultu
Ingreditur linquens antrum cæcosq; uolutat
Euentus animo secum, cui fidus Achates
It comes, & paribus curis uestigia figit.
Multa inter sese uario sermone ferebant,
Quẽ sociũ exanimẽ uates, quod corpus humandũ
Misenus. Diceret: atq; illi Misenum in littore sicco,

Vt ue-

Vt uenêre, uident indigna morte peremptum,
Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter
Aere ciere uiros, Martemque accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.
Postquam illum uictor uita spoliauit Achilles,
Dardanio Aeneæ sese fortissimus heros
Addiderat socium, non inferiora secutus.
Sed tum, fortè cauadum personat æquora concha, Misenus in undis perit.
Demens, & cantu uocat in certamina Diuos,
Aemulus exceptum Triton (si credere dignũ est)
Inter saxa uirum spumosa immerserat unda.
Ergò omnes magno circum clamore fremebant,
Præcipue pius Aeneas, tum iussa Sibyllæ,
Haud mora, festinant flentes, aramq; sepulchri
Congerere arboribus, cœloque educere certant.
Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum,
Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex,
Fraxineæque trabes, cuneis & fissile robur
Scinditur, aduoluunt ingentes montibus ornos.
Nec non Aeneas opera inter talia primus
Hortatur socios, paribusq; accingitur armis.
Atq; hæc ipse suo tristi cum corde uolutat,
Aspectans syluam immensam, & sic ore precatur:
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus

Colũbæ Veneri dicatæ ob fœcunditatem.

Ostendat nemore in tanto, quando omnia uerè
Heu nimium de te uates Misene locuta est.
Vix ea fatus erat, geminæ cùm fortè columbæ,
Ipsa sub ora uiri cœlo uenêre uolantes,
Et uiridi sedêre solo, tum maximus heros
Maternas agnoscit aues, lætusque precatur,
Este duces, ò si qua uia est, cursumq; per auras
Dirigite in lucos, ubi pinguem diues opacat
Ramus humum, tuq; ò dubijs ne defice rebus
Diua parens. Sic effatus uestigia pressit,
Obseruans quæ signa ferant, quo tendere pergant
Pascentes: illæ tantùm prodire uolando,
Quantum acie possent oculi seruare sequentum.
Inde, ubi uenêre ad fauces graueolentis Auerni,
Tollunt se celeres, liquidumq; per aëra lapsæ,
Sedibus optatis geminâ super arbore sidunt,
Discolor unde auri per ramos aura reuulsit.
Quale solet syluis brumali frigore uiscum
Fronde uirere noua, quod non sua seminat arbos,
Et croceo fœtu teretes circundare truncos.
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea uento.
Corripit extemplo Aeneas, auidusq; refringit
Cunctantem, & uatis portat sub tecta Sibyllæ.
Nec minus interea Misenum in littore Teucri

ὑποτύπωσις funeris.

Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tedis, & robore secto
Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt, decorantq; super fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & ahena undantia flammis
Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & ungunt.
Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt,
Purpureasque super uestes uelamina notæ
Conijciunt, pars ingenti subiere pheretro,
Triste ministerium, & subiectam more parentum
Auersi tenuere facem, congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fuso cratêres oliuo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Reliquias uino, & bibulam lauêre fauillam,
Ossaque lecta cado texit Chorineus aheno.
Idem ter socios pura circuntulit unda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.
Lustrauitque uiuos, dixitque nouissima uerba.
At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
Imposuit, suaque arma uiro, remumque tubamq;
Monte sua aërio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur: æternumque tenet per secula nomen.
His actis propere exequitur præcepta Sibyllæ.
Spelunca alta fuit, uastoq; immanis hiatu,

Herodotus in primo li. facit mentionem unagendorum corporum.

Vêto extinguebatur rogus.

Monumentum.

Auerni descriptio.

Scrupea tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris,
Quam super haud ullæ poterant impunè uolantes
Tendere iter pennis, talis sese halitus atris
Faucibus effundens, supera ad conuexa ferebat.
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.
Quattuor hìc primùm nigrantes terga iuuencos
Constituit, frontique inuergit uina sacerdos,
Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce uocans Hecaten, cœloq;, Ereboq; potentē.
Supponunt alij cultros, tepidumque cruorem
Suscipiunt pateris, ipse atri uelleris agnam
Aeneas matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina uaccam.
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,
Et solida imponit taurorum uiscera flammis,
Pingue super oleum fundens ardentibus extis.
Ecce autem primi sub lumina solis, & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri
Syluarum, uisæque canes ululare per umbram,
Aduentante Dea, procul, ò procul este profani,
Conclamat uates, totoque abstinite luco
Tuque inuade uiam, uaginaque eripe ferrum,
Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.
Tantum effata furens antro se immisit aperto.

Ingrediuntur infernū

Ille

Ille ducem haud timidis uadentem passibus æquat.
Dij quibus imperiū est animarū, umbræq; silentes,
Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia latè, Inuocatio.
Sit mihi fas audita loqui, sit numine uestro
Pandere res alta terra, & caligine mersas.
Ibant obscuri sola sub nocte per umbras,
Perque domos Ditis uacuas, & inania regna.
Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in syluis, ubi cœlum condidit umbra
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus orci
Luctus, & ultrices posuere cubilia curæ, Herebi filij.
Pallentesq; habitant morbi, tristisque senectus,
Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas,
Terribiles uisu formæ, letumque laborque,
Tum consanguineus leti sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumque aduerso limine bellum,
Ferreiq; Eumenidum thalami, et discordia demens
Vipereum crinem uittis innexa cruentis,
In medio ramos, annosaque brachia pandit
Vlmus opaca, ingens, quam sedem somnia uulgò
Vana tenere ferunt, foliisq; sub omnibus hærent.
Multaq; præterea uariarum monstra ferarum,
Centauri in foribus stabulant, scyllæq; biformes,
Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ

Horrendum ſtridens, flammis q; armata Chimæra,
Gorgões, Harpyiæq; , et forma tricorporis umbræ
Corripit hîc ſubita trepidus formidine ferrum
Aeneas, ſtrictam q; aciem uenientibus offert.
Et, ni docta comes tenueis ſine corpore uitas
Admoneat, uolitare cauа ſub imagine formæ,
Irruat, & fruſtra ferro diuerberet umbras.
Hinc uia tartarei quæ fert Acherontis ad undas,
Turbidus hic cœno, uaſtaq; uoragine gurges
Aeſtuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam.
Portitor has horrendas aquas, & flumina ſeruat
Charon. Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento
Canicies inculta iacet, ſtant lumina flamma,
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipſe ratem conto ſubigit, uelisq; miniſtrat,
Et ferruginea ſubuectat corpora cymba,
Iam ſenior, ſed cruda Deo, uiridisq; ſenectus.
Huc omnis turba ad ripas effuſa ruebat,
Matres, atq; uiri, defunctaq; corpora uita
Magnanimum heroum, pueri, innuptæq; puellæ,
Hos uerſicu los ſupra in 4. Geor. re- peries. Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum,
Quàm multa in ſyluis autumni frigore primo
Lapſa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
Quã multæ glomerantur aues, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Sta-

Stabant orantes, primi tranſmittere curſum,
Tendebantq; manus ripæ ulterioris amore.
Nauita ſed triſtis nunc hos, nunc accipit illos,
At alios longè ſummotos arcet arena.
Aeneas (miratus enim, motusq; tumultu)
Dic, ait, ô uirgo, quid uult concurſus ad amnem?
Quid ùe petunt animæ? uel quo diſcrimine ripas
Hæ linquunt? illæ remis uada liuida uerrunt?
Olli ſic breuiter fata eſt longæua ſacerdos:
Anchiſa generate, Deûm certiſſima proles,
Cocytî ſtagna alta uides, ſtygiamq; paludem,
Dij cuius iurare timent, & fallere numen. Styx iũramentũ Deorum,
Hæc omnis q̃ cernis, inops, inhumataq; turba eſt,
Portitor ille Charon: hi, quos uehit unda, ſepulti,
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Tranſportare prius, quam ſedibus oſſa quierunt.
Centũ errant annos, uolitantq; hæc littora circũ,
Tum demum admiſſi, ſtagna exoptata reuiſunt:
Conſtitit Anchiſa ſatus, & ueſtigia preſſit,
Multa putans, ſortemq; animo miſeratus iniquam.
Cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes,
Leucaſpim, & Lyciæ ductorem claſſis Orontem,
Quos ſimul à Troia uentoſa per æquora uectos,
Obruit auſter, aqua inuoluens nauemq; uirosq;.
Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat, Palinurus.

Qui Libyco nuper cursu, dum sydera seruat,
Exciderat puppi, medijs effusus in undis.
Hunc ubi uix multa mœstum cognouit in umbra.
Sic prior alloquitur: Quis te Palinure Deorum
Eripuit nobis? medioq; sub æquore mersit?
Dic agè: namq; mihi fallax haud antè repertus
Hoc uno responso animum delusit Apollo:
Qui fore te ponto incolumem: finesq; canebat
Venturum Ausonios: En hæc promissa fides est?
Ille autem, neq; te Phœbi cortina fefellit
Dux Anchisiade, nec me Deus æquore mersit.
Nanq; gubernaclum multa ui fortè reuulsum
Cui datus hærebam custos, cursusq; regebam,
Præcipitans traxi mecum, maria aspera iuro,
Non ullum pro me tantum cœpisse timorem,
Quàm tua ne spoliata armis, excussa magistro,
Deficeret tantis nauis surgentibus undis.
Treis notus hybernas immensa per æquora noctes
Vexit me uiolentus aqua, uix lumine quarto
Prospexi Italiam summa sublimis ab unda,
Paulatim adnabam terræ, iam tuta tenebam,
Ni gens crudelis madida cum ueste grauatum,
Prensantemq; uncis manibus capita aspera mõtis,
Ferro inuasisset, prædamq; ignara putasset.
Nunc me fluctus habet, uersantq; in littore uenti.

Quod

Quod te per cœli iucundum lumen, & auras, Precatio.
Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
Inijce (namq; potes) portusq; require Velinos.
Aut tu, si qua uia est, si quam tibi diua creatrix
Ostendit (neq; enim credo sine numine diuum
Flumina tanta paras, stygiamq; innare paludem)
Da dextram misero, & tecum me tolle per undas,
Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.
Talia fatus erat, cœpit cùm talia uates:
Vnde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemq; seuerum
Eumenidum aspicies? ripam ue iniussus abibis?
Desine fata Deum, flecti sperare precando,
Sed cape dicta memor duri solatia casus.
Nam tua finitimi longè, lateq; per urbes
Prodigijs acti cœlestibus, ossa piabunt,
Et statuent tumulum, & tumulo solemnia mittent,
Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curæ emotæ, pulsusq; parumper
Corde dolor tristi, gaudet cognomine terra.
Ergò iter incœptũ peragũt, fluuioq; propinquant
Nauita quos iam inde, ut stygia prospexit ab unda
Per tacitum nemus ire, pedemq; aduertere ripæ,
Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat ultrò.

Quis-

Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Fare age quid uenias iã istinc, et cõprime gressum.
Vmbrarum hic locus est, somni, noctisq; soporæ,
Corpora uiua nefas stygia uectare carina,
Nec uerò Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu: nec Theseа, Pirithoumq;,
Dijs quanquam geniti, atq; inuicti uiribus essent,
Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit
Ipsius à solio regis, traxitq; trementem,
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti:
Quæ contrà breuiter fata est Amphrisia uates:
Nullæ hic insidiæ tales, absiste moueri:
Nec uim tela ferunt, licet ingens ianitor antro
Aeternum latrans exangue, terreat umbras,
Casta licet patrui seruet Proserpina limen,
Troïus Aeneas pietate insignis, & armis,
Ad genitorem, imas Erebi descendit ad umbras.
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago:
At ramum hunc (aperit ramum, qui ueste latebat)
Agnoscas. tumida ex ira tum corda residunt.
Nec plura his, ille admirans uenerabile donum
Fatalis uirgæ, longo pòst tempore uisum,
Cæruleam aduertit puppim, ripæq; propinquat.
Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat: laxatq; foros, simul accipit alueo

Apollinea, Amphrisius aũt fluuius Thessaliæ est, apud quem Apollo diuinitate est priuatus.

Ingen-

Ingentem Aeneam, gemuit sub pondere cymba
Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.
Tandem trans fluuiũ incolumes, uatemq; uirumq;,
Informi limo, glaucaq; exponit in ulua.
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Cerberus.
Personat, aduerso recubans immanis in antro.
Cui uates horrere uidens iam colla colubris,
Melle soporatam, & medicatis frugibus offam
Obijcit, ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam, atq; immania terga resoluit,
Fusus humi, totoq; ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum custode sepulto,
Euaditq; celer ripam irremeabilis undæ,
Continuò auditæ uoces, uagitus & ingens,
Infantumq; animæ flentes in limine primo,
Quos dulcis uitæ exortes, & ab utere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Hos iuxta falso damnati crimine mortis. περιφρασις.
Nec uerò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes.
Quæsitor Minos urnam mouet, ille silentum
Concilium q; uocat, uitas q; & crimina discit.
Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi letum
Insontes peperere manu, lucemq; perosi
Proiecere animas, quàm uellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.

Fatæ

Fata obstant, triſtiq; palus inamabilis unda
Alligat, & nouies Styx interfusa coërcet.
Nec procul hinc partem fusi monstrãtur in omnem
Lugentes campi, sic illos nomine dicunt,
Hîc quos durus amor crudeli tabe peredit,
Secreti cælant calles, & myrtea circum
Sylua tegit, curæ non ipsa in morte relinquunt.
His Phædrã, Procrimq; locis, mœstamq; Eriphylẽ
Crudelis nati monstrantem uulnera cernit,
Euadnenq; & Pasiphaën: his Laodomia
It comes, & iuuenis quondã, nũc fœmina, Cæneus,
Rursus & ueterem fato reuoluta figuram.
Inter quas Phœnissa recens à uulnere Dido
Errabat sylua in magna, quam Troïus heros,
Vt primum iuxtà stetit, agnouitq; per umbram
Obscuram, qualem primo quis surgere mense,
Aut uidet, aut uidisse putat per nubila lunam,
Demisit lachrymas, dulciq; affatus amore est:
Infelix Dido, uerus mihi nuncius ergò
πάθος. Venerat extinctam, ferroq; extrema secutam.
Funeris heu tibi causa fui, per sydera iuro,
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,
Purgatio. Inuitus regina tuo de littore cessi,
Sed me iussa Deũm, quæ nunc has ire per umbras,
Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam

Impe-

Imperijs egẽre suis, nec credere quiui,
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem,
Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahe nostro.
Quẽ fugis? extremũ fato quod te alloquor, hoc est.
Talibus Aeneas ardentem, & torua tuentem
Lenibat dictis animum, lachrymasq; ciebat.
Illa solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incœpto uultum sermone mouetur,
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.
Tandem proripuit sese, atq; inimica refugit Græcismus
In nemus umbriferum, coniux ubi pristinus illi
Respondet curis, æquatq; Sichæus amorem.
Nec minus Aeneas casu perculsus iniquo
Prosequitur lachrymãs lõgè, et miseratus eũtẽ est.
Inde datum molitur iter, iamq; arua tenebant
Vltima, quæ bello clari secreta frequentant.
Hîc illi occurrit Tydeus: hîc inclitus armis
Parthenopæus, & Adrasti pallentis imago. Cõmemorat eos qui ad Thebas occubuere.
Hîc multùm fleti ad superos, belloq; caduci
Dardanidæ, quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit, Glaucum, Medontaq;, Thersilocumq;,
Treis Antenoridas, Cereriq; sacrum Polybetem,
Idæumq; etiam currus, etiam arma tenentem.
Circumstant animæ dextra, læuaq; frequentes, Archelochus, Acamas, Elycaon.
Nec uidisse semel satis est: iuuat usq; morari.

Et con-

πάθος. Et conferre gradum, & ueniendi discere causas.
At Danaûm proceres, Agamemnoniæq; phalanges
Vt uidêre uirum, fulgentia q; arma per umbras,
Ingenti trepidare metu, pars uertere terga,
Ceu quondam petiere rates, pars tollere uocem
Exiguam, incœptus clamor frustratur hiantes.
Deiphobũ, maritũ Helenes post obitum Paridis. Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum uidit, lacerum crudeliter ora:
Ora manus q; ambas, populata q; tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto uulnere nares.
Vix ádeo agnouit pauitantem, & dira tegentem
Supplicia, & notis compellat uocibus ultrò,
Deiphobe armipotẽs, genus alto à sanguine Teucri
Quis tam crudeleis optauit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tulit fessum uasta te cæde Pelasgûm
Procubuisse super confusæ stragis aceruum,
Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem
Constitui, & magna manes ter uoce uocaui.
Nomen, & arma locum seruant: te amice nequiui
Conspicere, & patria decedens ponere terra.
Atq; hîc Priamides: Nihil ô tibi amice relictum est:
Omnia Deiphobo soluisti, & funeris umbris.
Signa mali gni animi. Sed me fata mea & scelus exitiale Lacenæ
His mersere malis, illa hæc monumenta reliquit.
Namq;

Namq; ut supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est,
Cùm fatalis equus saltu super ardua uênit
Pergama, et armatum peditem grauis attulit aluo.
Illa chorum simulans, Euanteis Orgia circum
Ducebat Phrygias: flammam media ipsa tenebat
Ingentem, & summa Danaos ex arce uocabat.
Tum me confectum curis, somnoq; grauatum
Infelix habuit thalamus, preßiq; iacentem
Dulcis & alta quies, placidæq; similima morti.
Egregia interea coniux, arma omnia tectis
Emouet, & fidum capiti subduxerat ensem,
Intra tecta uocat Menelaum, & limina pandit.
Scilicet id magnum sperans fore munus amanti, Ironia.
Et famam extingui ueterum sic posse malorum.
Quid moror? irrumpunt thalamo, comes additur
Hortator scelerũ Aeolides. Dij talia Graijs (una
Instaurate: pios, si pœnas ore reposco. Vlysses ex Sisypho.
Sed te qui uiuum casus, agè fare uicißim,
Attulerint, pelagi ne uenis erroribus actus?
An monitu Diuûm? an quæ te fortuna fatigat,
Vt triſteis sine sole domos, loca turbida adires?
Hac uice sermonum roseis aurora quadrigis
Iam medium æthereo cursu traiecerat axem.
Et fors omne datum traherent per talia tempus,

Sed comes admonuit, breuiterq́; affata Sibylla est:
Nox ruit Aenea, nos flendo ducimus horas.
Hic locus est, parteis ubi se uia findit in ambas.
Dextera, quæ Ditis magni sub mœnia tendit:
Hâc iter Elysium nobis: at læua malorum
Exercet pœnas: & ad impia tartara mittit.
Deiphobus contrà: Ne sæui magna sacerdos,
Discedam, explebo numerum, reddarq́; tenebris.
I decus, i nostrum, melioribus utere fatis.
Tantum effatus, & in uerbo uestigia torsit:
Respicit Aeneas subitò: & sub rupe sinistra
Mœnia lata uidet, triplici circumdata muro:
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
Tartareus Phlegeton, torquetq́; sonantia saxa.
Porta aduersa ingens, solidoq́; adamante colũnæ.
Vis ut nulla uirûm, non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ ualeant, stat ferrea turris ad auras:
Tisiphoneq́; sedens palla succincta cruenta,
Vestibulum insomnis seruat noctesq́; diesq́;.
Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare
Verbera: tum stridor ferri, tractæq́; catenæ.
Constitit Aeneas, strepitumq́; exterritus hausit.
Quæ scelerum facies ô uirgo effare? quibus ue
Vrgentur pœnis? quis tantus plangor ad auras?
Tum uates sic orsa loqui. Dux inclxte Teucrum,

Duplex inferorũ uia, quarũ altera ducit ad campos Elysios, altera ad malam rem.

Nulli

Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
Sed me, cum lucis Hecate præfecit Auernis,
Ipsa Deûm pœnas docuit, perq́; omnia duxit.
Gnosius hæc Rhadamantus habet durißima regna
Castigatq́; auditq́; dolos, subigitq́; fateri,
Quæ quis apud superos, furto lætatus inani,
Distulit in seram commißa piacula mortem.
Continuò sonteis ultrix accincta flagello
Tisiphone, quatit insultans, toruosq́; sinistra
Intentans angueis, uocat agmina sæua sororum.
Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ: cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat? facies quæ limina seruet?
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
Sæuior intus habet sedem, tum Tartarus ipse
Bis patet in præceps tantùm, tenditq́; sub umbras,
Quantus ad æthereum cœli suspectus olympum:
Hic genus antiquum terræ, Titania pubes
Fulmine deiecti, fundo uoluuntur in imo,
Hic & Aloidas geminos, immania uidi
Corpora: qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggreßi: superisq́; Iouem detrudere regnis:
Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis, & sonitus imitatur Olympi:
Quattuor hic inuectus equis, et lampada quaßans

Ex Phimedia Aloi uxore, & Neptuno,

Per Graiûm populos, mediæq; per Elidis urbem
Ibat ouans, Diuûmq; sibi poscebat honorem,
Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
Aere, & cornupedum cursu simularat equorum.
At pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit: non ille faces, nec fumea tedis
Lumina, præcipitemq; immani turbine adegit.
Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroq; immanis uultur adunco
Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis
Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis,
Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoumq;:
Quos super atra silex iamiam lapsura, cadenti
Imminet assimilis: lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris: epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu, furiarum maxima iuxtà
Accubat, & manibus prohibet contingere mensas:
Exurgitq; facem attollens, atq; intonat ore:
Hic, quibus inuisi fratres, dum uita manebat,
Pulsatús ue parens, & fraus innexa clienti,
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis:
Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est,
Quiq; ob adulterium cæsi, quiq; arma secuti

Impia

Paſcitur inquirendo.

Deſignat in certam uitã Tyrannorum eſſe.

Cõſcientia.

Impia, nec ueriti dominorum fallere dextras,
Inclusi pœnam expectant, ne quære doceri,
Quã pœnã, aut quæ forma uiros, fortuna ue merſit.
Saxum ingens uoluunt alij, radijsq; rotarum
Districti pendent, sedet, æternumq; sedebit
Infelix Theseus, Phlegiasq; miserrimus omneis
Admonet, & magna testatur uoce per umbras:
Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.
Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem
Imposuit, fixit leges pretio, atq; refixit.
Hic thalamum inuasit natæ, uetitosq; hymenæos:
Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.
Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea uox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos:
Sed iam agè carpe uiã, et susceptũ perfice munus:
Acceleremus, ait, Cyclopum educta caminis
Mœnia conspicio, atq; aduerso fornice portas.
Hæc ubi nos præcepta iubent deponere dona.
Dixerat: & pariter gressi per opaca uiarum
Corripiunt spacium mediũ, foribusq; propinquãt.
Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti
Spargit aqua, ramumq; aduerso in limine figit.
His demum exactis, perfecto munere Diuæ,

πάθος. Ex Homeri Iliados 2.

Fortunati.

Deuenere locos lætos, & amœna uireta
Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas.
Largior hic campos, æther & lumine uestit
Purpureo, solemq; suum, sua sydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæstris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena.
Pars pedibus plaudunt choreas, et carmina dicũt.
Nec non Threïcius longa cum ueste sacerdos

Orphei cithara septẽ tantũ chordas habuit, duæ postea sunt adiectæ a Terpandro.

Obloquitur numeris septem discrimina uocum:
Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
Hìc genus antiquum Teucri, pulcherrima proles,
Magnanimi Heroës nati melioribus annis,
Iliusq;, Assaracusq;, & Troiæ Dardanus autor.
Arma procul, currusq; uirûm miratur inanes.
Stant terræ defixæ hastæ: passimq; soluti
Per campos pascuntur equi, quæ gratia currûm,
Armorumq; fuit uiuis, quæ cura nitenteis
Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
Conspicit ecce alios dextra, læuaq; per herbam
Vescentes, lætumq; choro Pæana canentes,
Inter odoratum Lauri nemus, undè supernè
Plurimus Eridani per syluam uoluitur amnis.

Synthesis.

Hìc manus ob patriam pugnando uulnera passi
Quiq; sacerdotes casti, dum uita manebat:
Quiq; pij uates, & Phœbo digna locuti.

Inuen-

Inuentas aut qui uitam excoluere per artes:
Quiq; sui memores alios fecere merendo:
Omnibus his niuea cinguntur tempora uitta,
Quos circumfusos sic est affata Sibylla:
Musæum ante omnes, medium nam plurima turba
Hunc habet, atq; humeris extantem suspicit altis.
Dicite felices animæ, tuq; optime uates,
Quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius ergô
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes:
Atq; huic responsum paucis ita reddidit hæros:
Nulli certa domus, lucis habitamus opacis:
Riparumq; toros, & prata recentia riuis
Incolimus, sed uos (si fert ita corde uoluntas)
Hoc superate iugum, & facili iam tramite sistam.
Dixit: & antè tulit gressum, camposq; nitenteis
Desuper ostẽtat, dehinc summa cacumina linquũt.
At pater Anchises penitus conualle uirenti
Inclusas animas, superumq; ad lumem ituras,
Lustrabat studio recolens: omnemq; suorum
Forte recensebat numerum, carosq; nepotes,
Fataq; fortunasq; uirûm, moresq; manusq;.
Isq; ubi tendentem aduersum per gramina uidit
Aeneam, alacris palmas utrasq; tetendit:
Effusæq; genis lachrymæ, & uox excidit ore:
Venisti tandem, tuaq; expectata parenti,

ordine ex abrupto, propter uehementiam affectus.

Vicit iter durum pietas: datur ora tueri
Nate tua: & notas audire, & reddere uoces,
Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum,
Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.
Quas ego te terras, & quanta per æquora uectũ
Accipio: quantis iactatum nate periclis?
Quàm metui, ne quid Libyæ tibi regna nocerent?
Ille autem: tua me genitor, tua tristis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.
Stant sale Tyrrheno classes, da iungere dextram,
Da genitor, teq; amplexu ne subtrahe nostro.
Sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprehensa manus effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucriq; simillima somno.
Interea uidet Aeneas in ualle reducta
Seclusum nemus, & uirgulta sonantia syluis,
Lethæumq; domos placidas qui prænatat amnem.
Hunc circum innumeræ gentes, populiq; uolabant.
Ac ueluti in pratis, ubi apes æstate serena
Floribus insidunt uarijs, & candida circum
Lilia funduntur: strepit omnis murmure campus.
Horresçit uisu subito: causasq; requirit
Inscius Aeneas, quæ sint ea flumina porrò:
Quiue uiri tanto complerint agmine ripas.

Cõparatio.

Tum

Tum pater Anchises. Animæ, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
Securos latices, & longa obliuia potant,
Has equidem memorare tibi, atq; ostendere corã,
Iam pridem hanc prolẽ cupio enumerare meorũ,
Quò magis Italia tandem lætere reperta.
O pater, án ne aliquas ad cœlũ hinc ire putandũ est
Sublimeis animas? iterumque ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miseris tam dira cupido?
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
Suspicit Anchises, atq; ordine singula pandit.
Principio cœlum, ac terras, camposq; linquenteis,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudumq; genus, uitæq; uolantũ,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquora Põtus,
Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.
Hinc metuũt, cupiũtq;, dolẽt, gaudentq;, nec auras
Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco.
Quin & supremo cum lumine uita reliquit,
Non tamen omne malũ miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes, penitusq; necesse est

Locus philosophicus.

Triplex purgatio. Fortassis al

Iudit ad lustrationes funebres, quę fiebant fumis, spargenda aqua Item cremādo.

Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, ueterumq; malorum
Supplicia expendunt, aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad uentos, aliis sub gurgite uasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
Quisque suos petimur manes, exinde per amplum
Mittitur Elysium, & pauci læta arua tenemus,
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem, purumq; reliquit
Aethereum sensum, atq; aurai simplicis ignem.
Hos omnes, ubi mille rotam uoluêre per annos,
Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno,
Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant,
Rursus & incipiant in corpora uelle reuerti.

Mira inuentio poëtæ, per quā ad Romanas historias digreditur.

Dixerat Anchises, natumq; unaq; Sibyllam
Conuentus trahit in medios, turbamq; sonantem,
Et tumulum capit, undè omnes longo ordine posit
Aduersos legere, & uenientum discere uultus.
Nunc agè, Dardanā prolem, quæ deinde sequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Illustreis animas, nostrumq; in nomen iturās,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.
Ille (uides?) pura iuuenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras
Aethereas Italo commistus sanguine surget,

Syluio

Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles,
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem, regumq; parentem,
Vnde genus longa nostrum dominabitur Albā,
Proximus Illæ Procas, Troianæ gloria gentis,
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet,
Syluius Aeneas, pariter pietate uer armis
Egregius, si unquam regnandam acceperit Albā,
Qui iuuenes quantas ostentant aspice uires,
Atq; umbrata gerunt ciuili tempora quercu,
Hi tibi Nomentum, & Gabios, urbemq; Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces,
Pomerios, Castrumq; Ioui, Bolamq;, Coramq;.
Hæc tū nomina erunt, nunc sunt sine nomine terræ.
Quin & auo comitem sese Mauortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
Educet, uidēn' ut geminæ stant uertice cristæ?
Et pater ipse suo superūm iam signat honore?
En huius nate auspicijs illa inclyta Roma
Imperium terris, animos æquabit Olympo,
Septemq; una sibi muro circundabit arces,
Felix prole uirum, qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per urbes,
Læta Deūm partu, centum complexa nepotes,
Omneis cœlicolas, omneis supera alta tenentes.

Cōditores urbiū ciuica corona insignitos fingit tanquā seruatores urbium.

Hue

Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem
Romanosque tuos, hìc Cæsar, & omnis Iuli
Progenies, magnum cœli uentra sub axem.
Hic uir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis,
Augustus Cæsar Diuûm genus, aurea condet
Secula qui rursus Latio, regnata per arua
Saturno quondam, super et Garamãtas, & Indos
Proferet imperium, iacet extra sydera tellus,
Extra anni, Solisque uias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Huius in aduentu iam nunc & Caspia regna
Responsis horrent diuûm, & Mæotica tellus,
Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.
Nec uerò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.
Nec qui pampineis uictor iuga flectit habenis,
Liber agens celso Nisæ de uertice Tigres.
Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis?
Aut metus Ausonia prohibet consistere terra?
Quis procul ille autem ramis insignis oliuæ
Sacra ferens? nosco crines, incanaque menta
Regis Romani, primam qui legibus urbem
Fundabit, Curibus paruis, & paupere terra
Missus in imperium magnum, cui deinde subibit,

Ocia

Vltra æquinoctialem. Nã Romana arma ad Oenopliũ uenerunt, quæ sunt ultra æquinoctialem.

πάθος.

Ocia qui rumpet patriæ, residesque mouebit
Tullus in arma uiros, & iam desueta triumphis
Agmina, quem iuxta sequitur iactantior Ancus.
Nunc quoq; iam nimiũ gaudens popularibus auris
Vis & Tarquinios reges, animamq; superbam
Vltoris Bruti, fascesque uidere receptos?
Consulis imperium hic primus, sæuasq; secures
Accipiet, natosque pater, noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate uocabit
Infelix, utcunq; ferent ea fata minores,
Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.
Quin Decios, Drusosq; procul, sæuumq; securi
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillũ.
Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc, et dum nocte premuntur,
Heu quantum inter se bellum, si lumina uitæ
Attigerint, quantas acies, stragemq; ciebunt?
Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monœci
Descendens gener, aduersis instructus Eois.
Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella,
Neu patriæ ualidas in uiscera uertite uires,
Tuq; prior, tu parce genus qui ducis Olympo,
Proijce tela manu sanguis meus.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum cæsis insignis Achiuis,

Eruet

Exemplum Romanæ fortitudinis.

Camillus urbem ciuibus, et ciues urbi reddidit.

Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas,
Ipsumq; Aeaciden, genus armipotentis Achilli,
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.
Quis te magne Cato tacitũ, aut te Cosse relinquat
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina bel-
Scipiadas, cladem Libyæ? paruoq; potentẽ (li,
Fabricium? uel te sulco Serrane serentem?
Quò fessum rapitis Fabij? tu maximus ille es,
Vnus qui nobis cunctando restituis rem.
Excudent alij spirantia mollius æra,
Credo equidem, uiuos ducent de marmore uultus,
Orabunt causas melius, cœlique meatus
Describent radio, & surgentia sydera dicent.
Tu regere imperio populos Romane memento.
(Hæ tibi erunt artes) pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Sic pater Anchises, atq; hæc mirantibus addit:
Aspice, ut insignis spolijs Marcellus opimis
Ingreditur, victorq; uiros supereminet omneis.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu,
Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumq; rebellem,
Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino,
Atq; hic Aeneas (una nanq; ire uidebat
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
Sed frons læta parum, & deiecto lumina uultu)

Per æra Corinthios indicat, per marmor, Patrios, per actionem causarũ Athenienses, per Astronomiam, Aegyptios, & Chaldæos.

Marcellus filius Octauiæ sororis Augusti, quẽ Augustus sibi adoptauit.

Quis

Quis pater ille, uirum qui sic comitatur euntem? Alludit ad Marcelli comitatũ propter ædilitatem.
Filius, án ne aliquis magna de stirpe nepotum?
Quis strepitus circa comitũ? quãtũ instar in ipso est!
Sed nox atra caput tristi circumuolat umbra.
Tum pater Anchises lachrymis ingressus obortis.
O nate, ingentem luctum ne quære tuorum:
Ostendent terris hunc tantùm fata, neq; ultrà
Esse sinent, nimium uobis Romana propago
Visa potens superi, propria hæc si dona fuissent.
Quantos ille uirum magnam Mauortis ad urbem
Campus àget gemitus, uel quæ Tyberine uidebis
Funera, cùm tumulum præterlabêre recentem.
Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantùm spe tollet auos, nec Romula quondam
Vllo se tantùm tellus iactabit alumno.
Heu pietas, heu prisca fides, inuictaque bello
Dextera, non illi quisquam se impune tulisset
Obuius armato, seu cùm pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu miserande puer, si qua fata aspera rumpas,
Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis,
Purpureos spargam flores, animamq; nepotis
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere. Sic tota passim regione uagantur
Aëris in campis latis, atq; omnia lustrant.

Conclusio. πάθος.

Quæ

Quæ postquã Anchises natum per singula duxit,
Incenditq; animum famæ uenientis amore,
Exim bella uiro memorat, quæ deinde gerenda,
Laurentesque docet populos, urbemq; Latini,
Et quo quenq; modo, fugiatq; ferat q; laborem.
Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua ueris facilis datur exitus umbris,
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
His ubi tum natum Anchises, unaq; Sibyllam
Prosequitur dictis, portaq; emittit eburna,
Ille uiam secat ad naues, sociosq; reuisit.
Tum se ad Caietæ recto fert littore portum,
Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

Ex Homeri. Odyss. li. 19

PVB. VERGILII MARONIS
Aeneidos liber Septimus.

ARGVMENTVM.

Septimus Italiæ ingressum, & primordia belli,
Et furijs, Turni concita corda refert.

TV quoq; littoribus nostris Aeneia nutrix
Aeternam moriens famã Caieta dedisti,
Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaq; nomen
Hesperia in magna (si qua est ea gloria) signat.
At pius exequijs Aeneas ritè solutis,
Aggere composito tumuli, postquam alta quierũt
Aequora, tendit iter uelis, portumq; relinquit.
Aspirant auræ in noctem, nec candida cursum
Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.
Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Dines inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu, tectisq; superbis
Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenues percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus, iraq; leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum,
Setigerique sues, atq; in præsepibus ursi

Alludit ad fabulã, qua Circe dicta est formis brutorũ humanas mutare.

Sæuire: ac formæ magnorum ululare luporum
Quos hominũ ex facie Dea sæua potentibus herbis
Inducrat Circe in uultus, ac terga ferarum.
Quæ ne monstra pij paterentur talia Troës,
Delati in portus, neu littora dira subirent,
Neptunus uentis impleuit uela secundis,
Atq; fugam dedit, & præter uada feruida uexit.
Iamq; rubescebat radijs mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.
Cùm uenti posuere, omnis q; repentè resedit
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ.

Aeneas Italiam ingreditur.

Atq; hîc Aeneas ingentem ex æquore lucum
Prospicit, hunc inter fluuio Tyberinus amœno
Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
In mare prorumpit, uariæ circumq; supraq;
Assuetæ ripis uolucres, & fluminis alueo.
Aethera mulcebant cantu, lucoque uolabant.
Flectere iter socijs, terræq; aduertere proras
Imperat, & lætus fluuio succedit opaco.

Inuocatio. Nam hic orditur Aeneę bella, & res in Italia gestas. In hãc aũt narrationẽ spargit semina & causas belli.

Nunc agè, qui reges Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, aduena classem
Cùm primum Ausonijs exercitus appulit oris,
Expediam, & primæ reuocabo exordia pugnæ.
Tu uatem, tu diua mone, dicam horrida bella,
Dicam acies, actosq; animos in funera reges.

Tyr-

Thyrrenamq; manum, totamq; sub arma coactam
Hesperiam, maior rerum mihi nascitur ordo,
Maius opus moueo. Rex arua Latinus, & urbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hũc Fauno, & nympha genitũ Laurente Marica
Accipimus. Fauno Picus pater, isque parentem
Te Saturne refert, tu sanguinis ultimus autor.
Filius huic fato diuum, prolesq; uirilis
Nulla fuit, primaq; oriens erepta iuuenta est:
Sola domum, & tantas seruabat filia sedes
Iam matura uiro, iam plenis nubilis annis,
Multi illam magno è Latio, totaque petebant
Ausonia: petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, auis, atauisq; potens, quem regia coniux
Adiungi generum miro properabat amore,
Sed uarijs portenta Deûm terroribus obstant.
Laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
Sacra comam, multosq; metu seruata per annos,
Quam pater inuentam primas cũ conderet arces,
Ipse ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.
Huius apes summum densæ (mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidum trans æthera uectæ
Obsedere apicem, & pedibus per mutua nexis
Examen subitum ramo frondente pependit

Duo eũ fuisse infantuli filij Latini scribuntur, quos occidit Amata cum regnum ad Aeneam iã peruentum esset,

Portentum

Continuò uates: externum cernimus, inquit,
Aduentare uirum, & partes petere agmen easdē
Partibus ex iisdem, & summa dominarier arce.
Præterea castis adolet dum altaria tædis,
Ignis portentum regium, ut in 2. lib. de Ascanio. Et iuxta genitorem astat Lauinia uirgo.
Visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
Atq; omnem ornatum flamma crepitante cremari,
Regalesq; accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis, tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis.
Id uerò horrendum, ac uisu miserabile ferri,
Nanq; fore illustrem fama, fatisq; canebant
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
At rex solicitus monstris, oracula Fauni
Fatidici genitoris adit, lucosque sub alta
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat, sæuamq; exhalat opaca Mephitim.
Mephitis dea grauissimi odoris est. Hinc Italæ gentes, omnisq; Oenotria tellus
In dubijs responsa petunt, huc dona sacerdos
*Cum tulit Contulit, * & cæsarum ouium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit,
Multa modis simulachra uidet uolitantia miris,
Et uarias audit uoces, fruiturque Deorum
Colloquio, atque imis Acheronta affatur Auernis.
Hic, & tum pater ipse petens responsa Latinus
Centum

Centum lanigeras mactabat ritè bidentes,
Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat
Velleribus, subita ex alto uox reddita luco est: Responsa Fauni.
Ne pete connubijs natam sociare Latinis
O mea progenites, thalamis neu crede paratis.
Externi ueniunt generi, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant, quorumq; à stirpe nepotes,
Omnia sub pedibus, quà Sol utrunq; recurrens
Aspicit Oceanum, uertique, regique uidebunt.
Hæc responsa patris Fauni, monitusque silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus.
Sed circum latè uolitans iam fama per urbes
Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religarit ab aggere classem.
Aeneas, primique duces, & pulcher Iulus
Corpora sub ramis deponunt arboris altæ,
Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas
Subijciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)
Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic fortè alijs, ut uertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi, Egestas præ dicta per Harpyiam.
Et uiolare manu, malisq; audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris.
Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus. Religiosum enim erat mensam edere.
Nec plura alludens, ea uox audita laborum

Prima tulit finem, primamque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.
Continuò, salue fatis mihi debita tellus,
Vosq́, ait, ò fidi Troiæ saluete Penates,
Hîc domus, hæc patria est, genitor mihi talia nãq́
(Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:
Cùm te nate fames ignota ad littora uectum
Accisis coget dapibus consumere mensas,
Tum sperare domos defessus, ibique memento
Prima locare manu, molirique aggere tecta.
Hæc erat illa fames, hæc nos suprema manebat
Exitijs positura modum.
Quare agitè, & primo læti cum lumine Solis
Quæ loca, qui ue habeãt homines, ubi mœnia gẽtis
Vestigemus, & à portu diuersa petamus,
Nunc pateras libate Ioui, precibusq́ uocate
Anchisen genitorem, & uina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat, & Geniumque loci, primamque Deorũ
Tellurem, Nymphasq́, & adhuc ignota precatur
Flumina, tum noctem, noctisque orientia signa,
Idæumq́ Iouem, Phrygiamq́ ex ordine matrem
Inuocat, & duplices Cœloq́ Ereboq́ parentes.
Hîc pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit, radijsque ardentem lucis, & auro,

Signum lætitiæ.

Genius est conditionaturæ.

¶. Venerẽ & Anchisen.

Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
Deditur hîc subitò Troiana per agmina rumor,
Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
Certatim instaurant epulas, atq́ omine magno
Cratêras læti statuunt, & uina coronant.
Postera cum prima lustrabat lampade terras
Orta dies, urbem, & fines, & littora gentis
Diuersi explorant, hæc fõtis stagna Numici,
Hunc Tybrim fluuiũ, hîc fortes habitare Latinos.
Tum satus Anchisa, delectos ordine ab omni
Centum Oratores augusta ad mœnia regis
Ire iubet, ramis uelatos Palladis omnes.
Donáq́ ferre uiro, pacemq́ exposcere Teucris.
Haud mora, festinant iussi, rapidisque feruntur
Passibus: ipse humili designat mœnia fossa,
Moliturque locum, primasque in littore sedes
Castrorum in morem pinnis, atq́ aggere cingit.
Iamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant iuuenes, muroque subibant.
Ante urbem pueri, & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitantq́ in puluere currus,
Aut acreis tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuque, ictuque lacessunt.
Cùm proiectus equo, longæui regis ad aures
Nuncius, ingenteis ignota in ueste reportat

Deditur. I. spargitur, diffunditur ue. Hoc uerbo sæpius Lucretius utitur.

Olea signũ pacis.

Alludit ad Romanum morẽ exercendi Tyrones. Vide Vegetium.

Aduenisse uiros, ille intra tecta uocari
Imperat, & solio medius consedit auito.
Descriptio regiæ. Tectum augustum, ingens, centũ sublime columnis,
Domum ab Augusto in palacio facta pertinet laudat. Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum syluis, & religione parentum.
Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat, hoc illis curia templum,
Hæ sacris sedes epulis, hîc ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.
Quinetiam ueterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro, Italusq; paterq; Sabinus,
Vitisator curuam seruans sub imagine falcem,
Saturnusque senex, Ianique bifrontis imago
Vestibulo astabant, alijque ab origine reges,
Martia qui ob patriam pugnando uulnera passi.
Multaque præterea sacris in postibus arma
Eorũdem fere alludit ad Capitoliũ Romanum. Captiui pendent currus, curuæq; secures,
Et cristæ capitũ & portarum ingentia claustra,
Spiculaq;, clypeiq;, ereptaq; rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo, paruaque sedebat
Succinctus trabea, læuaq; ancile gerebat,
Picus equũm domitor, quem capta cupidine cõiux
Aurea percussum uirga, uersumque uenenis,
Fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas.
Tali intus templo Diuũm, patriaq; Latinus

Sede

Sede sedens, Teucros ad sese in tecta uocauit,
Interrogatio. Atq; hæc ingressis placido prior edidit ore.
Dicite Dardanidæ (neq; enim nescimus & urbem,
Et genus, auditiq; aduertitis æquore cursum)
Quid petitis? quæ causa rates, aut cuius egentes
Littus ad Ausonium tot per uada cærula uexit?
Siue errore uiæ, seu tempestatibus acti,
Qualia multa mari Nautæ patiuntur in alto,
Fluminis intrastis ripas, portuq; sedetis:
Ius hospitale. Ne fugite hospicium: neue ignorate Latinos
Alludit ad Saturni tempora aurea, quo homines sine lege sua spõte bene uiuebat. Atque adeo legem naturæ Saturni tẽporibus designãt poetæ Saturni gentem, haud uinclo, nec legibus æquam,
Sponte sua, ueteris q; Dei se more tenentem.
Atq; equidem memini (fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris
Dardanus, Idæas Phrygiæ penetrauit ad urbes,
Threiciamq; Samũ, quæ nũc Samothracia fertur.
Hinc illum Corithi Tyrrhena ab sede profectum,
Aurea nunc solio stellantis regia cœli
Accipit, & numerum Diuorum altaribus auget.
Narratio. Dixerat & dicta Ilioneus sic uoce secutus:
Rex genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
Atra subegit hyems uestris succedere terris:
Nec sydus regione uiæ, littúsue fefellit:
Consilio hanc omnes, animisq; uolentibus urbem
Afferimur, pulsi regnis, quæ maxima quondam

Extremo ueniens Sol aſpiciebat Olympo.
Ab Ioue principum generis, Ioue Dardana pubes
Gaudet auo: rex ipſe Iouis de gente ſuprema
Troius Aeneas tua nos ad limina miſit.
Quanta per Idæos ſæuis effuſa Mycenis
Tempeſtas ierit campos: quibus actus uterq;
Europæ, atq; Aſiæ fatis concurrerit orbis:
Audijt, & ſi quem tellus extrema refuſo
Submouet Oceano, & ſi quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
Diluuio ex illo tot uaſta per æquora uecti
Dijs ſedem exiguam patrijs, littusq; rogamus
Innocuum, & cunctis undamq; auramq; patentẽ.
Ratio petitionis abutili. Non erimus regno indecores, nec ueſtra feretur
Fama leuis, tantiq; aboleſcet gratia facti,
Nec Troiam Anſonios gremio excepiſſe pigebit.
Obteſtatio. Fata per Aeneæ iuro, dextramq; potentem,
Siue fide, ſeu quis bello eſt expertus, & armis.
Abhoneſto Multi nos populi, multæ (ne temne, quòd ultrò
Præferimus manibus uittas, ac uerba precantum)
Et petiere ſibi, & uoluere adiungere gentes.
A neceſſitate. Sed nos fata Deûm ueſtras exquirere terras
Imperijs egêre ſuis: hinc Dardanus ortus,
Huc repetit, iuſsisq; ingentibus urget Apollo
Tyrrhenũ ad Tybrim, et fontis uada ſacra Numici

Dat

Dat tibi præterea fortunæ parua prioris Dona.
Munera, relliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchiſes auro libabat ad aras:
Hoc Priami geſtamen erat, cum iura uocatis
More daret populis: ſceptrumq;, ſacerq; tiaras,
Iliadumq; labor ueſtes.
Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus
Obtutu tenet ora, ſoloq; immobilis hæret,
Intentos uoluens oculos: nec purpura regem
Picta mouet: non ſceptra mouent Priamẽia tantũ,
Quantum in connubio natæ, thalamoq; moratur,
Et ueteris Fauni uoluit ſub pectore ſortem.
Hunc illum fatis externa à ſede profectum
Portendi generum, paribusq; in regna uocarẽ
Auſpicijs: hinc progeniem uirtute futuram
Egregiam, & totum quæ uiribus occupet orbem.
Tandem lætus ait: Dij noſtra incœpta ſecundent, Imprecatio. Alludit ad ſuã cogitatiõnẽ magis, quam ad petitionem Troianorũ
Auguriumq; ſuum, dabitur Troiane quod optas.
Munera nec ſperno, non uobis rege Latino
Diuitis uber agri, Troiæ ũe opulentia deerit.
Ipſe modò Aeneas (noſtri ſi tanta cupido eſt,
Si iungi hoſpitio properat, ſociúsq; uocari)
Adueniat, uultus neũe exhorreſcat amicos. Fides.
Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.
Vos contrà regi mea nũnc mandata referte;

Eſt

Est mihi nata: uiro gentis quam iungere nostræ
Non patrio ex adyto sortes, non plurima cœlo
Monstra sinunt: generos externis affore ab oris,
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum,
Nomen in astra ferant: hunc illum poscere fata
Et reor, & si quid ueri mens augurat, opto.
Equi, regia dona. Hæc effatus, equos numero pater eligit omni,
Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis,
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci,
Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis,
Aurea pectoribus demissa monilia pendent:
Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.
Absenti Aneæ currum, geminosq; iugales
Semine ab ætherio, spiranteis naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos Dædala Circe
Supposita de matre, nothos furata creauit.
Talibus Aeneadæ donis, dictisq; Latini,
Sublimes in equis redeunt: pacemq; reportant.
Ecce autem Inachijs sese referebat ab Argis
Sæua Iouis coniux, auras q; inuecta tenebat:
Et lætum Aeneam, classemq; ex æthere longè
Dardaniam Siculo prospexit ab usq; Pachyno.
Moliri iam tecta uidet: iam fidere terræ,
Deseruisse rates. stetit acri fixa dolore:
Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta:

Heu

Heu stirpem inuisam, & fatis contrariam nostris
Fata Phrygûm, num Sigæis occumbere campis?
Num capti potuere capi? num incensa cremauit
Troia uiros? medias acies, mediosq; per ignes
Inuenêre uiam? at credo, mea numina tandem
Fessa iacent: odijs haud exaturata quieui.
Quin etiam patria excussos infesta per undas
Ausa sequi, & profugis toto me opponere Ponto.
Absumpta in Teucros uires cœliq; marisq;:
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid uasta Charyb-
Profuit? optato conduntur Tybridis alueo (dis
Securi pelagi, atq; mei. Mars perdere gentem
Immanem Lapithûm ualuit, conceßit in iras
Ipse Deûm antiquâ genitor Calydona Dianæ. (te?
Q̃d' scelus aut Lapithis tãtũ, aut Calydone merẽ
Aßt ego magna Iouis coniux, nil linquere inausum,
Quæ potui infelix, quæ memet in omnia uerti,
Vincor ab Aenea, quod si mea numina non sunt
Magna satis: dubitẽ haud eqdẽ implorare qd' usq;
Flectere si nequeo superos, Acherõta mouebo: (est
Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis:
Atq; immota manet fatis Lauinia coniux:
At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus:
At licet amborum populos excindere regum,
Hac gener atq; socer coẽant mercede suorum,

Sangui-

Exclamatio παθητικὴ scilicet frustra sibi peperisse tm̃ laboris, in persequendis Troianis.

Exaggerat ab exẽplis, et a maiori.

Adaptatio.

Ira indignitatis consultrix.

Cõfutatio.

Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere uirgo,
Amplificatio ab historia. Et Bellona manet te pronuba, nec face tantum
Cisseis prægnans igneis enixa iugales.
Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestæq; iterum recidiua in Pergama tedæ.
Hæc ubi dicta dedit, terras horrenda petiuit,
Amplificatio. Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum,
Infernisq; ciet tenebris, cui tristia bella,
Iræq; insidiæq; & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton: odêre sorores
Tartareæ monstrum, tot sese uertit in ora,
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Quam luno his acuit uerbis, ac talia fatur:
Petitio. Hunc mihi da proprium uirgo sata nocte laborẽ,
Hanc operam, ne noster honos, infractaúe cedat
Fama loco, neu connubijs ambire Latinum
Aeneadæ possint, Italós ue obsidere fines.
A facili. Tu potes unanimeis armare in prælia fratres,
Atq; odijs uersare domos, tu uerbera tectis,
Funereasq; inferre faces: tibi nomina mille,
Hortatio. Mille nocendi artes: fœcundum concute pectus,
Disijce compositam pacem, sere crimina belli,
Arma uelit, poscatq; simul, rapiatq; iuuentus.
Exin Gorgoneis Alecto infecta uenenis
Principiò Latium, & Laurentis tecta tyranni
Celsa

Celsa petit, tacitumq; obsedit limen Amatæ.
Quam super aduẽtũ Teucrûm, Turníq; Hymeneis
Fœmineæ ardentem curaq;, iræq; coquebant,
Furia immittit curam. Huic Dea cœruleis unum de crinibus anguem
Conijcit: inq; sinum præcordia ad intima subdit,
Quo furibunda domũ monstro permisceat omnẽ.
Ille inter uestes, & leuia pectora lapsus,
Voluitur attractu nullo, fallitq; furentem,
Vipeream inspirans animam, fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longæ tæna uittæ,
Innectitq; comas, & membris lubricus errat.
Ac dum prima lues udo sublapsa ueneno
Pertentat sensus, atq; ossibus implicat ignem,
Necdum animus toto percepit pectore flammam,
Mollius, & solito matrum de more locuta est,
Multa super nata lachrymans, Phrygijsq; Hymeo
Exulibus ne datur ducẽda Lauinia Teucris (næis:
O genitor? nec te miseret natæq; tuiq;?
Nec matris miseret, quã primo aquilone relinquet
Perfidus, alta petens, abducta uirgine prædo?
At nõ sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor,
Ledæamq; Helenam Troianas uexit ad arces* *Vrbes:
Quid tua sancta fides, quid cura antiqua tuorum,
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis,
Idq;

Idq; sedet, Fauniq; premunt te iussa parentis,
Omnem equidem sceptris terrã, quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, & sic dicere Diuos.
Et Turno, si prima domus reputatur origo,
Inachus, Acrisiusq; patres, mediæq; Mycenæ.
His ubi nequicquam dictis experta, Latinum
Contrà stare uidet, penitusq; in uiscera lapsum
Serpentis furiale malum, totamq; pererrat.
Tum uerò infelix ingentibus excita monstris,
Immensam sine more furit lymphata per urbem:
Ceu quondam torto uolitans sub uerbere turbo
Quem pueri magno in gyro uacua atria circum
Intenti ludo exercent, ille actus habena,
Curuatis fertur spacijs, stupet inscia turba,
Impubisq; manus, mirata uolubile buxum:
Dant animos plagæ. Non cursu segnior illo
Per medias urbeis agitur, populosq; feroces,
Quinetiam in syluas, simulato numine Bacchi,
Maius adorta nefas, maioremq; orsa furorem,
Euolat, & natam frondosis montibus abdit,
Quò thalamum eripiat Teucris, tædasq; moretur:
Euohæ Bacche fremens, solum te uirgine dignum
Vociferans: etenim molleis tibi sumere thyrsos,
Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.
Fama uolat: furijsq; accensas pectore matres,

Bacchanalia nephas uocat propter Romanorũ legem qua cauũ est de Bacchanalibus.

Idem

Idem omnes simul ardor agit: noua quærere tecta,
Deseruere domos, uentis dant colla, comasq;.
Ast aliæ tremulis ululatibus æthera complent:
Pampineasq; gerunt incinctæ pellibus hastas.
Ipsa inter medias flagrantem feruida pinum
Sustinet: ac natæ, Turniq; canit Hymenæos:
Sanguineam torquens aciem, toruumq; repentè
Clamat: ìò matres audite ubi quæq; Latinæ,
Si qua pijs animis manet infelicis Amatæ
Gratia, si iuris materni cura remordet,
Soluite crinales uittas, capite Orgia mecum.
Talem inter syluas, inter deserta ferarum
Regnam Alecto stimulis agit undiq; Bacchi,
Postquam uisa satis primos acuisse furores,
Consiliumq; omnemq; domum uertisse Latini,
Protinus hinc fuscis tristis Dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem
Acrisioneis Danaë fundasse colonis,
Præcipiti delata Noto, locus Ardea quondam
Dictus auis, & nunc magnum manet Ardea nomẽ,
Sed fortuna fuit, tectis hìc Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Alecto toruam faciem, & furialia membra
Exuit: in uultus sese transformat aniles:
Et frontem obscœnam rugis arat, induit albos

Hortatio ab officio.

Ardea colonia Mycenorum.

Cum uitta crines: tum ramum innectit oliuæ:
Fit Calybe Iunonis anus, templiq; sacerdos:
Et iuueni ante oculos his se cum uocibus offert:
Exasperat ab ingratitudine. Turne tot incaßum fusos patiere labores?
Et tua Dardanijs transcribi sceptra colonis?
Propositio. Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes
Abnegat, externusq; in regnum quæritur hæres:
Ironia. I nunc, ingratus offer te irrise periclis:
Tyrrhenas i sterne acies, tege pace Latinos.
Hæc adeo tibi me, placida cùm nocte iacentem,
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iußit.
Consilium. Quare age, & armari pubem, portisq; moueri
Lætus in arma para, & Phrygios, q flumine pul-
Consedere duces, pictasq; exure carinas. (chro
Cœlestum uis magna iubet, rex ipse Latinus,
Nidare coniugium, & dicto parêre fatetur,
Conclusio abhonesto. Sentiat, & tandem Turnum experiatur in armis.
Hic iuuenis uatem irridens, sic orsa uicißim
Ore refert: Claßes inuectas Tybridis undam,
Non, ut rere, meas effugit nuncius aures:
Ne tantos mihi finge metus, nec regia Iuno
Immemor est nostri.
Sed te uicta situ, ueriq; effœta senectus
O mater, curis nequicquam exercet, & arma
Regum inter falsa uatem formidine ludit.

Cura

Cura tibi Diuûm effigies, & templa tueri,
Bella uiri, pacemq; gerant, queis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis exarsit in iras.
At iuueni oranti subitus tremor occupat artus,
Conditio iratorum. Diriguere oculi: tot Erynnis sibilat hydris:
Tantaq; se facies aperit: tum flammea torquens
Lumina, cunctantem, & quærentem dicere plura
Reppulit: & geminos erexit crinibus angueis:
Verberaq; insonuit, rapidoq; hæc addidit ore:
En ego uicta situ, quam ueri effœta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit:
Reficit con tumeliam. Respice ad hæc: adsum dirarum ab sede sororum,
Bella manu, letumq; gero.
Sic effata, facem iuueni coniecit, & atro
Lumine fumanteis fixit sub pectore tedas.
Olli somnum ingens rupit pauor, ossaq; & artus
Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Ira uitiat sanguinem. Arma amens fremit, arma toro, tectisq; requirit:
Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli.
Ira super, magno ueluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni:
Exultantq; æstu latices: furit intus aquai* * Aquæ uis.
Fumidus atq; altè spumis exuberat amnis.
Nec iam se capit unda: uolat uapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem, polluta pace, Latinum

Indicitur bellum.

Indicit primis iuuenum, & iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem,
Se satis ambobus Teucrisq; uenire, Latinisq;:
Hæc ubi dicta dedit, Diuosq; in uota uocauit,
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formæ mouet, atq; iuuentæ
Hunc ataui reges: hunc claris dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto in Teucros Stygijs se concitat alis:
Arte noua speculata locum, quo littore pulcher
Insidijs, cursuq; feras agitabat Iulus.
Hic subitam canibus rabiem Cocytia uirgo
Obijcit, & noto nares contingit odore,

Occasio belli.

Vt ceruum ardentes agerent, quæ prima malorum
Causa fuit, belloq; animos accendit agrestes:
Ceruus erat forma præstanti, & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri, quem matris ab ubere raptum

Quondã ex agris reges uictitabant

Nutribant, Tyrrhusq; pater, cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.
Assuetum imperijs soror omni Syluia curæ
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,
Pectebatq; ferum, puroq; in fonte lauabat,
Ille manum patiens, mensæq; assuetus herili,
Errabat syluis, rursusq; ad limina nota,
Ipse domum sera quamuis se nocte ferebat.

Huno

Hunc procul errantem rapidè uenantis Iuli
Commouêre canes, fluuio cùm fortè secundo
Deflueret, ripaq; æstus uiridante leuaret.
Ipse etiam eximiæ laudis succensus amore
Ascanius, curuo direxit spicula cornu,
Nec dextræ erranti Deus abfuit, actaq; multo
Perq; uterum sonitu, perq; ilia uènit arundo.
Saucius at quadrupedes nota intra tecta refugit,
Successitq; gemens stabilis, questuq; cruentus,
Atq; imploranti similis, tectum omne repleuit.
Syluia prima soror palmis percussa lacertos
Auxilium uocat, & duros conclamat agrestes.
Olli (pestis enim tacitis latet aspera syluis)
Improuisi adsunt, hic torre armatus obusto,
Stipitis hic grauidi nodis, quod cuiq; repertum
Rimanti: telum ira facit, uocat agmina Tyrrhus,
Quadrifidam quercum cuneis ut fortè coactis
Scindebat, rapta spirans immane securi.
At sæuæ è speculis tempus Deanacta nocendi,
Arduã tecta petit, stabuli & de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuq; recuruo
Tartaream intendit uocem, qua protinus omne
Contremuit nemus, et syluæ intonuere profundæ.
Audijt & Triuiæ longè lacus, audijt amnis
Sulfurea Nar albus aqua, fontesq; Velini,

Allúdit ad naturã ceruí.

πάθος.

Cõclamare uerbum est militare.

Furor arma ministrat.

πάθος. Et trepidæ matres preſſere ad pectora natos,
Tum uero ad uocem celeres, qua buccina ſignum
Dira dedit, raptis concurrunt undiq; telis
Indomiti agricolæ, necnon & Troia pubes
Aſcanio auxilium caſtris effundit apertis.
Direxere acies. non iam certamine agreſti
Stipitibus duris agitur, ſudibus ue præuſtis,
Sed ferro ancipiti decernunt: atraq; latè
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus: æraq; fulgent
Cõparatio, qua deſcribit quomodo creuerit tumultus. Sole laceſſita, & lucem ſub nubila iactant.
Fluctus uti primo cœpit cùm albeſcere uento,
Paulatim ſeſe tollit mare, & altius undas
Erigit, inde imò conſurgit ad æthera fundo.
Hic iuuenis primam ante aciem ſtridente ſagitta
Natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almon
Sternitur, hæſit enim ſub gutture uulnus, & udæ
Vocis iter, tenuemq; incluſit ſanguine uitam.
Corpora multa uirum circà: ſeniorq; Galeſus,
Dum paci medium ſe offert, iuſtiſſimus unus
Qui fuit, Auſonijſq; olim ditiſſimus aruis,
Quinq; greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum uertebat aratris.
Atq; ea per campos æquo dum Marte geruntur,
Promiſſi Dea facta potens, ubi ſanguine bellum
Imbuit, & primæ commiſit funera pugnæ,

Deſe-

Deſcrit Heſperiam, & cœli conuexa per auras
Iunonem uictrix affatur uoce ſuperba:
En perfecta tibi bello diſcordia triſti,
Dic in amicitiam coëant, & fœdera iungant. Ironia.
Quãdoquidẽ Auſonio reſperſi ſanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua ſi mihi certa uoluntas,
Finitimas in bella feram rumoribus urbes,
Accendamq; animos inſani Martis amore,
Vndiq; ut auxilio ueniãt, ſpargã arma per agros.
Tum contrà Iuno: Terrorĩ, et fraudis abunde eſt,
Stant belli cauſæ: pugnatur cominus armis.
Quæ fors prima dedit, ſanguis nouus imbuit arma.
Talia connubia, & tales celebrent hymenæos
Egregium Veneris genus, & rex ipſe Latinus.
Te ſuper æthereas errare licentius auras,
Haud pater ipſe uelit ſummi regnator Olympi.
Cede locis, ego ſi qua ſuper fortuna laborum eſt, Ironia.
Ipſa regum, talem dederat Saturnia uocem.
Illa autem attollit ſtridentes anguibus alas,
Cocytiq; petit ſedem, ſupera ardua linquens.
Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Anſancti ualles, denſis hunc frondibus atrum
Vrget utrinq; latus nemoris, medioq; fragoſus Anſanctus in Hyrpinis locus eſt.
Dat ſonitum ſaxis, & torto uertice torrens.

quem qui in trauere, subitò moriuntur.

Hìc ſpecus horrendum, & ſæui ſpiracula Ditis
Monſtrantur, ruptoq; ingens Acheronte uorago
Peſtiferas aperit fauces, quìs condita Erinnys
Inuiſum numen, terras, cœlumq; leuabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bella
Imponit regina manum, ruit omnis in urbem
Paſtorum ex acie numerus, cæſosq; reportant,
Almonem puerum, fœdatiq; ora Galeſi:
Implorantq; Deos, obteſtanturq; Latinum:
Turnus adeſt, medioq; in crimine cædis, & ignis
Terrorem ingeminat: Teucrosq; in regna uocari,
Stirpem admiſceri Phrygiam, ſe limine pelli.
Tum quorũ attonitæ Baccho nemora auia matres
Inſultant thiaſis (neq; enim leue nomen Amatæ)
Vndiq; collecti coëunt, Martemq; fatigant,
Ilicet infandum cuncti contra omnia bellum,
Contra fata Dêum peruerſo numine poſcunt.
Certatim regis circumſtant tecta Latini.

Exemplum ſtudij pacis in principe.

Ille uelut pelagi rupes immota reſiſtit,
Vt pelagi rupes magno ueniente fragore,
Quæ ſeſe, multis circum latrantibus undis,
Mole tenet, ſcopuli nequicquam, & ſpumea circũ
Saxa fremunt, lateriq; illiſa refunditur alga.
Verum ubi nulla datur cæcum exuperare poteſtas
Conſilium, & ſæuæ nutu Iunonis eunt res,

Multa

Multa deos, auraſque pater teſtatus inanes:
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurq; procella,
Ipſi has ſacrilego pendetis ſanguine pœnas
Omiſeri, te Turne neſas, te triſte manebit
Supplicium, uotiſque Deos uenerabere ſeris.
Nam mihi parta quies, omnisq; in limine portus,
Funere felici ſpolior, nec plura locutus,
Sepſit ſe tectis, rerumq; reliquit habenas.
Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus urbes
Albanæ coluere ſacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cùm prima mouent in prælia Martẽ,
Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum,
Hircanis úe, Arabis úe parant, ſeu tẽdere ad Indos
Auroramque ſequi, Parthoſque repoſcere ſigna,
Sunt geminæ belli portæ (ſic nomine dicunt)
Religione ſacræ, & ſæui formidine Martis.
Centum ærei claudunt uectes, æternaq; ferri
Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Ianus,
Has, ubi certa ſedet patribus ſententia pugnæ,
Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino
Inſignis, reſerat ſtridentia limina Conſul,
Ipſe uocat pugnas, ſequitur tum cætera pubes,
Aereaque aſſenſu conſpirant cornua rauco.
Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, triſteiſque recludere portas.

Latinus bellum diſſuadet. Vaticinium

Indicat quã late imperauerint Romani.

Ianus bifrõs & quadrifrons.

Abstinuit tactu pater, auersusque refugit
Fœda ministeria, & cæcis se condidit umbris.
Tum regina Deûm cœlo delapsa, morantes
Impulit ipsa manu portas, & cardine uerso
Belli ferratos rupit Saturnia postes.
Ardet inexcîta Ausonia, atq; immobilis antè.
Pars pedes ire parat campis, pars arduus alis
Puluerulentus equis furit, omnes arma requirunt.
Pars leueis clypeos, & spicula lucida tergunt
Aruina pingui, subiguntq; in cote secures.
Signaq; ferre iuuat, sonitusq; audire tubarum.
Quinq; adeo magnæ positis incudibus urbes
Tela nouant, Atina potens, Tyburq; superbum,
Ardea, Crustumerique, & turrigeræ Antemnæ,
Tegmina tuta cauant capitũ, flectuntque salignas
Vmbonum crates: alij thoracas ahenos,
Aut leueis ocreas lento ducunt argento.
Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor, recoquunt patrios fornacibus enses
Classica iamque sonant, it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit, ille frementeis
Ad iuga cogit equos, clypeumq;, auroq; trilicem
Loricam induitur, fidoque accingitur ense.
Pandite nunc Helicona Deæ, cantusq; mouete,
Qui bello exciti reges, quæ quenq; secutæ

Vulgus accendebatur cũ uidisset portas sua sponte aperiri.

Deseruntur agri cura bellorum.

Inuocatio.

Com-

Complerint campos acies, quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma uiris, quibus arserit armis.
Et meministis enim Diuæ, & memorare potestis,
Ad nos uix tenuis famæ perlabitur aura.
Primus init bellum Thyrrhenis asper ab oris
Contemptor diuûm Mezentius, agminaq; armat.
Filius huic iuxtà Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lausus equûm domitor, debellatorque ferarum,
Ducit Agillina, nequicquam ex urbe secutos
Mille uiros, dignus patrijs qui lætior esset
Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum,
Victoresq; ostentat equos, satus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus, clypeoq; insigne paternum
Centum angues, cinctãq; gerit serpentibus hydrã.
Collis Auentini sylua, quem Rhea sacerdos
Furtiuum partu sub luminis edidit oras,
Mista Deo mulier, postquam Laurentia uictor
Geryone extincto, Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberas.
Pila manu sæuosque gerunt in bella dolones,
Et tereti pugnant mucrone, ueruq; sabello.
Ipse pedes tegmen torquens immane leonis,
Terribili impexum seta, cum dentibus albis

Catalogus ducum, qui Turnum secuti sunt.

Quã ut raperetur in hoc bellũ, quo perijt.

Indutus

Indutus capiti: sic regia tecta subibat
Horridus, Herculeoq; humeros innexus amictu.
Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillusque, acerque Coras, Argiua iuuentus,
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur,
Montes Thessaliæ. Ceu duo nubiginæ, cùm uertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Homolen, Othrynq; niuali
Linquentes, cursu rapido dat euntibus ingens
Sylua locum, & magno cedunt uirgulta fragore.
Nec Prænestinæ fundator defuit urbis,
Vulcano genitum, pecora inter agrestia regem,
Inuentumque focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus, huc legio latè comitatur agrestis,
Quiq; altum Præneste uiri, quiq; arua Gabinæ
Iunonis, gelidumque Anienem, & rosida riuis
Hernica saxa colunt, quos diues Anagnia pascit,
Amasenus fluuius Campaniæ. Quos Amasene pater, non illis omnibus arma,
Nec clypei, currus ue sonant, pars maxima glandes
Liuentis plumbi spargit, pars spicula gestat
Bina manu, fuluosque lupi de pelle galeros
Tegmen habet capiti, uestigia nuda sinistri
Messapus peculiari fato tutus erat a ferro. Instituere pedis, crudus tegit altera pero.
At Messapus equûm domitor Neptunia proles,
Quem neq; fas igni cuiquam, nec sternere ferro,

Iampri-

Iampridem resides populos, desuetaque bello
Agmina in arma uocat subitò, ferrumq; retractat.
Hi Fescenninas acies, æquosque Falisco, Campaniæ urbes.
Hi Soractis habent arces, Flauiniaque arua,
Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.
Ibant æquati numero, regemque canebant. Ritus ouantium.
Ceu quondam niuei liquida inter nubila Cygni,
Cum sese è pastu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longè
Pulsa palus.
Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet, aëriam, sed gurgite ab alto
Vrgeri uolucrum raucarum ad littora nubem.
Ecce Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agens Clausus, magniq; ipse agmnis instar,
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens
Per Latiũ, postquã in partẽ data Roma Sabinis.
Vnà ingens Amiterna cohors, prisciq; Quirites,
Ereti manus omnis, oliui feræque Mutuscæ,
Qui Nomentum urbem, qui rosea rura Velini,
Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq; Seuerũ,
Casperiamq; colunt, Forulosq;, & flumẽ Himellæ,
Qui Tyberim, Fabarimq; bibũt, quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini, Vbi Galli Romanos uicerunt.
Quosq; secans infaustum interluit Allia nomen.

Quàm

Quàm multi Libyco uoluuntur marmore fluctus,
Sæuus ubi Orion hibernis conditur undis,
Vel cùm Sole nouo denſæ torrentur ariſtæ,
Aut Hermi campo, aut Lyciæ flauentibus aruis.
Scuta ſonant, pulſuque pedum tremit excita tellus,
Hinc Agamemnonius Troiani nominis hoſtis
Curru iungit Haleſus equos, Turnoque feroces
Mille rapit populos, uertunt felicia Baccho
Maßica qui raſtris, & quos de collibus altis
Aurunci miſere patres, Sidicinaque iuxta
Aequora, quiq; Cales linquunt, amniſque uadoſi
Accola Vulturni, pariterque Saticulus aſper,
Oſcorumque manus, teretes ſunt aclides illis
Tela, ſed hæc lento mos eſt aptare flagello,
Læuas cetra tegit, falcati comminus enſes.
Nec tu carminibus noſtris indictus abibis
Oebale, quem generaſſe Telon Sebethide nymphæ
Fertur, Theleboum Capreas cùm regna teneret
Iam ſenior, patrijs ſed non & filius aruis
Contentus, latè iam tum ditione premebat
Saraſteis populos, & quæ rigat æquora Sarnus,
Quiq; Rufras, Batulũq; tenẽt, atq; arua Celennæ,
Et quos maliferæ deſpectant mœnia Bellæ
Teutonico ritu ſoliti torquere cateias,
Tegmina queis capitum raptus de ſubere cortex,

Aclides telæ, quæ uulneribus facilis, retrahuntur.

Cetra, ſcutum Hiſpanium,

Aera-

Aeratæque micant peltæ, micat æreus enſis.
Et te montoſæ miſere in prælia Nurſæ
Vfens, inſignem fama & felicibus armis.
Horrida præcipuè cui gens, aſſuetaq; multo
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis,
Armati terram exercent, ſemperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.
Quin & Marrubia uenit de gente ſacerdos
Fronde ſuper galeam, & felici comptus oliua,
Archippi regis miſſu fortiſſimus Vmbro,
Vipereo generi, & grauiter ſpirantibus hydris,
Spargere qui ſomnos cantuque, manuque ſolebat,
Mulcebatque iras, & morſus arte leuabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Eualuit, neq; cum iuuêre in uulnera cantus
Somniferi, & Marſis quæſitæ in montibus herbæ.
Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda,
Te liquidi fleuere lacus,
Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius, inſignem quem mater Aritia miſit,
Eductum Aegeriæ lucis, Hymetia circum
Littora, pinguis ubi, & placabilis ara Dianæ.
Nanq; ferunt fama Hippolytũ, poſtq̃ arte nouercæ
Occiderit, patriasq; explerit ſanguine pœnas,
Turbatus diſtractus equis, ad ſydera rurſus

Alludit ad hiſtoriam Marſorum quibus fuit natiua quædam uis cõtra uenena.

Hippolytus reſtitutus uitæ, ab Aeſculapio Apollinis filio, cuius operam Diana conduxerat.

Aethe-

Aetheria, & ſuperas cœli ueniſſe ſub auras,
Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.
Tũ pater omnipotẽs, aliquẽ indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere uitæ,
Ipſe repertorem medicinæ talis, & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad undas.
At Triuia Hippolytum ſecretis alma recondit
Sedibus, & nymphæ Aegeriæ, nemorique relegat,
Solus ubi in ſyluis Italis, ignobilis æuum
Exigeret, uerſoque ubi nomine Virbius eſſet.
Vnde etiam Triuiæ templo, luciſque ſacratis
Cornipedes arcentur equi, quòd littore currum,
Et iuuenem monſtris pauidi effundêre marinis.
Filius ardenteis haud ſecius æquore campi
Exercebat equos, curruque in bella ruebat.
Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto uertice ſupra eſt.
Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram
Suſtinet, Aetnæos efflantem faucibus igneis.
Tã magis illa fremens, & triſtibus effera flammis,
Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.
At leuem clypeum ſublatis cornibus ìò
Auro inſignibat, iam ſetis obſita, iam bos,
Argumentum ingens, & cuſtos uirginis Argus,
Cælataq; amnem fundens pater Inachus urna.

Affingit Argiua arma Turno, ut ſignificet Argiuum fuiſſe.

Inſe-

Inſequitur nimbus peditum, clypeataq; totis
Agmina denſantur campis, Argiuaq; pubes,
Auruncæque manus, Rutuli, ueteresq; Sicani,
Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici,
Qui ſaltus Tyberine tuos, ſacrumq; Numici
Littus arant, Rutulosq; exercent uomere colles,
Circæumq; iugum, queis Iuppiter Anxurus aruis
Præſidet, & uiridi gaudens Feronia luco,
Quâ ſaturæ iacet atra palus, gelidusq; per imas
Quærit iter ualles, atq; in mare conditur Vfens.
Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florenteis ære cateruas
Bellatrix: non illa colo, calathiſue Mineruæ
Fœmineas aſſueta manus: ſed prælia uirgo
Dura pati, curſuq; pedum præuertere uentos.
Illa uel intactæ ſegetis per ſumma uolaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas,
Vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Illam omnis tectis, agriſque effuſa iuuentus,
Turbaq; miratur matrum, & proſpectat euntem,
Attonitis inhians animis, ut regius oſtro
Velet honos leueis humeros, ut fibula crinem
Auro internectat, Lyciam ut gerat ipſa pharetrã,
Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum.

Dea nemoris & meretorum.

PVB. VERGILII MARONIS Aeneidos liber Octauus.

ARGVMENTVM.

Hospitis Euandri regnum, & noua prælia Caci Octauus canit, & Mulciber arma tua.

VT belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu,
Vtq; acreis concußit equos, utq; impulit arma,
Extemplò turbati animi, simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium, sæuitq; iuuentus
Effera: ductores primi Mesapus, & Vfens,
Contemptorq; Deûm Mezentius, undiq; cogunt
Auxilia, & latos uastant cultoribus agros.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium, & Latio consistere Teucros
Aduectum Aeneam claßi, uictosque Penates
Inferre, & fatis regem se dicere posci,
Edoceat, multasq; uiro se adiungere gentes
Dardanio, & latè Latio increbrescere nomen.
Quid struat his cœptis: quem si fortuna sequatur,
Euentum pugnæ cupiat, manifestius ipsi,
Quàm Turno regi, aut regi apparere Latino.

πάθος per reiectionē, Significat

Talia

Talia per Latium, quæ Laomedontius heros
Cuncta uidens, magno curarum fluctuat æstu,
Atq; animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc,
In partesq; rapit uarias, perq; omnia uersat.
Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ,
Omnia peruolitat latè loca iamque sub auras
Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti.
Nox erat, & terras animalia fessa per omneis,
Alituum, pecudumq; genus sopor altus habebat,
Cùm pater in ripa, gelidique sub ætheris axe
Aeneas tristi turbatus pectora bello,
Procubuit, seramque dedit per membra quietem.
Huic deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno,
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus: eum tenuis glauco uelabat amictu
Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.
Tum sic affari, & curas his demere dictis:
O sate gente deûm, Troianam ex hostibus urbem
Qui reuehis nobis, æternaque Pergama seruas,
Expectate solo Laurenti, aruisq; Latinis,
Hîc tibi certa domus, certi (ne absiste) Penates,
Neu belli terrêre minis, timor omnis, & iræ,
Concessere Deum.
Iamq; tibi, ne uana putes hæc fingere somnum.

eñ se relinquere amplius cogitationi illius quam quod uerbis dici posset.

Cõfirmatio

Signum ab Heleno præmonstratũ.

Littoreis ingens inuenta sub ilicibus sus,
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit
Alba solo recubans, albi circum ubera nati.

Origo Albanæ urbis, pe nes quã fuit imperiũ, id eo uocat eã requiẽ certã laborum.

Hîc locus urbis erit, requies ea certa laborum,
Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis,
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano: nunc qua ratione, quod instat,
Expedias uictor, paucis, aduerte, docebo:
Arcades his oris, genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,
Delegêre locum, & posuere in montibus urbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.
Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina,
Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge.

A facili.

Ipse ego te ripis, & recto flumine ducam,
Aduersum remis superes subuectus ut amnem.
Surge agè nate dea, primisq; cadentibus astris
Iunoni fer ritè preces, iramque minasque
Supplicibus supera uotis, mihi uictor honorem
Persolues: ego sum pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, & pinguia culta secantem,
Cœruleus Tybris, cœlo gratissimus amnis,
Hìc mihi magna domus celsis caput urbibus exit.
Dixit: deinde lacu fluuius se condidit alto
Ima petens, nox Aeneam somnusq; reliquit.

Surgit,

Surgit, & ætherei spectans orientia solis
Lumina, ritè cauis undam de flumine palmis
Sustulit, ac tales effudit ad æthera uoces: (est:

Nymphæ Laurẽtes, nymphæ, genus amnibus unde
Tuq; ò Tybri, tu ò genitor cum flumine sancto,
Accipite Aeneam, & tandem arcete periclis.
Quo te cunq; lacus, miserantem incommoda nostra
Fonte tenet, quocunq; solo pulcherrimus exis.
Semper honore meo, semper celebrabere donis,
Corniger hesperidum fluuius regnator aquarum.
Adsis ò tandem, & propius tua numina firmes.
Sic memorat, geminasque legit de classe biremes,
Remigioq; aptat, socios simul instruit armis.
Ecce autem subitum, atq; oculis mirabile monstrũ:
Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit, uiridiq; in littore conspicitur sus,
Quam pius Aeneas, tibi enim, tibi maxima Iuno
Mactat sacra ferens, & cum grege sistit ad arã.
Tybris ea fluuium, quàm longa est, nocte tumentẽ
Lenijt, & tacita refluens ita substitit unda,
Mitis ut in morem stagni, placidæq; paludis
Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abesset.
Ergo iter inceptum celeraut rumore secundo,
Labitur uncta uadis abies, mirantur & undæ,
Miratur nemus insuetum fulgentia longè

Precatio Aeneæ.

Indicium compertum

Fictio.

Scuta uirûm fluuio, pictasque innare carinas.
Olli remigio noctemque, diemque fatigant,
Et longos superant flexus, uariisq; teguntur
Arboribus, uiridesq; secãt placido æquore syluas.
Sol medium cœli conscenderat igneus orbem,
Cùm muros, arcemq; procul, & rara domorum
Tecta uident, quæ nunc Romana potentia cœlo
Æquauit, tum res inopes Euandrus habebat.
Ocyus aduertunt proras, urbique propinquant.
Fortè die solennem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadæ magno, diuisque ferebat
Ante urbem in luco. Pallas huic filius unà,
Vnà omnes iuuenum primi, pauperque senatus,
Thura dabant, tepidusq; cruor fumabat ad aras.
Vt celsas uidere rates, atq; inter opacum
Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis,
Terrentur uisu subito, cunctique relictis
Consurgunt mensis: audax quos rumpere Pallas
Sacra uetat, raptoque uolat telo obuius ipse,
Et procul è tumulo: Iuuenes quæ causa subegit
Ignotas tentare uias? quò tenditis? inquit,
Qui genus? unde domo? pacẽ ne huc fertis, an arma?
Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta,
Pacifer æque manu ramum prætendit oliuæ:
Troiugenas, ac tela uides inimica Latinis,

Sacra Herculis.

Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus, ferte hæc, & dicite: lectos
Dardaniæ uenisse duces, socia arma rogantes.
Obstupuit tanto perculsus nomine Pallas,
Egredere ò quicunq; es, ait: coramq; parentem
Alloquere, ac nostris succede penatibus hospes.
Accepitque manu, dextramque amplexus inhæsit.
Progressi subeunt luco, fluuiumq; relinquunt.
Tum regem Aeneas dictis affatur amicis:
Optime Graiugenûm, cui me fortuna precari
Et uitta comptos uoluit prætendere ramos.
Non equidẽ extimui, Danaum q. ductor, & Arcas
Quòd à stirpe fores geminis coniunctus Atridis,
Sed mea me uirtus, & sancta oracula diuûm
Cognatique patres, tua terris dedita fama,
Coniunxere tibi & fatis egere uolentem.
Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & autor,
Electra (ut Graij perhibent) Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros, Electram maximus Atlas
Edidit, ætherios humero qui sustinet orbes.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllene gelido conceptum uertice fudit.
At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui sydera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.

Occupatio. cur cũ Troianus sit, ueniat tamen supplex ad Græcum.

Alludit ad historiã & cõditionẽ situs Atlantis montis.

Afiducia. His fretus, non legatos, neq; prima per artem
Tentamenta tui pepegi: meme ipse, meumq;
Obieci caput, & supplex ad limina uêni,
Gens eadem, quæ te, crudeli Daunia bello
Insequitur, nos si pellant, nihil abfore credunt,
Quin omnẽ Hesperiã penitus sua sub iuga mittãt,
Et mare, quod suprà, teneant, quodq; alluit infrà.
Accipe, daq; fidem: sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata iuuentus.
Dixerat Aeneas: ille os, oculosq; loquentis
Iamdudum & totum lustrabat lumine corpus.
Tunc sic pauca refert: Vt te fortissime Teucrum
Exordium ab affectu. Accipio, agnoscoq; libens, ut uerba parentis,
Et uocem Anchisæ magni, uultumq; recordor.
Explicatio affectus. Nam memini Hesiones uisentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum Salamina petentem,
Protinus Arcadiæ gelidos inuisere fines.
Tum mihi prima genas uestibat flore iuuenta.
Mirabarq; duces Teucros, mirabar & ipsum
Laomedontiaden, sed cunctis altior ibat
πάθος. Anchises: mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare uirũ, & dextræ coniungere dextrã.
Accessi, & cupidus Phenei sub mœnia duxi.
Ille mihi insignem pharetram, Lycias q; sagittas
Discedens, chlamydemque auro dedit intertextã,

Frenaq;

Frenaq; bina, meus quæ nunc habet aurea Pallas.
Ergò, et quã petitis, iũcta est mihi fœdere dextra, Pollicitatio
Et lux cum primùm terris se crastina reddet,
Auxilio lætos dimittam, opibusq; iuuabo.
Interea sacra hæc (quando huc uenistis amici)
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes
Nobiscum, & iam nunc sociorũ assuescite mensis.
Hæc ubi dicta, dapes iubet, & sublata reponi
Pocula, gramineoq; uiros locat ipse sedili.
Præcipuumq; toro, & uillosi pelle leonis
Accipit Aeneam, solioq; inuitat acerno.
Tum lecti iuuenes certatim, aræq; sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum: onerantq; canistris Lustralia exta.
Dona laboratæ Cereris, Bacchumq; ministrant.
Vescitur Aeneas simul, & Troiana iuuentus,
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.
Postquam exẽpta fames, et amor cõpressus edendi,
Rex Euandrus ait: non hæc solennia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram,
Vana superstitio, ueterúmue ignara Deorum
Imposuit: sæuis hospes Troiane periclis
Seruati facimus, meritosq; nouamus honores.
Iam primùm, saxis suspensam hanc aspice rupem:
Disiectæ procul ut moles, desertaq; montis
Stat domus, & scopuli ingentem traxere ruinam.

Hîc spelunca fuit uasto submota recessu,
Fabula Ca: S. Semihominis Caci, facies quam dira tegebat,
Solis inaccessam radijs semperq; recenti
Cæde tepebat humus, foribusq; affixa superbis
Ora uirum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Vulcauus erat pater, illius atros
Ore uomens ignes, magna se mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentumq; Dei: nam maximus ultor
Tergemini nece Geryonis, spolijsq; superbus
Alcides aderat, taurosq; hâc uictor agebat
Ingentes, uallemq; boues, amnemq; tenebant.
At furijs Caci mens effera, ne quid inausum,
Aut intentatum, scelerisúe doliúe fuisset:
Quatuor à stabulis præstanti corpore tauros
Auertit, totidem forma superante iuuencas.
Atq; hos, ne qua forent pedibus uestigia rectis,
Cauda in speluncam tractos, uersisq; uiarum
Indicijs raptos, saxo occultabat opaco.
Quærentem nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea cùm iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta, abitumq; pararet.
Discessu mugire boues, atq; omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
Reddidit unà boum uocem, uastoq; sub antro

Mugijt.

Mugijt, & Caci spem custodita fefellit.
Hîc uerò Alcidæ furijs exarserat atro
Felle dolor: rapit arma manu, nodisq; grauatum
Robur, & aërij cursu petit ardua montis.
Tum primùm nostri Cacum uidêre timentem,
Turbatumq; oculis: fugit ilicet ocyor Euro,
Speluncamq; petit, pedibus timor addidit alas.
Vt sese inclusit, ruptisq; immane catenis
Deiecit saxum, ferro quod & arte paterna
Pendebat, fultosq; emunijt obice postes.
Ecce furens animis aderat Tirynthius, omnemq;
Accessum lustrans, huc ora ferebat, & illuc,
Dentibus infrendens: ter totum feruidus ira
Lustrat Auentini montem, ter saxea tentat
Lumina nequicquam: ter fessus ualle resedit.
Stabat acuta silex, præcisis undiq; saxis,
Speluncæ dorso insurgens, altissima uisu,
Dirarum nidis domus opportuna uolucrum.
Hanc, ut prona iugo læuum incumbebat ad amnem
Dexter in aduersum nitens concussit, & imis
Auulsam soluit radicibus, inde repentè
Impulit: impulsu quo maximus insonat æther.
Dissultant ripæ, refluitq; exterritus amnis.
At specus, & Caci detecta apparuit ingens
Regia, & umbrosæ penitus patuere cauernæ,

Vim iracundiæ tribuũt medici felli

πάθος.

Vt bubonũ strigum.

ὑπερβολὴ

Non

Comparatio qua extollitur res.

Non secus, ac si qua penitus ui terra debiscens
Infernas reseret sedes, & regna recludat
Pallida, Dijs inuisa, superq; immane Barathrum
Cernatur, trepident immisso lumine manes.
Ergo insperata deprensum in luce repentè,
Inclusumq; cauo saxo, atq; insueta rudentem
Desuper Alcides telis premit, omniaq; arma
Aduocat, & ramis, uastisq; molaribus instat.
Ille aũt (neq; enim fuga iam super ulla pericli est)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit, inuoluitq; domum caligine cæca,
Prospectum eripiens oculis, glomeratq; sub antro
Fumiferam noctem, commistis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, seq; ipse per ignem
Præcipiti iecit saltu, quâ plurimus undam
Fumus agit, nebulaq; ingens specus æstuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia uana uomentem
Corripit in nodum complexus: & angit inhærens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra reuulsis,
Abstractæq; boues, abiuratæq; rapinæ
Cœlo ostenduntur: pedibusq; informe cadauer
Protrahitur, nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos, uultum, uillosaq; setis
Pectora semiferi, atq; extinctos faucibus ignes.

Ex ille

Ex illo celebratus honos, lætiq; minores
Seruauere diem, primusq; Potitius autor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri,
Hanc aram luco statuit: quæ maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agitè ô iuuenes, tantarum in munere laudũ.
Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communemq; uocate Deum, et date uina uolentes.
Dixerat: Herculea bicolor cùm populus umbra
Velauitq; comas, foliisq; innexa pependit,
Et sacer impleuit dextram scyphus: ocius omnes
In mensam læti libant, diuosq; precantur.
Deuexo interea propior fit uesper Olympo,
Iamq; sacerdotes, primusq; Potitius ibant,
Pellibus in morem cincti, flammasq; gerebant.
Instaurant epulas: & mensæ grata secundæ
Dona ferunt, cumulantq; oneratis lancibus aras.
Tum Salij ad cantus, incensa altaria circum
Populeis adsunt euincti tempora ramis,
Hic iuuenum chorus, ille senũ, qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt: ut prima nouercæ
Monstra manu, geminosq; premens eliserit angues
Vt bello egregias idem disiecerit urbeis,
Troiamq;, Oechaliamq; ut duros mille labores
Rege sub Euristheo fatis iunonis iniquæ,

Potitij et Pinarij Hercu lis sacrificu li.

Mõstra domita ab Hercule.

Pertu

Pertulerit, tu nubigenas inuicte bimembres
Hyleumq́; Pholumq́; manu, tu Creßia mactas
Prodigia, & uastum Nemeæ sub rupe leonem.
Te Stygij tremuere lacus, te ianitor orci,
Ossa super recubans antro semesa cruento.
Nec te ullæ facies, non terruit ipse Typhoëus
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circumstetit anguis.
Salue uera Iouis proles, decus addite diuis,
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant, super omnia Caci
Speluncam adijciunt, spirantemq́; ignibus ipsum:
Consonat omne nemus strepitu, collesq́; resultant.
Exin se cuncti diuinis rebus ab urbem
Perfectis referunt, ibat rex obsitus æuo,
Et comitem Aeneam iuxtà, natumq́; tenebat
Ingrediens, uarioq́; uiam sermone leuabat.
Miratur, facilesq́; oculos fert omnia circum
Aeneas, capiturq́; locis, & singula lætus
Exquiritq́;, auditq́; uirûm monimenta priorum:
Tum rex Euandrus, Romanæ conditor arcis:
Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq́; tenebãt,
Gensq́; uirûm truncis, & duro robore nata,
Queis neq; mos, neq; cultus erat, nec iũgere tauros
Aut componere opes norant, aut parcere parto,

Sed

Sed rami, atq; asper uictu uenatus alebat.
Primus ab æthereo ûenit Saturnus olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis,
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis
Composuit: legesq́; dedit, Latiumq́; uocari
Maluit: his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaq́; (ut perhibent) illo sub rege fuere
Secula: sic placida populos in pace regebat,
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor succeßit habendi.
Tum manus Ausoniæ, & gentes uenère Sicanæ,
Sæpius & nomen posuit Saturnia tellus.
Tum reges asperq́; immani corpore Tybris,
A quo pòst Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus, amisit uerum uetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagiq́; extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum
His posuere locis, matrisq́; egêre tremenda
Carmentis nymphæ monita, et Deus autor Apollo:
Vix ea dicta: dehinc progressus, monstrat & arã,
Et Carmentalem Romano nomine portam.
Quã memorãt nymphæ priscũ Carmentis honorẽ
Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros
Aeneadas magnos, & nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylũ

Rettu-

Mirũ cur Ianum præterierit, qui tamen ante Saturnum regnauit, & primus Italiam formauit legibus & bonis institutis.

Retulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.
Necnon & sacri monstrat nemus Argileti:
Testaturq; locum, & letum docet hospitis Arg.
Hinc ad Tarpeiam sedem: & Capitolia ducit
Aurea nunc, olim syluestribus horrida dumis,
Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes
πάθος. Dira loci: iam tum syluam, saxumq; tremebant.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso uertice collem,
(Quis Deus incertum est) habitat Deus. Arcades
Credunt se uidisse Iouẽ, cùm sæpe nigrantẽ (ipsum
Aegida concuteret dextra, nymbosq; cieret.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris,
Relliquias, ueterumq; uides monimenta uirorum,
Ianiculũ & Saturnia. Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbẽ,
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis, ad tecta subibant
Pauperis Euandri, passimq; armenta uidebant,
In eo loco, ubi quondã fuerunt lautæ carinæ: Romanoq; foro, & lautis mugire carinis,
Vt uentum ad sedes: hæc, inquit, limina uictor
Alcides subijt, hæc illum regia cepit:
Aude hospes contemnere opes, & te quoq; dignum
Finge Deo: rebusq; ueni non asper egenis.
Dixit: & angusti subter fastigia tecti
Ingentem Aeneam duxit, stratisq; locauit,

Efful-

Effultum foliis, & pelle Libystidis ursæ.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo nequicquã exterrita mater,
Laurentumq; minis, & duro mota tumultu,
Vulcanũ alloquitur, thalamoq; hæc cõiugis aureo
Incipit, & dictis diuinum aspirat amorem:
Dum bello Argolici uastabant Pergama reges
Debita, casurasq; inimicis ignibus arces,
Non ullum auxilium miseris, non arma rogauĩ
Artis, opisq; tuæ, nec te charissime coniux,
Incassumue tuos uolui exercere labores.
Quamuis & Priami deberem plurima natis,
Et durum Aeneæ fleuissem sæpe laborem.
Nunc Iouis imperijs Rutulorum constitit oris,
Ergo eadem supplex uenio, & sanctum mihi numẽ
Arma rogo genitrix nato: te filia Nerei,
Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniux,
Aspice qui coëant populi, quæ mœnia clausis
Ferrum acuant portis, in me, excidiumq; meorum.
Dixerat, & niueis hinc atq; hinc diua lacertis
Cunctantem amplexu molli fouet, ille repentè
Accepit solitam flammam, notusq; medullas
Intrauit calor, & labefacta per ossa cucurrit.
Non secus, atq; olim tonitru cum rupta corusco Cõparatio.
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos

Senſit læta dolis, & formæ conſcia coniux:
Insinuatio. Tum pater æterno fatur deuictus amore:
Quid cauſas petis ex alto? fiducia ceßit
Quò tibi diua mei? ſimilis ſi cura fuiſſet,
Tum quoq; fas nobis Teucros armare fuiſſet,
Nec pater omnipotens Troiam, nec fata uetabant
Stare, decemq; alios Priamũ ſupereſſe per annos.
Et nunc ſi bellare paras, atq; hæc tibi mens eſt,
Quicquid in arte mea poſſum promittere curæ:
Quod fieri ferro, liquidóue poteſt electro,
Quantum ignes, animæq; ualent: abſiſte precando
Viribus indubitare tuis. ea uerba locutus,
Optatos dedit amplexus, placidumq; petiuit,
Coniugis infuſus gremio, per membra ſoporem:
Inde ubi prima quies medio iam noctis abactæ
Curriculo expulerat ſomnum: ceu fœmina primũ,
Cui tolerare colo uitam, tenuiq; Minerua,
Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes,
Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo
Exercet penſo, caſtum ut ſeruare cubile
Coniugis, & poßit paruos educere natos.
Haud ſecus ignipotens, nec tempore ſegnior ullo
Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit,
Vulcania, inter Siciliã, & Liparem Inſula Sicanium iuxta latus, Aeoliamq;
Erigitur Liparem, fumantibus ardua ſaxis,

Quam

Quam ſubter ſpecus, & Cyclopum exeſa caminis
Antra Aetnæa tonant, ualidiq; incudibus ictus
Auditi reſerunt gemitum, ſtridunt q; cauernis
Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat,
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hòc *tunc ignipotens cœlo deſcendit ab alto,
Ferrum exercebant uaſto Cyclopes in antro,
Brontesq;, Steropesq;, & nudus mẽbra Pyracmõ
His informatum manibus, iam parte polita
Fulmen erat, toto genitor quæ plurima cœlo
Deijcit in terras, pars imperfecta manebat.
Treis imbris torti radios, treis nubis aquoſæ
Addiderant, rutuli treis ignes & alitis auſtri.
Fulgores nunc terrificos, ſonitumq;, metumq;
Miſcebant operi, flammisq; ſequacibus iras.
Parte alia Marti currumq;, rotasq; uolucres
Inſtabant, quibus ille uiros, quibus excitat urbes,
Aegidaq; horrificam, turbatæ Palladis arma
Certatim ſquamis ſerpentum, auroq; polibant,
Connexosq; angueis, ipſamq; in pectora Diuæ
Gorgona deſecto uertentem lumina collo.
Tollite cuncta, inquit, cœptosq; auferte labores
Aetnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem.
Arma acri facienda uiro, nunc uiribus uſus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magiſtra,

* Hoc pro huc.

βροντὴ tonitru.

στεροπὴ, fulgur ab ictu ignis.

Fulmina omniũ temporum ex humido, & calido.

Sapientia clypeus.

Præcipitate moras, nec plura effatus: at illæ
Ocyus incubuere omnes, pariterq; laborem
Sortiti: fluit æs riuis, auriq; metallum
Vulnificusque chalybs uasta fornace liquescit.
Ingentem clypeum informant, unũ omnia contrã
Tela Latinorum, septenosque orbibus orbes
Impediunt, alij uentosis follibus auras
Accipiunt, reddunt q;, alij stridentia tingunt
Aera lacu, gemit impositis incudibus antrum.
Illi inter sese multa ui brachia tollunt
In numerum, uersant q; tenaci forcipe massam.
Hæc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini uolucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior, tunicaq; inducitur artus.
Regius mos. Et Tyrrhena pedum circundat uincula plantis.
Tum lateri, atq; humeris Tegæum subligat ensem
Demissa ab læua pantheræ terga retorquens.
Nec non & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressumq; canes comitantur herilem.
Hospitis Aeneæ sedem, & secreta petebat,
Sermonum memor, & promissi muneris heros.
Nec minus Aeneas se matutinus agebat.
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates.
Congressi iungunt dextras, medijsq; residunt

Aedi-

Aedibus, & licito tandem sermone fruuntur,
Rex prior hæc:
Exordium, quo spem inijcit Aeneæ. Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquã
Res equidem Troiæ uictas, aut regna fatebor,
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguæ uires, hinc Thusco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, & murũ circũsonat armis.
Sed tibi ego ingentes populos, opulentaq; regnis
Iungere castra paro, quam fors inopina sa uiem
Ostentat, satis huc te poscentibus affers.
Haud procul hinc saxo incolitur fundata uetusto
Narratio, seu deliberatio, quo modo bellũ sit suscipiendũ. Vrbis Agillinæ sedes, ubi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis insedit Hetruscis.
Hanc multos florentẽ annos, rex deinde superbo
Imperio, & sæuis tenuit Mezentius armis.
Quid memorẽ infandas cædes, quid facta tyranni
Effera? Dij capitii ipsius, generiq; reseruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora uiuis,
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora,
Crudelitas Mezentij. Tormenti genus, & sanie, taboq; fluenteis
Complexu in misero, longa sic morte necabat.
At fessi tandem ciues, infanda furentem
Armati circunsistunt ipsumq;, domumq;,
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille inter cædes Rutulorum elapsus in agros

Consigere, & Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis furijs surrexit Hetruria iustis,
Regem ad supplicium præsenti Marte reposcunt.
His ego te Aenea ductorem millibus addam,
Toto nanq; fremunt condensæ littore puppes,
Signáq; ferre iubent, retinet longeuus aruspex,
Fata canens: O Mæoniæ delecta iuuentus,
Flos ueterũ, uirtusq; uirûm, quos iustus in hostem
Fert dolor, & merita accendit Mezentius ira,
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem,
Externos optate duces, tum Hetrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita Diuûm.
Ipse oratores ad me, regnúmq; coronam
Cum sceptro misit, mandatq; insignia Tarchon.
Succedam castris, Tyrrhenáq; regna capessam.
Sed mihi tarda gelu, seclisq; effœta senectus
Inuidet imperium, seræq; ad fortia uires.
Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret, tu, cuius & annis,
Et generi fatum indulget, quem numina poscunt,
Ingredere ò Teucrũ, atq; Italũ fortißime ductor.
Hunc tibi præterea, spes & solatia nostri,
Tyrociniũ. Pallanta adiungam, sub te tolerare magistro
Militiã, & graue Martis opus, tua cernere facta
Assuescat, primis & te miretur ab annis.

Arcades huic equites bis centum robora pubis
Lecta dabo, totidemq; suo tibi nomine Pallas.
Vix ea fatus erat, defixiq; ora tenebant
Aeneas Anchisiades, & fidus Achates,
Multaq; dura suo tristi cum corde putabant,
Ni signum cœlo Cytherea dedisset aperto. Fulgur a Venere.
Nanq; improuisò uibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu uenit, & ruere omnia uisa repentè,
Tyrrhenusq; tubæ mugire per æthera clangor. Tyrrheni primi inuenerunt tubam.
Suspiciunt, iterũ atq; iterũ fragor intonat ingens.
Arma inter nubem, cœli in regione serena
Per sudum rutilare uident, & pulsa tonare,
Obstupuere animis alij, sed Troius heros
Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis.
Tum memorat: Ne uerò hospes, ne quære profectò
Quem casum portenta ferãt, ego poscor Olympo.
Hoc signum cecinit missuram diua creatrix,
Si bellum ingrueret, Vulcaniáq; arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quantæ miseris cædes Laurentibus instant? Exclamatio
Quas pœnas mihi Turne dabis? q̃ multa sub undas Ironia, & insultatio quædam.
Scuta uirûm, galeasq;, & fortia corpora uolues
Tybri pater? poscant acies, & fœdera rumpant.
Hæc ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto,
Et primùm Herculeis sopitas ignibus aras Superstitio.

Excitat, hesternumq; larem, paruosq; penates
Lætus adit, mactat lectas de more bidentes.
Euandrus pariter, pariter Troiana iuuentus.
Post hinc ad naueis graditur, sociosq; reuisit,
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
Præstantes uirtute legit, pars cætera prona
Fertur aqua, segnisq; secundo defluit amni,
Nuncia uentura Ascanio, rerumq; patrisq;.
Dantur equi Teucris Thyrrhena petentibus arua
Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum, præfulgens unguibus aureis.
Fama uolat paruam subitò uulgata per urbem,
Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.
πάθος. Vota metu duplicant matres, propiusq; periclo
It timor, & maior martis iam apparet imago.
Tum pater Euandrus dextram complexus euntis
Hæret inexpletum lachrymans, ac talia fatur:
Exordium a uoto, & exclamatione. O mihi præteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram, cùm primã aciem Præneste sub ipsa
Straui, scutorumq; incendi uictor aceruos,
Et regem hac Herilum dextra sub tartara misi,
Nascenti cui treis animas Feronia mater,
Horrendum dictu, dederat, terna arma mouenda,
Ter leto sternendus erat, cui tum tamen omneis
Abstulit hæc animas dextra, & totidẽ exuit armis.

Non

Non ego nunc dulci amplexu diuellerer usquam
Nate tuo, neq; finitimus Mezentius unquam πάθος.
Huic capiti insultans, tot ferro sæua dedisset
Funera, tam multis uiduasset ciuibus urbem.
At uos ô superi, & Diuûm tu maxime rector Precatio.
Iupiter, Arcadij quæso miserescite regis,
Et patrias audite preces, si numina uestra Parentum affectus.
Incolumem Pallanta mihi, si fata reseruant,
Si uisurus eum uiuo, & uenturus in unum,
Vitam oro, patiar quemuis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris,
Nunc, nunc ô liceat crudelem abrumpere uitam,
Dum curæ ambiguæ, dum spes incerta futuri,
Dum te chare puer, mea sola & sera uoluptas,
Complexu teneo, grauior ne nuntius aures
Vulneret. Hæc genitor digressu dicta supremo Hæc omnia sunt præsagia futuræ mortis filij
Fundebat: famuli collapsum in tecta ferebant.
Iamq; adeo exierat portis equitatus apertis,
Aeneas inter primos, & fidus Achates,
Inde alij Troiæ proceres, ipse agmine Pallas Lucifer stella Veneris.
In medio, chlamyde, & pictis conspectus in armis, Aemulatio, Homerica fingitur eñ Hector similis syderi autumnali.
Qualis ubi oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios Astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq; resoluit.
Stant pauidæ in muris matres, oculisq; sequuntur

Pulueream nubem, & fulgenteis ære cateruas.
Olli per dumos, quà proxima meta uiarum,
Armati tendunt: it clamor, & agmine facto
Quadrupedãte putrẽ sonitu quatit ungula campũ
Est ingens gelidum lucus propè Cæritis amnem,
Religione patrum latè sacer: undiq; colles
Incluſere caui, & nigra nemus abiete cingunt:
Syluano fama est ueteres sacrasse Pelasgos,
Aruorum, pecorisq; Deo, lucumq; diemq;,
Qui primi fines aliquando habuere Latinos.
Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis, celsoq; omnis de colle uideri
Iam poterat legio, & latis tendebat in aruis.
Huc pater Aeneas, & bello lecta iuuentus
Succedunt, fessiq; & equos, & corpora curant.
At Venus æthereos inter Dea candida nimbos
Dona ferens aderat: natumq; in ualle reducta.
Vt procul è gelido secretum flumine uidit,
Talibus affata est dictis, seq; obtulit ultro:
En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera: ne mox, aut Laurenteis nate superbos,
Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum.
Dixit. & amplexus nati Cythe rea petiuit:
Arma sub aduersa posuit radiantia quercu.
Ille Deæ donis, & tanto lætus honore,

Venus é spuma maris prodht, inde hæc fictio Poëtæ.

Expleri nequit, atq; oculos per singula uoluit,
Miraturq;, interq; manus, & brachia uersat
Terribilem cristis galeam, flammasq; uomentem,
Fatiferumq; ensem, loricam ex ære rigentem,
Sanguineam, ingentem: qualis cùm cœrula nubes
Solis inardescit radijs, longeq; refulget.
Tum leueis ocreas electro, auroq; recocto,
Hastamq; & clypei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorumq; triumphos,
Haud uatum ignarus, uenturiq; inscius æui,
Fecerat ignipotens: illic genus omne futuræ
Stirpis ab Ascanio, pugnataq; in ordine bella
Fecerat, & uiridi fœtam Mauortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos: illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos: & corpora fingere lingua.
Nec procul hinc Romã, et raptas sine more Sabinas
Concessu caueæ, magnis Circensibus actis
Addiderat: subitoq; nouum consurgere bellum
Romulidis, Tatioq; seni, Curibusq; seueris.
Post ijdem inter se posito certamine reges
Armati Iouis ante aras, paterasq; tenentes
Stabant: & cæsa iungebant fœdera porca.
Haud procul inde, citæ Metiũ in diuersa quadrigæ

Clypeus Aeneæ.

Descriptio rerum Romanarum.

Ritus fœdorum feriendorum.

Distu-

Distulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; uiri mendacis uiscera Tullus
Per syluam, & sparsi rorabant sanguine uepres.
Nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
Accipere, ingentiq; urbem obsidione premebat.
Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant,
Illum indignanti similem, similemq; minanti
Aspiceres: pontem auderet quòd uellere Cocles:
Et fluuium uinclis innaret Chlœlia ruptis.
In summo custos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro templo: & Capitolia celsa tenebat,
Romuleoq; recens horrebat regia culmo.
Atq; hic auratis uolitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat.
Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.
Aurea cæsaries ollis, atq; aurea uestis,
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur, duo quisq; Alpina coruscant
Gesa manu, scutis protecti corpora longis.
Hinc exultantes Salios, nudosq; Lupercos,
Lanigerosq; apices, & lapsa ancylia cœlo
Extuderat: castæ ducebant sacra per urbem
Pilentis matres in mollibus: hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,

Et sce-

Et scelerum pœnas, & te Catilina minaci
Pendentem scopulo, furiarumq; ora trementem,
Secretosq; pios: hic dantem iura Catonem.
Hæc inter tumidi latè maris ibat imago
Aurea, sed fluctu spumabant cœrula cano,
Et circùm argento clari Delphines in orbem
Aequora uerrebant caudis, æstumq; secabant.
In medio classes æratas, Actia bella
Cernere erat, totumq; instructo Marte uideres
Feruere Leucaten, auroq; effulgere fluctus.
Hinc Augustus agens Italos in prælia Cæsar,
Cum patribus, populoq;, penatibus, et magnis dijs,
Stans celsa in puppi, geminas cui tempora flammas
Læta uomunt, patriumq; aperitur uertice sydus.
Parte alia uentis, & Dijs Agrippa secundis,
Arduus, agmen agens: cui belli insigne superbum
Tempora nauali fulgent rostrata corona.
Hinc ope Barbarica, uarijsq; Antonius armis,
Victor ab auroræ populis, & littore rubro,
Aegyptum, uiresq; Orientis, & ultima secum
Bactra uehit: sequiturq; (nefas) Aegyptia cõiux.
Vnà omnes ruere: ac totum spumare reductis
Conuulsum remis, rostrisq; stridentibus æquor.
Alta petunt: pelago credas innare reuulsas
Cycladas: aut montes concurrere montibus altos.

Tantæ

πάθος.

ὑποτύπωσις.

Tanta mole uiri turritis puppibus instant.
Stupea flamma manu, telisq; uolatile ferrum
Spargitur: arua nouo Neptunia cæde rubescunt.
Regina in medijs patrio uocat agmina sistro:
Nec dum etiam geminos à tergo respicit angues.
Omnigenumq; Deûm monstra, & latrator Anubis,
Contra Neptunum, et Venerẽ, contraq; Minerua
Tela tenent, sæuit medio in certamine Mauors,
Cælatus ferro: tristesq; ex æthere Diræ,
Et scissa gaudens uadit Discordia palla.
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello,
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes uertebant terga Sabæi.
Ipsa uidebatur uentis regina uocatis,
Vela dare, & laxos iam iamq; immittere funes.
Illam inter cædes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens, undis, & Iapyge ferri,
Contrà autem magno mœrentem corpore Nilum,
Pandentemq; sinus, & tota ueste uocantem
Cæruleum in gremium, latebrosaq; flumina uictos.
At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia, Dijs Italis, uotum immortale sacrabat,
Maxima tercentum totam delubra per urbem,
Lætitia, ludisq; uiæ, plausuq; fremebant:

Omnibus

Allusio est, nam Cleopatra a serpẽtibus necata est.

Alludit ad arma.

Cæsar triumphauit de Antonio, Dalmatis, et Alexandrinis.

Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ
Ante aras terram cæsi strauere iuuenci.
Ipse sedens niueo candentis limine Phœbi,
Dona recognoscit populorum, aptatq; superbis
Postibus: incedunt uictæ longo ordine gentes,
Quàm uariæ linguis, habitu tam uestis, & armis
Hîc Nomadûm genus, & discinctos mulciber A-
Hîc Lelegas, Carasq; sagittiferosq; Gelonos (fros
Pinxerat: Euphrates ibat iam mollior undis,
Extremiq; hominum Morini, Rhenusq; bicornis,
Indomitiq; Daci, & pontem indignatus Araxes.
Talia per clypeum Vulcani dona parentis
Miratur, rerumq; ignarus imagine gaudet,
Attollens humero, famamq; & fata nepotum.

PVB. VERGILII MARONIS Aeneidos liber Nonus.

ARGVMENTVM.

Inuadit Nonus classem, & trepidantia castra:
Depreh ensi pereunt, Nisus & Eurialus.



Tq; ea diuersa penitus dum parte geruntur:
Irim de cœlo misit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum, luco tum fortè parentis

Pilum

Pilumni Turnus ſacrata ualle ſedebat,
Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt:
Turne, quod optanti Diuûm promittere nemo
Auderet, uoluenda dies en attulit ultro:
Aeneas urbe, & ſocijs, & claſſe relicta,
Sceptra Palatini, ſedemq; petiuit Euandri.
Nec ſatis, extremas Coriti penetrauit ad urbes,
Hortatio. Lydorumq; manum, collectos armat agreſtes.
Quid dubitas? nũc tẽpus equos, nũc poſcere currus
Rumpe moras omneis, & turbata arripe caſtra.
Dixit, & in cœlum paribus ſe ſuſtulit alis:
Ingentemq; fuga ſecuit ſub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis: duplicesq; ad ſydera palmas
Suſtulit, ac tali fugientem eſt uoce ſecutus:
Iri decus cœli, qui te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde hæc tam clara repentẽ
Tempeſtas? uideo medium diſcindere cœlum,
Palantesq; polo ſtellas: ſequar omina tanta,
Quiſquis in arma uocas, & ſic effatus, ad undam
Proceſſit, ſummoq; hauſit de gurgite lymphas,
Multa Deos orans, onerauitq; æthera uotis.
Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis,
Diues equûm, diues pictaï ueſtis, & auri,
Meſſapus primas acies, poſtrema coërcent
Tyrrhidæ iuuenes, medio dux agmine Turnus
Vertitur

Vertitur arma tenens: & toto uertice ſupra eſt.
Ceu ſeptem ſurgens ſedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
Cùm refluit campis, & iam ſe condidit alueo.
Hìc ſubitam nigro glomerari puluere nubem
Proſpiciunt Teucri, ac tenebras inſurgere cãpis.
Primus ab aduerſa conclamat mole Caicus:
Quis globus ô ciues caligine uoluitur atra?
Ferte citi ferrum: date tela, ſcandite muros:
Hoſtis adeſt: eia, ingenti clamore per omnes
Condunt ſe Teucri, portas & mœnia complent.
Nanq; ita diſcedens præceperat optimus armis
Aeneas: ſi qua interea fortuna fuiſſet,
Ne ſtruere auderent acies, neu credere campo:
Caſtra modò, & tutos ſeruarent aggere muros.
Ergo, & ſi conferre manũ pudor, iraq; monſtrat,
Obijciunt portas tamen, & præcepta faceſſunt,
Armatiq; cauis expectant turribus hoſtem.
Turnus, ut anteuolans tardũ præceſſerat agmen, Decorũ in Turno ſeruatum.
Vigint ilectis equitum comitatus, & urbi
Improuiſus adeſt, maculis quem Thracius albis
Portat equus, criſtaq; tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit mecum iuuenes, qui primus in hoſtem?
En, ait: & iaculum intorquens emittit in auras, Eclyptica oratio.
Principium pugnæ, & campo ſeſe arduus infert.

Clamorem excipiunt socij: fremituq; sequuntur
Horrisono, Teucrum mirantur inertia corda,
Non æquo se dare campo: non obuia ferre
Arma uiros, sed castra fouere: huc turbidus atq;
Lustrat equo muros, aditũq; per auia quærit. (huc
Ac ueluti pleno lupus insidiatus ouili,
Impotentes Turni affectus. Cùm fremit ad caulas, uentos perpessus, et imbreis
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper, & improbus ira
Sæuit in absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.
Haud aliter Rutulo muros & castra tuenti
Igne scunt iræ, & duris dolor ossibus ardet,
Qua tentet ratione aditus, & qua uia clausos
Excutiat Teucros uallo, atq; effundat in æquor.
Classem quæ lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus septem circum, & fluuialibus undis.
Natura iracti. Inuadit, socios q; incendia poscit ouantes.
Atq; manum pinu flagranti feruidus implet.
Tum uerò incumbunt, urget præsentia Turni:
Atq; omnis facibus pubes accingitur atris.
Diripuere focos, piceum fert fumida lumen
Feda, & commistam Vulcanus ad astra fauillam.
Quis Deus ô Musæ tam sæua incendia Teucris
Auertit? tantos ratibus quis depulit ignes?

Dicite.

Dicite. Prisca fides facto, sed fama perennis:
Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
Aeneas classem: & pelagi petere alta parabat,
Fabula de standi gratia admixta
Ipsa Deûm fertur genitrix Berecynthia magnum
Vocibus his affata Iouem: Da nate petenti,
Quod tua chara parens domito te poscit olympo,
Pinea sylua mihi multos dilecta per annos,
Lucus in arce fuit summa, quò sacra ferebant,
Nigranti picea, trabibus q; obscurus acernis.
Has ego Dardanio iuuenem, cùm classis egeret,
Læta dedi, nunc solicitam timor anxius urget:
Solue metus, atq; hoc precibus fine posse parentẽ,
Neu cursu quassatæ ullo, neu turbine uenti
Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.
Filius huic contrà, torquet qui sydera mundi.
O genitrix, quo fata uocas? aut quid petis istis?
Mortali ne manu factæ, immortale carinæ
Fas habeant? certus q; incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta Deo permissa potestas?
Imò ubi defunctæ, finem, portus q; tenebunt
Ausonios: olim quæcunq; euaserit undis,
Dardanium q; ducem Laurentia uexerit arua,
Mortalem eripiam formam, magni q; iubebo
Aequoris esse deas, qualis Nereia Clotho,
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.

Dixerat: idq; ratum Stygij per flumina fratris,
Per pice torrenteis, atr aq; uoragine ripas.
Homericũ. Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
Ergo aderat promiſſa dies, & tempora parcæ
Debita complerant, cùm Turni iniuria matrem
Admonuit ſacris ratibus depellere tedas,
Hìc primum noua lux oculis effulſit, & ingens
Viſus ab aurora cœlum tranſcurrere nimbus,
Idæiq; chori, tum uox horrenda per auras
Excidit, & Troûm, Rutulorumq; agmina cõpl
Ne trepidate meas Teucri defendere naues:
Néue armate manus: maria antè exurere Turn
Ab abſurdo uel impoſſi bili. Quàm ſacras dabitur pinus: uos ite ſolutæ,
Ite Deæ pelagi, genitrix iubet: & ſua quæq;
Continuò puppes abrumpunt uincula ripis,
Delphinumq; modò demerſis æquora roſtris
Ima petunt, hinc uirgineæ (mirabile monſtrum)
Reddunt ſe totidem facies, pontoq; feruntur,
Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.
Obſtupuere animis Rutuli: conterritus ipſe
Turbatus Meſſapus equis: cunctatur & amni
Rauca ſonans, reuocatq; pedẽ Tyberinus ab al
At non audaci ceſſit fiducia Turno,
Vltro animos tollit dictis, atq; increpat ultro
Troianos hæc monſtra petunt, his Iuppiter ip

Auxilium ſolitum eripuit: non tela, nec ignes
Expectant Rutulos, ergo maria inuia Teucris,
Exornatio propoſitionis.
Nec ſpes ulla fugæ, rerum pars altera adẽpta eſt.
Terra autem in manibus noſtris, tot millia gentes
Arma ferunt Italæ, nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ ſe iactant reſponſa Deorum.
Sat fatis, Veneriq; datum eſt, tetigêre quòd arua
Minuit & auget cõfutationem.
Fertilis Auſoniæ Troẽs, ſunt & mea contrà
Fata mihi: ferro ſceleratam excindere gentem,
Coniugæ prærepta, nec ſolos tangit Atridas
Iſte dolor: ſoliſq; licet capere arma Mycenis.
Sed perijſſe ſemel ſatis eſt, peccare fuiſſet
Occupatio.
Antè ſatis: penitus modò non genus omne peroſos
Fœmineum: quibus hæc mẽdij fiducia ualli,
Foſſarumq; moræ, leti diſcrimina parua,
Dant animos: an non uiderunt mœnia Troiæ
A maiori.
Neptuni fabricata manu conſidere in ignes?
Sed uos ô lecti, ferro quis ſcindere uallum
Adhortatio
Apparat? & mecum inuadit trepidantia caſtra?
Non armis mihi Vulcani, non mille carinis
Eſt opus in Teucros: addant ſe protinus omnes
Hetruſci ſocios: tenebras, & inertia furta
Palladij, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis
Ne timeant, nec equi cæca condemur in aluo.
Luce palam certum eſt igni circundare muros.

Haud sibi cum Danais rem, faxo, & pube Pelasga
Esse putet, decimũ quos distulit Hector in annum.
Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
Quod superest, læti bene gestis corpora rebus
Procurate uiri, & pugnam sperate parati.

Consilium. Interea uigilum excubijs obsidere portas
Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
Delecti: ast illos centeni quenq; secuti
Purpurei cristis iuuenes, auroq; coruſci
Discurrunt, uariantq; uices, fusiq; per herbam
Indulgent uino, & uertunt crateras ahenos.
Collucent ignes, noctem custodia ducit
Insomnem ludo.

Decorum. Hæc super è uallo prospectant Troes, & armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
Explorant, pontesq;, & propugnacula iungunt.
Tela gerunt, instant Mnestheus, acerq; Serestus,
Quos pater Aeneas, si quando aduersa uocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat, exercetq; uices, quod cuiq; tuendum est.

Historia de Niso & Euryalo. Nisus erat portæ custos, acerrimus armis,
Hyrtacides, comitem Aeneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem, leuibusq; sagittis,

Et iuxta

Et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadum, Troiana nec induit arma,
Ora puer prima signans intonsa iuuenta. ὑπαλλαγή.
His amor unus erat, pariterq; in bella ruebant.
Tunc quoq; communi portam statione tenebant,
Nisus ait: Dij ne hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an sua cuiq; Deus fit dira cupido?
Aut pugnã, aut aliquid iam dudũ inuadere magnũ
Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete est.
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum?
Lumina rara micant, somno, uinoq; soluti
Procubuere, silent latè loca: percipe porrò
Quid dubitem, et quæ nunc animo sentẽtia surgat. Propositio.
Aeneam acciri omnes populusq; patresq;
Exposcunt, mittiq; uiros, qui certa reportent.
Si tibi, quæ posco, promittunt (nam mihi facti πάθος.
Fama sat est) tumulo uideor reperire sub illo
Posse uiam ad muros, & mœnia Pallantea.
Obstupuit magno laudum perculsus amore
Euryalus, simul his ardentem affatur amicum: Affectus animi generosi
Mé ne igitur socium summis adiungere rebus Propositio ab honesto.
Nisi fugis? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes
Argolicum terrorem inter, Troiaq; labores,
Sublatum erudijt, nec tecum talia gessi,

Magnanimum Aeneam, & fata extrema secutus.
A possibili. Est hic, est animus lucis contemptor, & istum
Qui uita bene credat emi, quò tendis, honorem.
Nisus ad hæc: Equidem de te nil tale uerebar,
Nec fas, non ita me referat tibi magnus ouantem
Iuppiter, aut quicunq; oculis hæc aspicit æquis.
Sed si quis (quæ multa uides discrimine tali)
Ratio. Si quis in aduersum rapiat casus úe Deus úe,
Te superesse uelim, tua uita dignior ætas,
Sit qui me raptum pugna, precioúe redemptum,
Alia causa. Mandet humo solita, aut, si qua id fortuna uetabit,
Absenti ferat inferias, decoretq; sepulchro,
Neu matri miseræ tanti sim causa doloris,
Quæ te sola puer, multis è matribus ausa,
Prosequitur: magni nec mœnia curat Acestæ.
Ille autem: causas nequicquam nectis inanes:
Nec mea iam mutata loco sententia cedit,
Decorum. Acceleremus, ait: uigiles simul excitat, illi
Succedunt, seruantq; uices: statione relicta
Ipse comes Niso graditur, regemq; requirunt.
Cætera per terras omneis animalia somno
Laxabant curas, & corda oblita laborum.
Ductores Teucrûm primi, & delecta iuuentus,
In nocte cõ silium. Consilium summis regni de rebus habebant,
Quid facerent, quis úe Aeneæ iam nuncius esset?
Stant

Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes,
Castrorum, & campi medio. tum Nisus, & unà
Euryalus confestim alacres admittier orant,
Rem magnam, prætiumq; moræ fore, primus Iulus
Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tunc sic Hyrtacides: Audite ò mentibus æquis
Aeneadæ, ne úe hæc nostris spectentur ab annis, Occupatio.
Quæ ferimus: Rutuli somno, uinoq; sepulti Narratio.
Conticuere, * locum insidijs conspeximus ipsi, *Procubue re.
Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.
Interrupti ignes, aterq; ad sydera fumus Propositio
Erigitur: si fortuna permittitis uti,
Quæsitum Aeneam ad mœnia Pallantea,
Mox hîc cum spolijs ingenti cæde peracta,
Affore cernetis, nec nos uia fallit euntes, Cõtestatio.
Vidimus obscuris primam sub uallibus urbem
Venatu assiduo, & totum cognouimus amnem.
Hîc annis grauis, atq; animi maturus Alethes:
Dij patrij, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,
Cùm talcis animos iuuenum, & tam certa tulistis
Pectora, sic memorans humeros, dextrasq; tenebat. Collauda.
Amborum, & uultũ lachrymis, atq; ora rigabat. tio & pro:
Quæ uobis, quæ digna, uiri pro talibus ausis missa præ.
Præmia posse rear solui? pulcherrima primum miorum.

Dij, moresq; dabunt uestri, tum cætera reddet
Actutum pius Aeneas, atq; integer æui
Ascanius, meriti tanti non immemor unquam.
Imò ego uos, cui sola salus genitore reducto
(Excipit Ascanius) per magnos Nise penates,
Assaraciq; larem & canæ penetralia Vestæ,
Obtestor: quæcunq; mihi fortuna, fidesq; est,
In uestris pono gremijs, reuocate parentem,
Reddite conspectum, nihil illo triste recepto,
Bina dabo argento perfecta, atq; aspera signis
Pocula, deuicta genitor quæ cœpit Arisba,
Et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
Cratêra antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si uerò capere Italiam, sceptrisq; potiri
Contigerit uictori, & prædæ ducere sortem,
Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus? ipsum illum clypeum, cristasq; rubenteis
Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise.
Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captiuos dabit, suaq; omnibus arma.
Insuper id campi, quod rex habet ipse Latinus.
Te uerò, mea quem spacijs propioribus ætas
Insequitur, uenerande puer iam pectore toto
Accipio, & comitem casus complector in omneis.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus,

Interrumpit sermonem senis.

Τέλος.

Seu

Seu pacem, seu bella geram, tibi maxima rerum,
Verborumq; fides. Contra quem talia fatur
Euryalus: Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit, tantùm fortuna secunda
Aut aduersa cadat: sed te super omnia dona,
Vnum oro: genitrix Priami de gente uetusta
Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem, non mœnia regis Acestæ:
Hanc ego nũc ignarã huius, quodcunq; pericli est.
Inq; salutatam linquo (nox, & tua testis
Dextera) quòd nequeã lachrymas perferre parẽtis
At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ,
Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo
In casus omneis. Percussa mente dederunt
Dardanidæ lachrymas, ante omnes pulcher Iulus,
Atq; animum patriæ strinxit pietatis imago.
Tum sic affatur:
Spondeo digna tuis ingentibus omnia cœptis,
Nanq; erit ista mihi genitrix, nomenq; Crẽusæ
Solùm defuerit, nec partum gratia talem
Parua manet, casus factum quicunq; sequetur.
Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat,
Quæ tibi polliceor reduci, rebusq; secundis,
Hæc eadem matriq; tuæ, genericq; manebunt.
Sic ait illachrymans, humero simul exuit ensem

Pietas Euryali.

Aureũ

Creta nobilitata uarijs artificijs.

Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius, atq; habilem uagina aptarat eburna.
Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisq; leonis
Exuuias, galeam fidus permutat Alethes,
Protinus armati incedunt, quos omnis euntes
Primorum manus ad portas, iuuenumq; senumq;
Prosequitur uotis, nec non & pulcher Iulus,

Indoles.

Ante annos animumq; gerens, curamq; uirilem.
Multa patri portanda dabat mandata, sed aurę
Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.
Egressi superant fossas, noctisq; per umbram
Castra inimica petunt, multis tamen antè futuri
Exitio: passim uino, somnoq; per herbam
Corpora fusa uident, arrectos littore currus,
Inter lora, rotasq;, uiros, simul arma iacere,
Vina simul. Prior Hyrtacides sic ore locutus:
Euryale audendum dextra: nunc ipsa uocat res.
Hâc iter est, tu, nequa manus se attollere nobis
A tergo possit, custodi, & consule longè:
Hæc ego uasta dabo, & lato te limite ducam.
Sic memorat, uocemq; premit, simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Extructus, toto perflabat pectore somnum,
Rex idem, & regi Turno gratissimus augur.

Ironia, & irrisio.

Sed non augurio potuit depellere pestem.

Treis

Treis iuxta famulos, temerè inter tela iacentes,
Armigerumq; Rhemi premit, aurigamq; sub ipsis
Nactus equis, ferroq; secat pendentia colla.
Tũ caput ipsi aufert domino, truncumq; relinquit,
Sanguine singultantem, atro tepefacta cruore,

Natura ea daueris.

Terra, toriq; madent: nec non Lamirũq; Lamũq;,
Et iuuenem Serranum, illa qui plurima nocte
Luserat, insignis facie, multoq; iacebat
Membra Deo uictus. felix si protinus illum
Aequasset nocti ludum, in lucemq; tulisset.
Impastus ceu plena leo per ouilia turbans,
(Suadet enim uesana fames) manditq;, trahitq;
Molle pecus, mutumq; metu, fremit ore cruento.
Nec minor Euryali cædes, incensus & ipse
Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumq;, Hebesumq; subit, Rhetumq;, Abarimq;,
Ignaros, Rhetum uigilantem, et cuncta uidentem,
Sed magnum metuens se post cratêra tegebat.

Metus mortis.

Pectore in aduerso totum cui communus ensem
Condidit assurgenti, & multa morte recepit.
Purpureã uomit ille animam, & cũ sanguine mistã
Vina refert moriens. Hic furto feruidus instat,
Iamque ad Messapi socios tendebat, ubi ignem
Deficere extremum, & religatos ritè uidebat
Carpere gramen equos, breuiter cùm talia Nisus

(Sen-

(Sensit enim nimia cæde, atq; cupidine ferri)
Absistamus, ait, nam lux inimica propinquat:
Pœnarum exhaustum satis est, uia facta per hostes.
Multa uirûm solido argento perfecta relinquunt.
Armaq́; crateras q́; simul, pulchros q́; tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tyburti Remulo ditißimus olim
Quæ mittit dona, hospitio cùm iungeret absens
Cædicus: ille suo moriens dat habere nepoti.
Post mortem, bello Rutuli prædaq́; potiti,
Hæc rapit, atq; humeris nequicquã fortibus aptat.
Tum galeam Messapi habilem cristis q́; decoram.
Induit: excedunt castris, & tuta capessunt.
Interea præmißi equites ex urbe Latina,
Cætera dum legio campis instructa moratur,
Ibant, & Turno regi responsa ferebant,
Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro.
Iamq́; propinquabant castris muroq́; subibant,
Cùm procul hos læuo flectentes limite cernunt,
Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
Prodidit immemorẽ, radijsq́; aduersa refulsit. (scẽs
Haud temerè est uisum, cõclamat ab agmine Vol-
State uiri, quæ causa uiæ? qui úe estis in armis?
Quó ue tenetis iter? Nihil illi tendere contrà,
Sed celerare fugam in syluas, & fidere nocti,

Ξένια.

Allusio ad arma Romanorum.

Obijcis

Obijciunt equites sese ad diuortia nota,
Hinc, atq; hinc, omnemq; aditũ custode coronant.
Sylua fuit latè dumis, atq; ilice nigra
Horrida, quam densi complerant undiq; sentes,
Rara per occultos ducebat semita calles.
Euryalum tenebræ ramorum onerosaq́; præda
Impediunt, fallitq́; timor regione uiarum.
Nisus abit, iamq́; imprudens euaserat hostes,
Atq; locos, qui pòst Albæ de nomine dicti
Albani, tum rex stabula alta Latinus habebat.
Vt stetit, & frustra absentem respexit amicum:
Euryale infelix, qua te regione reliqui?
Quá ue sequar? rursus perplexũ iter omne reuol-
Fallacis syluæ, simul & uestigia retrò (uens
Obseruata legit, dumisq́; silentibus errat.
Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum.
Nec longum in medio tempus, cũ clamor ad aures
Peruenit, ac uidet Euryalũ, quem iã manus omnis
Fraude loci, & noctis subito turbante tumultu,
Oppressum rapit, & conantem plurima frustrà:
Quid faciat? qua ui iuuenem, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in hostes
Inferat, & pulchrã properet per uulnera mortẽ?
Ocyus adducto torquens hastile lacerto,
Suspiciens altam Lunam, sic uoce precatur:

Descriptio syluæ.

Ta

Tu Dea, tu præsens nostro succurre labori,
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos,
Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis uenatibus auxi,
Suspendi ue tholo, aut sacra ad fastigia fixi,
Hunc sine me turbare globũ, et rege tela per auras.
Dixerat, & toto connixus corpore ferrum
Conijcit, hasta uolans noctis diuerberat umbras.
Et uenit aduersi in tergum Sulmonis, ibique
Frangitur, ac fixo transit præcordia ligno.
Voluitur ille, uomens calidum de pectore flumen
Frigidus, & longis singultibus ilia pulsat.
Diuersi circumspiciunt, hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure,
Dũ trepidant, it hasta Tago per tempus utrunq;
Stridens, traiecto q; hæsit tepefacta cerebro.
Sæuit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam
Autorem, nec quo se ardens immittere possit.
Tu tamen interea calido mihi sanguine pœnas
Persolues amborum, inquit, simul ense recluso
Ibat in Euryalum. tunc uerò exterritus, amens
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem:
Me me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum
O Rutuli, mea fraus omnis, nihil iste, nec ausus,

Decorũ in Niso offerente se pro amico.

Nec potuit, cœlum hoc & sydera conscia testor:
Tantùm infelicem nimiùm dilexit amicum.
Talia dicta dabat, sed uiribus ensis adactus,
Trans adigit costas, & candida pectora rupit.
Voluitur Euryalus leto, pulchros q; per artus
It cruor, in q; humeros ceruix collapsa recumbit.
Purpureus ueluti cùm flos succisus aratro
Languescit moriens, lassoue papauera collo,
Demisere caput, pluuia cum fortè grauantur.
At Nisus ruit in medios, solum q; per omnes
Volscentem petit, in solo Volscente moratur:
Quẽ circũ glomerati hostes, hinc cõminus, at q; hinc
Proturbant, instat non segnius, ac rotat ensem
Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
Condidit auerso, & moriens animã abstulit hosti.
Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus, placida q; ibi demum morte quieuit.
Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori uos eximet æuo,
Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum
Accolet, imperium q; pater Romanus habebit.
Victores præda Rutuli, spolijs q; potiti,
Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exangui, & primis una tot cæde peremptis,

Amicorum commorientium gloria.

Ἐπιφώνημα.

Serranoq; Numaq; ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesq; uiros, tepidumq; recenti
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine riuos.
Et per spo-lia autores cædium. Agnoscunt spolia inter se, galeamq; nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,
Iam Sole infuso, iam rebus luce retectis,
Turnus in arma uiros, armis circundatus ipse
Suscitat, æratasq; acies in prælia cogit
Quisq; suos, uarijsq; acuunt rumoribus iras.
miserabile Quin ipsa arrectis (uisu mirabile) in hastis
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur.
πάθος a spectaculo. Euryali, & Nisi.
Aeneadæ duri murorum in parte sinistra,
Opposuere aciem (nam dextra cingitur amni)
Ingentesq; tenent fossas, & turribus altis
Stant mœsti, simul ora uirûm præfixa uidebant.
πάθος, fa cilius enim laturi erant si non no-uissent. Nota nimis miseris, atroq; fluentia tabo.
Interea pauidam uolitans pennata per urbem
Nuncia fama ruit, matrisq; adlabitur aures
Euryali: ac subitus miseræ calor ossa reliquit.
Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa,
Euolat infelix, & fœmineo ululatu
Scissa comam, muros amens, atq; agmina cursu

Prima

Prima petit, non illa uirûm, non illa pericli,
Telorũq; memor, cœlũ dehinc questibus implet.
Propositio cũ conquestione ab ætate. Hunc ego te Euryale aspicio? tũne ille senectæ
Sera meæ requies? potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum
Affari extremum miseræ data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data præda Latinis,
Alitibusq; taces, nec te tua funera mater
Produxi, pressi ue oculos, aut uulnera laui,
Veste tegens, tibi quam noctes festina, diesq;
Vrgebam, & tela curas solabar anules.
Quò sequar? aut quæ nũc artus auulsaq; membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te
Nate refers? hoc sum terraq;, mariq; secuta?
Figite me, si qua est pietas, in me omnia tela
Conijcite, ò Rutuli, me primam absumite ferro.
Aut tu magne pater Diuûm miserere, tuoq;
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere uitã.
Hoc fletu concussi animi, mœstusq; per omnes
It gemitus, torpent infractæ ad prælia uires.
Illam incendentem luctus, Idæus, & Actor
Ilionei monitu, & multum lachrymantis Iuli,
Corripiunt, interq; manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro

Increpuit, sequitur clamor, cœlumq; remugit.
Accelerant acta pariter testudine Volsci,
Et fossas implere parant, ac uellere uallum.
Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros
Quà rara est acies, interlucetq; corona,
Non tam spissa uiris, telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoq; infesto uoluebant pondere, si qua
Possent tectam aciem perrumpere, cũ tamẽ omnes
Ferre libet subter densa testudine casus.
Nec iã sufficiũt, nam quà globus imminet ingens,
Immanem Teucri molem uoluunt q;, ruunt q;,
Quæ strauit Rutulos latè, armorumq; resoluit
Tegmina, nec curant cæco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere uallo
Missibus certant.
Parte alia horrendus uisu, quassabat Hetruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.
At Messapus equũm domitor, Neptunia proles,
Rescindit uallum, & scalas in mœnia posci,
Vos ò Calliope precor aspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit, quem quisq; uirum demiserit orco,
Et mecum ingenteis oras euoluite belli.

Et

Inuocatio.

Et meministis enim Diuæ, & memorare potestis.
Turris erat uasto suspectu, & pontibus altis,
Opportuna loco, summis quam uiribus omnes
Expugnare Itali, summaq; euertere opum ui
Certabant, Troës contrà defendere saxis,
Perq; cauas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam affixit lateri, quæ plurima uento
Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis.
Turbati trepidare intus, frustraq; malorum
Velle fugam, dum se glomerant, retroq; residunt
In partem, quæ peste caret, tum pondere turris
Procubuit subito, & cœlum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, immani mole secuta,
Confixiq; suis telis, & pectore duro
Transfossi ligno ueniunt, uix unus Helenor,
Et Lycus elapsi, quorum primæuus Helenor,
Mæonio Regi, quem serua Lycimnia furtim
Sustulerat, uetitis q; ad Troiam miserat armis,
Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba.
Is q;, ubi se Turni media inter millia uidit,
Hinc acies, atq; hinc acies astare Latinas,
Vt fera, quæ densa uenantum septa corona
Contra tela furit, seseq;, haud nescia, morti
Iniicit, & saltu supra uenabula fertur,

Seruiẽm nõ militabant.

Alludit ad apros proprie.

Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes
Irruit, & quâ tela uidet denſiſſima, tendit.
At pedibus longè melior Lycus, inter & hoſtes
Inter & arma fuga muros tenet, altaq; certat
Prendere tecta manu, ſociúmq; attingere dextras.
Quem Turnus pariter curſu, teloq; ſecutus,
Increpat his uictor: noſtrás ne euadere demens
Sperasti te poſſe manus? ſimul arripit ipſum
Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.
Qualis ubi aut leporẽ, aut cãdenti corpore cygnũ
Sustulit alta petens pedibus Iouis armiger uncis,
Quæſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à ſtabulis rapuit lupus. Vndiq; clamor
Tollitur, inuadunt, & foſſas aggere complent,
Ardentes tedas alij ad faſtigia iactant.
Ilioneus ſaxo, atq; ingenti fragmine montis
Lucetium portæ ſubeuntem, ignesq; ferentem,
Emathiona Liger, Chorinæum ſteruit Aſylas,
Hic iaculo bonus, hic longè fallente ſagitta.
Ortygium, Cæneus, uictorem Cænea, Turnus,
Turnus Ityn, Cloniumq;, Dioxippum, Promulũq;,
Et Sagarim, & ſummis ſtantẽ pro turribus Idam.
Priuernum Capys: hũc primo leuis haſta Themillæ
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Ad uulnus tulit, ergò aliis allapſa ſagitta,

Et læ-

Et læuo infixa eſt lateri manus, abditaq; intus
Spiramenta animæ letali uulnere rupit.
Stabat in egregijs Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera,
Inſignis facie, genitor quem miſerat Arcens,
Eductum Martis *luco, Symæthia circum *matris.
Flumina, pinguis ubi, & placabilis ara Palici.
Stridentem fundam, poſitis Mezentius armis,
Ipſe ter adducta circum caput egit habena,
Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
Tum primùm bello celerem intendiſſe ſagittam
Dicitur, antè feras ſolitus terrere fugaces
Aſcanius, ſortemq; manu fudiſſe Numanum,
Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem Remulus Numanus.
Germanam, nuper thalamo ſociatus habebat.
Is primam ante aciem digna, atq; indigna relatu
Vociferans, tumidusq; nouo præcordia regno
Ibat, & ingenti ſeſe clamore ferebat:
Non pudet obſidione iterum, ualloq; teneri, Exprobratio elegans
Bis capti Phryges? & morti prætendere muros?
En qui noſtra ſibi bello connubia poſcunt.
Quis Deus Italiam? quæ uos dementia adegit?
Non hic Atridæ, nec fandi fictor Vlyſſes, Antiqua Italiæ deſcriptio.
Durum à ſtirpe genus, natos ad flumina primùm

Deferimus: sæuoq; gelu duramus, & und
Venatu inuigilant pueri, syluasq; fatigant,
Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu,
At patiens operum, paruoq; assueta iuuentus,
Aut rastris terrã domat, aut quatit oppida bello.
Omne æuum ferro teritur, uersaq; iuuencũm
Terga fatigamus hasta, nec tarda senectus
Debilitat uires animi, mutatq; uigorem,
Caniciem galea premimus, semperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & uiuere rapto.
Vobis picta croco, & fulgenti murice uestis,
Desidiæ cordi, iuuat indulgere choreis.
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.
O ueræ Phrygiæ (neq; enim Phryges) ite per alta
Extenuatio Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum,
Tympana uos, buxusq; uocat Berecynthia matris
Idææ: sinite arma uiris, & cedite ferro.
Talia iactantem dictis, ac dira canentem
Non tulit Ascanius, neruoq; obuersus equino
Contendit telum, diuersaq; brachia ducens,
Constitit ante Iouem, supplex per uota precatus:
Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis.
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,
Et statuam ante aras aurata fronte iuuencum
Candentem, pariterq; caput cum matre ferentem,
Iam

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
Audijt, & cœli genitor de parte serena
Intonuit læuum, sonat unà letifer arcus.
Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta,
Perq; caput Remuli uenit: et caua tempora ferro Ironia.
Trajcit: I, uerbis uirtutem illude superbis,
Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittũt.
Hæc tantum Ascanius, Teucri clamore sequuntur
Lætitiaq; fremunt, animosq; ad sydera tollunt.
Aetheria tum fortè plaga crinitus Apollo
Desuper Ausonias acies, urbemq; uidebat
Nube sedens, atq; his uictorem affatur Iulum:
Macte noua uirtute puer, sic itur ad astra, Acclamatio cum adhortatione.
Dijs genite, & geniture Deos, iure omnia bella
Gente sub Assarici fato uentura residunt,
Nec te Troia capit. Simul hæc effatus, ab alto
Aethere se mittit: spirantes dimouet auras,
Ascaniumq; petit: forma tum uertitur oris
Antiquum in Buten, hic Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos.
Tum comitem Ascanio pater addidit, ibat Apollo
Omnia longæuo simulis, uocemq;, coloremq;,
Et crines albos, & sæua sonoribus arma,
Atq; his ardentem dictis affatur Iulum:
Sit satis Aeneade telis impune Numanum

Oppetisse tuis: prima hanc tibi magnus Apollo
Appollini arcus attribuitur. Concedit laudem, & paribus non inuidet armis,
Cætera parce puer bello, sic orsus Apollo,
Mortales mellio aspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.
Agnoscere Deum procères, diuinaq; tela
Dardanidæ, pharetramq; fuga sensere sonantem.
Ergo auidum pugnæ dictis, ac numine Phœbi
Ascanium prohibent, ipsi in certamina rursus
Succedunt, animasq; in aperta pericula mittunt,
It clamor totis per propugnacula muris,
ὑποτύπωσις. Intendunt acreis arcus, armentaq; torquent.
Sternitur omne solum telis, tum scuta cauæq;
Dant sonitum fluctu galeæ, pugna aspera surgit,
Quantus ab occasu ueniens pluuialibus Hœdis
Verberat imber humũ, quã multa grandine nimbi
Inuada præcipitant, cũ Iuppiter horridus austris
Torquet aquosam hyemẽ, et cœlo caua nubila rumpit.
Historia de Pandaro, et Bitia. Pandarus, & Bitias, Idæo Alcanore creti,
Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera,
Abietibus iuuenes patrijs, & montibus æquos:
Portam quæ ducis imperio commissa, recludunt
Freti armis, ultroq; inuitant mœnibus hostem.
Ipsi intus dextra, ac læua pro turribus adstant
Armati ferro, & cristis capita alta coruſci.

Quales

Quales ãrie, liquentia *flumina circum,
Siue Padi ripis, Athesin seu propter amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, intonsaq; cœlo
Attollunt capita, & sublimi uertice nutant.
Irrumpunt, aditus Rutuli ut uidêre patentes,
Continuò Quercens, & pulcher Equicolus armis,
Et præceps animi Tmarus, et Mauortius Hæmon,
Agmnibus totis aut uersi terga dedere,
Aut ipso portæ posuere in limine uitam.
Tum magis increscunt animis discordibus iræ,
Et iam collecti Troës glomerantur eôdem:
Et conferre manum, & procurrere longus audẽt,
Ductori Turno diuersa in parte furenti,
Turbantiq; uiros, perfertur nuntius, hostem
Feruere cæde noua, & portas præbere patentes.
Deserit inceptum, atq; immani concitus ira,
Dardaniam ruit ad portam, fratresq; superbos,
Et primùm Antiphaten (is enim se primus agebat)
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti
Conjecto sternit iaculo, uolat Itala cornus
Aëra per tenerum, stomachoq; infixa, sub altum
Pectus abit, reddit specus atri uulneris undam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepescit.
Tũ Meropẽ, atq; Erymãtha manu, tũ sternit Aphẽ
Tũ Bitian ardentẽ oculis, animisq; frementẽ, (idnũ

*"Liquentia, qui fluuius Italiæ.

ὑπερβολή

Non

Non iaculo (neq; enim iaculo uitam ille dedisset)
De phalarica uide Vegetium lib. 4. cap. 8.
Sed magnum stridens contorta phalarica uenit,
Fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis, & auro
Sustinuit: collapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitū, & clypeū superintonat ingens.
Baiæ, locus Campaniæ omnīū uoluptuosissimus.
Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus antè
Constructam iaciunt ponto, sic illa ruinam
Prona trahit, penitus q; uadis illisa recumbit.
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ,
Tum sonitu Prochyta alta tremit, durum q; cubile
Inarime Iouis imperijs imposta Typhoëo.
Hîc Mars armipotens animum, uires q; Latinis
Addidit, & stimulos acreis sub pectore uertit,
Immisit q; fugam Teucris, atrum q; timorem.
Vndiq; conueniunt, quoniam data copia pugnæ,
Bellator q; animo Deus incidit.
Pandarus ut fuso germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
Portam ui multa conuerso cardine torquet,
Obnixus latis humeris, multos q; suorum
Mœnibus exclusos duro in certamine linquit:
Ast alios secum includit, recipit q; ruentes
Demens, qui Rutulum in medio non agmine regem
Vidē

Viderit irrumpentem, ultro q; incluserit urbi,
Immanem ueluti pecora inter inertia tigrim.
Continuò noua lux oculis effulsit, & arma
Horrendum sonuere, tremunt in uertice cristæ
Sanguineæ, clypeo q; micantia fulgura mittit.
Agnoscunt faciem inuisam, at q; immania mēbra
Turbati subitò Aeneadæ. tum Pandarus ingens
Fraternias moris & beneuolentiæ exemplum.
Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira,
Effatur: Non hæc dotalis regia Amatæ,
Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
Castra inimica uides: nulla hinc exire potestas.
Olli subridens sedato pectore Turnus.
Incipe, si qua animo uirtus, & consere dextram,
Risus Sardonicus.
Hîc etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
Dixerat: ille rudem nodis, & cortice crudo
Intorquet summis adnixus uiribus hastam.
Excepere auræ uulnus, Saturnia Iuno
Detorsit ueniens, portæ q; infigitur hasta.
At non hoc telum mea quod ui dextera uersat
Effuges, nec q; enim is teli, nec uulneris autor.
Sic ait: & sublatum altè consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Significatio magni animi.
Diuidit, impubes q; immani uulnere malas.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus,
Collapsos artus, at q; arma cruenta cerebro
Sternit

Sternit humi moriens, atq; illi in partibus æquis
Huc caput, atq; illuc humero ex utroq; pependit.
Diffugiunt uersi trepida formidine Troës.
Et si continuò uictorem ea cura subisset,
Rũpere claustra manu, sociosq; immittere portis
Vltimus ille dies bello, gentiq; fuisset.
Sed furor ardentem, cædisq; insana cupido
Egit in aduersos.
ἀπροπτωσις. Principiò Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit: hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum (Iuno uires, animumq; ministrat)
Addit Halyn comitem, & confixũ Phegea parmæ.
Ignaros deinde in muris, Martemq; cientes,
Alcandrumq;, Haliumq;, Noëmonaq;, Prytanimq;
Lyncea tendentem contrà, sociosq; uocantem
Vibrantiq; gladio connixus ab aggere dexter
Occupat: huic unò deiectum comminus ictu
Cum galea longè iacuit caput, inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Vngere tela manu, ferrumq; armare ueneno,
Et Clytium Aeoliden, & amicum Cretea musis,
Cretea musarum comitem, cui carmina semper,
Et citharæ cordi, numerosq; intendere neruis,
Sẽper æquos, atq; arma uirũm, pugnasq; canebat.
Tandem ductores audita cæde suorum,

Conue-

Conueniunt Teucri, Mnestheus, acerq; Serestus.
Palantesq; uident socios, hostemq; receptum,
Et Mnestheus: quò deinde fugã? quò tenditis inquit
Quos alios muros? quæ iam ultrà mœnia habetis? Increpatio ab impossibili.
Vnus homo, & uestris ô ciues undiq; septus
Aggeribus, tantas strages impunè per urbem
Ediderit? iuuenum primos tot miserit orco?
Non infelicis patriæ, ueterumq; Deorum,
Et magni Aeneæ segnes miseretq; pudetq;?
Talibus accensi firmantur, & agmine denso
Consistunt: Turnus paulatim excedere pugna,
Et fluuium petere, ac partem, quæ cingitur amni.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,
Et glomerare manum, ceu sæuum turba leonem
Cum telis premit infensis, at territus ille
Asper, acerba tuens, retrò redit, & neq; terga
Ira dare, aut uirtus patitur, nec tendere contrà,
Ille quidem hoc cupiens, potis est, per tela, uirosq;.
Haud aliter retro dubius uestigia Turnus
Improperata refert, & mens exæstuat ira,
Quin etiam bis tum medios inuaserat hostes,
Bis conuersa fuga per muros agmina uertit,
Sed manus è castris properè coit omnis in unum,
Nec contrà uires audet Saturnia Iuno
Sufficere, aëriam cœlo nam Iuppiter Irim

Demis-

πάθος Ab honesto

Cõparatio elegans.

Reflexit in Deos, quod tamen erat in uiribus Turni.

Demisit, Germanæ haud mollia iussa ferenti,
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
Ergò nec clypeo iuuenis subsistere tantum,
Nec dextra ualet, iniectis sic undiq; telis
Obruitur: strepit assiduo caua tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscunt,
Discussæq; iubæ capiti: nec sufficit umbo
Ictibus: ingeminant hastis & Troës, & ipse
Fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor
Liquitur: & piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit: fessos quatit æger anhelitus artus.
Tum demum præceps saltu sese omnibus armis
In fluuium dedit, ille suo cum gurgite flauo
Accepit uenientem, ac mollibus extulit undis,
Et lætum socijs abluta cæde remisit.

P. VER

PVB. VERGILII MARONIS
Aeneidos liber Decimus.

ARGVMENTVM.

Concilium decimus Diuorum, & Thusca recenset
Agmina, & Arcadij tristia fata Ducis.

PAnditur interea domus omnipotentis Olympi,
Conciliumq; uocat diuûm pater, atq; hominum rex
Sydeream in sedem, terras unde arduus omneis,
Castraq; Dardanidûm aspectat, populosq; Latini.
Considunt tectis bipatentibus, incipit ipse: (nos.
Cœlicolæ magni, quæ nam sententia uobis
Versa retrò? tantumq; animis certatis iniquis?
Aduersam bello Italiam concurrere Teucris.
Quæ contra uetitũ discordia? quis metus, aut hos,
Aut hos arma sequi, ferrumq; lacessere suasit?
Aduenient iustum pugnæ (ne accersite) tempus,
Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atq; Alpeis immittet apertas.
Tum certare odijs, tum res rapuisse licebit.
Nunc sinite: & placidum læti componite fœdus,
Iuppiter hæc paucis. at non Venus aurea contrà
Pauca refert.
O pater, ô hominum, diuûmq; æterna potestas,

Orditur ab interrogatione.
Narratio.
Punicum bellum.
Epilogus.

Nanq; aliud quid sit, quod iã implorare queamus?
Cernis ut insultent Rutuli, Turnusq; feratur
Per medios insignis equis, tumidusq; secundo
Marte ruat, non clausa tegunt iã mœnia Teucros.
Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent
Aggeribus murorum, & inundant sanguine fossæ.
Aeneas ignarus abest, nunquámne leuari
Obsidione sines? muris iterum imminet hostis
Nascentis Troiæ, necnon exercitus alter:
Atq; iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides: equidem credo mea uulnera restant,
Et tua progenies mortalia demoror arma.
Si sine pace tua, atq; inuito numine Troës
Italiam petiere: luant peccata, neq; illos
Iuueris auxilio: sin tot responsa secuti,
Quæ superi, manesq; dabãt: cur nũc tua quisquam
Flectere iussa potest? aut cur noua condere fata?
Quid repetam exustas Erycino in littore classes?
Quid tempestatum regem, uentosq; furentes
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam manes (hæc intentata manebat
Sors rerum) mouet, & superis immissa repentè,
Alecto, medias Italûm bacchata per urbes.
Nil super imperio moueor, speraúimus ista
Dum fortuna fuit: uincant, quos uincere mauis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniux

Dura

Dura, per euersæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obtestor, liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.
Aeneas sanè ignotis iactetur in undis:
Et quamcunq; uiam dederit fortuna, sequatur.
Hunc tegere, & diræ ualeam subducere pugnæ.
Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera,
Idaliæq; domus, positis inglorius armis
Exigat hic æuum, magna ditione iubeto
Carthago premat Ausoniam, nihil urbibus inde
Obstabit Tyrijs, quid pestem euadere belli
Iuuit, & Argolicos medium fugisse per ignes?
Totq; maris uastæq; exhausta pericula terræ,
Dum Latiũ Teucri, recidiuaq; Pergama quærunt?
Non satius cineres patriæ insedisse supremos,
Atq; solum, quo Troia fuit? Xanthũ, & Simoënta
Redde oro miseris: iterumq; reuoluere casus
Da pater Iliacos Teucris. Tum regia luno
Acta furore graui: Quid me alta silentia cogis
Rumpere? & obductum uerbis uulgare dolorem?
Aenean hominum quisquam, Diuûmq; subegit
Bella sequi? aut hostem regis se inferre Latino?
Italiam petijt fatis autoribus, esto,
Cassandræ impulsus furijs, num linquere castra
Hortati sumus? aut uitam committere uentis?
Num puero summam belli, num credere muros?

Tyrrhenámue fidem, aut gentes agitare quietas?
Ironia. Quis Deus in fraudem, quæ dura potentia nostra
Egit? ubi hîc Iuno, demißáue nubibus Iris?
Indignum est Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem, & patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus auus, cui Diua Venilia mater.
Quid face Troianos atra uim ferre Latinis?
Arma aliena iugo premere? atq; auertere prædas?
Quid soceros legere? & gremijs abducere pactas?
Pacem orare manu? præfigere puppibus arma?
Tu potes Aeneam manibus subducere Graiûm,
A maiore de suo officio. Proq́; uiro nebulam, & uentos obtendere inaneis,
Et potes in totidem classem conuertere nymphas.
Irrisio. Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse nefandũ est?
Aeneas ignarus abest: ignarus & absit,
Inuersio. Est Paphos, Idaliumq́; tibi, sunt alta Cythera,
Quid grauidã bellis urbem, et corda aspera tẽtas?
Nós ne tibi fluxas Phrigiæ res uertere fundo
Conamur? nos? an miseros qui Troas Achiuis
Obiecit? quæ causa fuit consurgere in arma
A causa superioris belli Troiani uerisimile facit Venerem etiã huius belli esse autorem. Europamq́;, Asiamq́;? & fœdera soluere furto?
Me duce Dardanius Spartã expugnauit adulter?
Aut ego tela dedi? fouiúe Cupidine bella?
Tunc decuit metuisse tuis, nunc sera querelis
Haud iustis assurgis, & irrita iurgia iactas.
Talibus orabat Iuno: cunctiq́; fremebant

Cœli

Cœlicolæ, assensu uario: ceu flamina prima,
Cûm deprehensa fremunt syluis, & cæca uolutant
Murmura, uenturos nautis prodentia uentos.
Tum pater omnipatens, rerum cui summa potestas Silentiũ loquẽte Ioue.
Infit: eò dicente Deûm domus alta silescit,
Et tremefacta solo tellus, silet arduus æther, (tus.
Tũ Zephiri posuere, premit placida æquora pon- Attentio.
Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta,
Quandoquidẽ Ausonios cõiungi fœdere Teucris
Haud licitum est, nec uestra capit discordia finem,
Quæ cuiq́; est fortuna hodie, quã quisq; secat spem,
Tros Rutulusúe fiat, nullo discrimine habebo,
Seu fatis Italûm castra obsidione tenentur,
Siue errore malo Troiæ, monitisq́; sinistris.
Nec Rutulos soluo, sua cuiq́; exorsa laborem,
Fortunamq́; ferent, rex Iuppiter omnibus idem,
Fata uiam inuenient. Stygij per flumina fratris,
Per pice torrenteis, atraq́; uoragine ripas, Alludit ad naturam Stygis.
Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.
Hic finis fandi, solio tum Iuppiter aureo
Surgit, cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circùm omnibus instant
Sternere cæde uiros, & mœnia cingere flammis,
Ast legio Aeneadum uallis obsessa tenetur,
Nec spes ulla fugæ: miseri stant turribus altis
Nequicquam, & rara muros cinxere corona.

Iasius Imbrasides, Hicetaoniusq; Tymœtes,
Assaracique duo, & senior cum Castore Tybris,
Prima acies, hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus & Hemon Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis Lyrnesius Agmon.
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menesthco.
Hi iaculis, illi certant defendere saxis:
Moliriq; ignem, neruoq; aptare sagittas.
Ipse inter medios Veneris iustissima cura
Dardanius caput ecce puer detectus honestum,
Qualis gemma micat, fuluum quæ diuidit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: uel quale per artem
Inclusum buxo, aut Oricia Terebyntho
Lucet ebur, fusos ceruix cui lactea crines
Accipit: & molli subnectit circulus auro.
Te quoq; magnanimæ uiderunt Ismare gentes
Vulnera dirigere, & calamos armare ueneno
Mæonia generose domo: ubi pinguia culta
Exercentq; uiri: Pactolusq; irrigat auro.
Affuit & Mnesthcus, quem pulsi pristina Turni
Aggere murorum sublimem gloria tollit:
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerant. Media Aeneas freta nocte secabat,
Namq; ut ab Euandro castris ingressus Hetruscis
Regem

Retulit ad Iulium Cæsarem, qui aliquoties nudo capite signa cũ hoste contulit

Regem adit, & regi memorat nomenq;, genusq;:
Quidue petat, quidue ipse ferat, Mezentius arma
Quæ sibi conciliet, uiolentaq; pectora Turni
Edocet: humanis quæ sit fiducia rebus
Admonet: immiscetq; preces, haud sit mora: Tarchon
Iungit opes, fœdusq; ferit, tum libera fatis
Classem conscendit iussis gens Lydia Diuûm,
Externo commissa duci, Aeneïa puppis
Prima tenet, rostro Phrygios subuecta leones,
Imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
Hic magnus sedet Aeneas, secumq; uolutat
Euentus belli uarios: Pallasq; sinistro
Affixus lateri, iam quærit sydera opacæ
Noctis iter: iam quæ passus terraq;, mariq;.
Pandite nunc Helicona Deæ, cantusq; mouete,
Quæ manus interea Thuscis comitetur ab oris
Aenean, armetq; rates, pelagoq; uehatur.
Massicus ærata princeps secat æquora Tigri:
Sub quo mille manus iuuenum, qui mœnia Clusi,
Quiq; urbem liquêre Cosas, queis tela, sagittæ,
Coruiq; leues humeris, & letifer arcus.
Vna toruus Abas, huic totum insignibus armis
Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes: at Iluatrecentos
Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Redit ad historiam de Tarchõte, quam pene in fine octaui libri relinquerat.

Catalogus ducum qui Aeneam secuti.

Tertius ille hominum, diuûmq; interpres Asylas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui sydera parent:
Et linguæ uolucrum, & præsagi fulminis ignes,
Mille rapit densos acie, atq; horrentibus hastis.
Hos parêre iubent Alpheæ ab origine Pisæ,
Vrbs Hetrusca solo, seqtur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens, & uersicoloribus armis.
Tercentum adijciunt, mens omnibus una sequendi,
Qui Cærête domo, qui sunt Minionis in aruis,
Et Pyrgi ueteres, intempestæq; Grauiscæ.
Non ego te Ligurum ductor, fortißime bello
Transierim Cycne, & paucis comitate Cupauo,
Cuius olorinæ surgunt de uertice pennæ,
Crimen amor uestrum, formæq; insigne paternæ:
Nanq; feruni luctu Cycnum Phaëthontis amati,
Populeas inter frondes, umbramq; sororum
Dum canit, & mœstum Musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam,
Linquentem terras, & sydera uoce sequentem.
Filius æquales comitatus classe cateruas,
Ingentem remis Centaurum promouet, ille
Instat aquæ, saxumq; undis immane minatur
Arduus, & longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicæ Mantus, & Thusci filius amnis:
Qui muros, matrisq; dedit tibi Mantua nomen,

Manto filia fuit Thyrrhesiæ uatis.

Mantua

Mantua diues auis, sed non genus omnibus unum.
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni,
Ipsa caput populis, Thusco de sanguine uires.
Hinc quoq; quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco uelatus arundine glauca
Mintius infesta ducebat in æquora pinu.
It grauis Auletes, centenaq; arbore fluctum
Verberat assurgẽs, spumãt uada marmore uerso,
Hunc uehit immanis Triton, & cœrula concha
Exterrens freta, cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem præfert, in Pistrin desinit aluus.
Spumea semifero sub pectore murmurat unda.
Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant
Subsidio Troiæ, & campos salis ære secabant.
Iamq; dies cœlo concesserat, almaq; curru
Noctiuago Phœbe medium pulsabat olympum.
Aeneas (neq; enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens, clauumq; regit, uelisq; ministrat.
Atq; illi medio in spacio, chorus ecce suarum
Occurrit comitum, nymphæ, quas alma Cybele
Numen habere maris, nymphasq; è nauibus esse
Iusserat, innabant pariter, fluctusq; secabant,
Quot prius æratæ steterant ad littora proræ.
Agnoscunt longè regem, lustrantq; choreis,
Quorum quæ fandi doctißima Cymodocea,
Ponè sequens, dextra puppim tenet, ipsaq; dorso

Non decet principẽ totam noctẽ somno traducere.

ὑποτύπωσις.

Eminet, ac læua tacitis subremigat undis,
Tum sic ignarũ alloquitur: Vigilas ne Deũm gens
Aenea? uigila, & uelis immitte rudentes.
Nos sumus Idææ sacro de uertice pinus,
Nunc pelagi nymphæ, classis tua, perfidus ut nos
Præcipites ferro Rutulus, flammáq; premebat,
Rupimus inuitæ tua uincula, teq; per æquor
Quærimus: hanc genitrix faciem miserata refecit,
Et dedit esse Deas, æuumq; agitare sub undis.
At puer Ascanius muro, fossisq; tenetur
Tela inter media, atq; horrentes Marte Latinos
Perstringit obscure historiam de præmissis equitibus Hetruscis. Iam loca iussa tenet forti permistus Hetrusco
Arcas eques, medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge agè, & aurora socios uenente uocari
Primus in arma iube, et clypeũ cape, quẽ dedit ipse
Inuictum ignipotens, atq; oras ambijt auro.
Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris,
Ingenteis Rutulæ spectabit cædis aceruos.
Dixerat: & dextra discedens impulit altam,
Haud ignara modi, puppim, fugit illa per undas
Ocyor & iaculo, & uentos æquante sagitta.
Indè aliæ celerant cursus, stupet inscius ipse
Tros Anchisiades, animos tamen omine tollit.
Tũ breuiter supera aspectans conuexa precatur:
Alma parens Idæa Deũm, cui Dindyma cordi,

Turrigeo

Turrigeræq; urbes, bijugiq; ad frena leones,
Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu ritè propinques
Augurium, Phrygibusq; adsis pede diua secundo.
Tantum effatus, & interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctemq; fugarat.
Principiò socijs edicit, signa sequantur,
Atq; animos aptent armis, pugnæq; parent se.
Iamq; in conspectu Teucros habet, & sua castra,
Stans celsa in puppi, clypeum tum deinde sinistra
Extulit ardentem, clamorem ad sydera tollunt
Dardanidæ ê muris, spes addita suscitat iras,
Tela manu iaciunt, quales sub nubibus atris
Ex Homeri Ilia. lib. 8. Strymoniæ dant signa grues, atq; æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntq; notos clamore secundo.
At Rutulo regi, ducibusq; ea mira uideri
Ausonijs, donec uersas ad littora puppes
Respiciunt, totumq; allabi classibus æquor.
Ardet apex capiti, cristisq; à uertice flamma
Funditur, & uastos umbo uomit aureus ignes.
Non secus ac liquida si quando nocte Cometæ
Sanguinei lugûbre rubent, aut Sirius ardor:
Ille sitim, morbosq; ferens mortalibus ægris
Nascitur, & læuo contristat lumine cœlum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Littora præripere, & uenienteis pellere terra.
Vltro animos tollit dictis, atq; increpat ultro.

Quod

Adhortatur milites ab necessario, utili, & honesto.

Quod uotis optastis, adest perfringere dextra.
In manibus Mars ipse, uiri, nunc coniugis esto
Quisq; suæ, tectiq; memor, nunc magna referto
Facta patrum, laudes: ultro occurramus ad undã,
Dum trepidi, egressisq; labant uestigia prima.
Audentes Fortuna iuuat.
Hæc ait. & secum uersat, quos ducere contrà,
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
ὑποτύπωσις. Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit, multi seruare recursus
Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu,
Per remos alij: speculatus littora Tarchon,
Quâ uada nõ sperat, nec fracta remurmurat undâ
Sed mare inoffensum crescenti allabitur æstu,
Aduertit subitò proras, sociosq; precatur:
Nunc ò lecta manus ualidis incumbite remis,
Tollite, ferte rates, inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcumq; sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Arrepta tellure semel: quæ talia postquam
Effatus Tarchon, socij consurgere tonsis,
Spumantesq; rates aruis inferre Latinis,
Donec rostra tenent siccum, & sedere carinæ
Omnes innocuæ: sed non puppis tua Tarchon,
Nanq; inflicta uadis dorso dum pendet iniquo,
Anceps, sustentata diu, fluctusq; fatigat,

Soluitur, atq; uiros medijs exponit in undis.

Fragmina remorum quos & fluitantia transtra
Impediunt, retrahitq; pedes simul unda relabens.
ὑποτύπωσις.
Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer
Totã aciem in Teucros, & contrà in littore sistit.
Signa canunt, primus turmas inuasit agrestes
Aeneas, omen pugnæ, strauitq; Latinos,
Occiso Therone, uirûm qui maximus ultro
Aeneam petit, huic gladio perq; ærea scuta,
Per tunicã squallentem auro, latus haurit apertũ.
Inde Lycam ferit, exectum iam matre perempta,
Et tibi Phœbe sacrum, casus euadere ferri
Cui licuit paruo, nec longè Cyßea durum,
Commemoratio cædiũ.
Immanemq; Gyan, sternentes agmina claua,
Deiecit leto, nihil illos Herculis arma,
Nil ualidæ iuuere manus, genitorq; Melampus,
Alcidæ comes, usq; graueis dum terra labores
Melanthon legit Pharo. in datiuo, & clamati.
Prebuit: ecce Pharon, uoces dum iactat inertes,
Intorquens iaculum, clamantis fixit in ore.
Tu quoq; flauentem prima lanugine malas
Dũ sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum,
Qui iuuenũ tibi semper erant, miserande iaceres,
Ni fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
Progenies, septem numero, septenaq; tela
Conijciunt, partim galea, clypeoq; resultant

Irrita

Irrita, deflexit partim stringentia corpus
Excitat sese recordatiõe suæ uirtutis
Alma Venus. fidum Aeneas affatur Achaten:
Suggere tela mihi (non ullum dextera frustra
Torserit in Rutulos) sleterãt quæ in corpore Grã
Iliacis campis, tũ magnam corripit hastã, (iũm
Et iacit, illa uolans clypei transuerberat æra
Mæonis, & thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor, fratremq; ruentem
Sustentat dextra, traiecto missa lacerto.
Protinus hasta fugit, seruatq; cruenta tenorem,
Dexteraq; ex humero neruis moribunda pependit.
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Aeneam petijt, sed non & figere contrà
Est licitum, magnũq; femur perstrinxit Achatæ.
Promiscue recenset, ut etiam res est gesta.
Hîc Curibus, fidens primæuo corpore, Clausus
Aduenit, & rigida Dryopen ferit eminus hasta,
Sub mentum grauiter pressa, pariterq; loquentis
Vocem, animamq; rapit traiecto gutture: at ille
Fronte ferit terrã, & crassum uomit ore cruorẽ.
Treis quoq; Threicios Boreæ de gente suprema,
Et treis, quos Idas pater, & patria Ismara mittit,
Per uarios sternit casus, occurrit Halesus,
Auruncæq; manus, subit & Neptunia proles,
Insignis Messapus equis, expellere tendunt
Cõparatio a uentis.
Nunc hi, nunc illi, certatur limine in ipso
Ausoniæ: magno discordes æthere uenti

Prælia

Prælia ceu tollunt, animis & uiribus æquis,
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.
Anceps pugna diu, stant obnixi omnia contra.
Haud aliter Troianæ acies, aciesq; Latinæ
Concurrunt, hæret pede pes, densusq; uiro uir.
At parte ex alia, qua saxa rotantia latè
Intulerat torrens, arbustaq; diruta ripis,
Arcades insuetos acies inferre pedestres
Vt uidit Pallas Latio dare terga sequaci,
Aspera queis natura loci dimittere quando
Suasit equos, unum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nũc dictis uirtutem accendit amaris:
Quò fugitis socij? per uos, & fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, deuictaq; bella,
Spemq; meã, patriæ quæ nunc subit æmula laudis,
Propositio ab honesto. Consilium.
Fidite ne pedibus: ferro rumpenda per hostes
Est uia, qua globus ille uirum densissimus urget,
Hæc uos & Pallanta ducem patria alta reposcit.
A possibilis
Numina nulla præmunt, mortali urgemur ab hoste
Ab impossibili.
Mortales, totidem nobis animæq; manusq;.
Ecce maris magno claudit nos obice pontus
Deest iam terra fugæ, pelago Troiã ne petemus? ** petetis.
Hæc ait, & medius densos prorumpit in hostes.
Pallantis strages quã suis exhortatis edidit
Obuius huic primùm fatis adductus iniquis
Fit Lagus, hunc, magno uellit dum pondere saxũ,
Intorto figit telo, discrimina costis

Per

Per medium quâ ſpina dedit, haſtamq; receptat
Oſſibus hærentem, quẽ non ſuper occupat Hisbon,
Ille quidem hoc ſperans, nam Pallas ante ruentem,
Dum furit, incautum crudeli morte ſodalis
Excipit, atq; enſem tumido in pulmone recondit.
Hinc Helenum petit, & Rhœti de gente uetuſta
Anchemolum, thalamos auſum inceſtare nouercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in aruis,
Daucia, Laride, Tymberq; ſimilima proles
Indiſcreta ſuis, gratusq; parentibus error.
At nunc dura dedit uobis diſcrimina Pallas,
Nam tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis,
Te deciſa ſuum Laride dextera quærit,
Semianimesq; micant digiti, ferrumq; retractant.
Arcadas accenſos monitu, & præclara tuentes
Facta uiri, miſtus dolor, et pudor armat in hoſtes.
Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea præter
Traijcit, hoc ſpacium, tantumq; moræ fuit illo,
Illo nanq; procul ualidam direxerat haſtam,
Quã medius Rhœteus intercipit, optime Teuthra,
Te fugiens, fratremq; Tyren: curruq; uolutus
Cædit ſemianimis Rutulorum calcibus arua.
Ac uelut optata uentis æſtate coortis,
Diſperſa immittit ſyluis incendia paſtor.
Correptis ſubitò mediis extenditur unà
Horrida per latos acies Vulcania campos,

Ille

Ille ſedens uictor flammas deſpectat ouanteis,
Nòn aliter ſociũm uirtus coit omnis in unum,
Teq; iuuat Palla, ſed bellis acer Haleſus,
Tendit in aduerſos, ſeq; in ſua colligit arma,
Hic mactat Ladona, Pheretaq;, Domodocumq;,
Strymonio dextram fulgenti diripit enſe,
Elatam in iugulum, ſaxo ferit ora Thoantis,
Oſſaq; diſpergit cerebro permiſta cruento.
Fata canens *ſyluis genitor, celarat Haleſum, *Cauens.
Vt ſenior leto canentia lumina ſoluit,
Iniècere manum Parcæ, telisq; ſacrarunt Parcæ.
Euandri, quem ſic Pallas petit antè precatus:
Da nunc Tybri pater ferro, quod miſsile libro,
Fortunam, atq; uiam duri per pectus Haleſi:
Hæc arma, exuuiasq; uiri tua quercus habebit.
Audijt illa Deus, dum texit Imaona Haleſus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
At non cæde uiri tanta perterrita Lauſus
Pars ingens belli ſinut agmina, primus Abantem
Oppoſitum interemit, pugnæ nodumq;, moramq;, Nodus pedi-
Sternitur Arcadiæ proles, ſternuntur Hetruſci, tum multi-
Et uos ò Graijs imperdita corpora Teucri, tudo eſt.
Agmina concurrunt, ducibusq; & uiribus æquis,
Extremi addenſant * acies, nec turba moueri *addenſent
Tela, manusq; ſinit, hinc Pallas inſtat, & urget.

Hinc contrà Lausus, nec multum discrepat ætas,
Egregij forma, sed queis fortuna negarat
In patriam reditus, ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator Olympi.
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
Soror Turni, nympha erat. Interea soror alma monet succurrere Lauso
Turnum, qui uolucri curru medium secat agmen,
Vt uidit socios: tempus desistere pugnæ,
Solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas
πάθος iræ: Debetur, cuperem ipse parens spectator adesset.
Hæc ait: & socij cesserunt æquore iusso.
At Rutulûm abscessu, iuuenis tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno, corpusq; per ingens
Lumina uoluit, obitq; truci procul omnia uisu,
Talibus & dictis it contra dicta Tyranni:
Exemplum gloriæ. Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni, sorti pater æquus utriq; est.
Talle minas: fatus medium procedit in æquor.
Frigidus Arcadibus coit in præcordia sanguis.
Desiluit Turnus bijugis, pedes apparat ire
Comminus, utq; leo, specula cùm uidit ac alta,
Pulchra ferocientis descriptio. Stare procul campis meditantem prælia taurum,
Aduolat, haud alia est Turni uenientis imago:
Hunc ubi contiguum missæ fore credidit hastæ,
Ire prior Pallas, si qua fors adiuuet ausum

Viribus imparibus, magnũq; ita ad æthera fatur:
Per patris hospitiũ, & mensas quas aduena adisti
Te precor Alcide, cœptis ingentibus adsis,
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
Victoremq; ferant morientia lumina Turni.
Audijt Alcides iuuenem, magnumq; sub imo
Corde premit gemitũ, lachrymasq; effudit inanes.
Tum genitor natum dictis affatur amicis:
Stat sua cuiq; dies, breue & irreparabile tempus
Omnibus est uitæ, sed famam extendere factis
Cõfutatio precũ ab exemplo. Hoc uirtutis opus. Troiæ sub mœnibus altis
Tot nati cecidere Deûm, quin occidit unà
Sarpedon mea progenies, etiam sua Turnum
Fata uocant, metasq; dati peruênit ad æui.
Sic dit: atq; oculos Rutulorum reijcit aruis.
At Pallas magnis emittit uiribus hastam,
Vaginaq; caua fulgentem diripit ensem:
Illa uolans, humeris surgunt quà tegmina summa,
Incidit, atq; uiam clypei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
Hic Turnus ferro præfixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atq; ita fatur:
Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat, ac clypeum, tot ferri terga, tot æris
Cùm pellis toties obeat circundata tauri,

Vibranti cuspis medium transuerberat ictu,
Loricæq; moras, & pectus perforat ingens,
Ille rapit calidum frustra de uulnere telum,
Vna eademq; uia sanguis q; animusq; sequuntur.
Corruit in uulnus, sonitum super arma dedêre,
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super assistens:
Σαρκάσμός. Arcades hæc inquit, memores mea dicta referte
Euandro, qualem meruit Pallanta remitto:
Quisquis honos tumuli, quicquid solamẽ humandi
Largior, haud illi stabunt Aeneïa paruo (cest,
Hospitia. & læuo pressit pede talia fatus
Exanimum, rapiens immania pondera baltei,
Impressumq; nefas, una sub nocte iugali,
Danaidum quæ iugulatrũt maritos Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamiq; cruenti.
Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.
Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudetq; potitus
Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ,
Et seruare modum rebus sublata secundis,
Exclamatione quis secundis rebus inflectur. Turno tempus erit, magno cùm optauerit emptum
Intactum Pallanta, & cùm spolia ista, diemq;
Oderit. at socij multo gemitu, lachrymisq;
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atq; decus magnum rediture parenti,
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert.

Cùm tamen ingentes Rutulorum linquis aceruos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior autor
Aduolat Aeneæ, tenui discrimine leti
Esse suos, tempus uersis succurrere Teucris.
Proxima quæq; metit gladio, latumq; per agmen
Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum
Cæde noua quærens, Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis, mensæ, quas aduena primus
Tunc adijt, dextræq; datæ. Sulmono creatos
Quatuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfens
Viuentes rapit, inferias quos immolet umbris,
Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammas.
Inde Mago procul infensam cùm tenderet hastam,
Ille astu subit, at tremebunda superuolat hasta,
Et genua amplectens, effatur talia supplex:
Per patrios manes, & spes surgentis Iuli,
Te precor, hanc animam serues, natoq; patriq;,
Est domus alta, iacent penitus defossa talenta
Cælati argenti, sunt auri pondera facti,
Infectiq; mihi, non hic uictoria Teucrũm
Vertitur, haud anima una dabit discrimina tanta.
Dixerat. Aeneas contrà cui talia reddit:
Argenti atq; auri memoras quæ multa talenta,
Gnatis parce tuis, belli commercia Turnus
Sustulit ista prior, iam tum Pallante perempto.

πάθος. Alludit ad priscũ morem, solebat enim litari principibus iugulatis aliquot hostibus.

Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iulus.
Sic fatus galeam læua tenet, atq; reflexa
Ceruice orantis capulo tenus abdidit ensem.
Nec procul Aemonides, Phœbi Triuiæq; sacerdos
Infula cui sacra redimibat tempora uitta,
Totus colluces ueste, atq; insignibus armis,
Quem congressus agit campo, lapsumq; superstãs
Immolat, ingentiq; umbra tegit, arma Serestus
Lecta refert humeris, tibi rex Gradiue trophœũ,
Instaurant acies Vulcani stirpe creatus
Cæculus, et ueniens Marsorum montibus Vmbro,
Dardanides contrà furit, Anxuris ense sinistram,
Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
Dixerat ille aliquid magnum, uimq; affore uerbo
Crediderat, cœloq; animum fortasse ferebat,
Canieq; sibi, & longos promiserat annos.
Tarquitus exultans contrà fulgentibus armis,
Syluicolæ Fauno Dryope quem nympha crearat,
Obuius ardenti sese obtulit, ille reducta
Loricam, clypeiq; ingensq; onus impedit hasta.
Tum caput orantis nequicquã, & multa parantis
Dicere, deturbat terræ, truncumq; repentè
Prouoluens, super hæc inimico pectore fatur:
Istic nunc metuende iace, non te optima mater
Cõdet humi, patrióue onerabit mẽbra sepulchro.
Alitis

Alitibus linquêre feris, aut gurgite mersum
Vnda ferat, pisces q; impasti uulnera lambent.
Protinus Antheum & Lycã, prima agmina Turni
Persequitur, fortemq; Numam, fuluumq; Camertẽ
Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnauit Amyclis.
Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq; manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribusq; arsisse, Iouis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.
Sic toto Aeneas desæuit in æquore uictor,
Vt semel intepuit mucro, quin ecce Nyphei
Quadrijuges in equos, aduersaq; pectora tendit,
Atq; illi longè gradientem, & dira frementem
Vt uidêre, metu uersi, retroq; ruentes,
Effunduntq; ducem, rapiuntq; ad littora currus.
Interea bijugis infert se Lucagus albis
In medios, fraterq; Liger, sed frater habenis
Flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Aeneas tanto feruore furentes,
Irruit, aduersaq; ingens apparuit hasta.
Cui Liger:
Non Diomedis equos, non currum cernis Achillis,
Aut Phrygiæ campos: nunc belli finis, & æui
His dabitur terris: ueiano talia latè

Amyclas silentium perdidit. Prouerb.

Vera fortitudo neque maledica est neq; minax

Dicta uolant Ligeri, sed non & Troius heros
Dicta parat contrà, iaculũ nam torquet in hostem.
Lucagus ut pronus pendens in uerbera telo
Admonuit bijugos, proiecto dum pede læuo
Aptat se pugnæ, subit oras hasta per imas
Fulgentis clypei, tum læuum perforat inguen.
Excussus curru moribundus uoluitur aruis.
Quem pius Aeneas dictis affatur amaris:

Σαρκάσμός.

Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut uanæ uertêre ex hostibus umbræ,
Ipse rotis saliens, iuga deseris, hæc ita fatus
Arripuit bijugos, frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus eodem:
Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Troiane, sine hãc animã, & miserere precãtis
Pluribus oranti Aeneas: haud talia dudum
Dicta dabas, morere, & fratrem ne desere frater.
Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquæ, uel turbinis atri
More furens: tãdem erũpunt, et castra relinquũt,
Ascanius puer, & nequicquam obsessa iuuentus.
Iunonem interea compellat Iuppiter ultro:
O germana mihi, atq; eadem gratissima coniux,
Vt rebare, Venus (nec te sententia fallit)

Troianas

Troianas sustentat opes, non inuida bello
Dextra uiris, animusq; ferox, patiensq; periclì:
Cui Iuno summissa: Quid ô pulcherrime coniux
Solicitas ægram, & tua tristia dicta timentem?
Si mihi, quæ quondam fuerat, quamq; esse decebat,
Vis in amore foret: non hæc mihi nanq; negares
Omnipotens: quin & pugnæ subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem seruare parenti.
Nunc pereat: Teucrisq; pio det sanguine pœnas.
Ille tamen nostra deducit origine nomen,
Pilumnusq; illi quartus pater, & tua larga
Sæpe manu, multisq; onerauit limina donis.
Cui rex ætherei breuiter sic fatur olympi:
Si mora præsentis leti, temposq; caduco
Oratur iuueni, meq; hoc ita ponere sentis:
Tolle fuga Turnum, atq; instantibus eripe fatis:
Hactenus indulsisse uacat: sin altior istis
Sub precibus uenia ulla latet: totumq; moueri,
Mutariue putas bellum: spes pascis inaneis.
Cui Iuno illachrymãs: quid si, quod uoce grauaris,
Mente dares? atq; hæc Turno rata uita maneret?
Nunc manet insontem grauis exitus: aut ego ueri
Vana feror: quod ut ô potius formidine falsa
Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.
Hæc ubi dicta dedit: cœlo se protinus alto

πάθος. Pilumnus ex Ioue.

Misit, agens hyemem nimbo succincta per auras,
Iliacamq; aciem, & Laurentia castra petiuit.
Tum Dea nube cana tenuem sine uiribus umbram.
In faciem Aeneæ (uisu mirabile monstrum)
Dardanijs ornat telis, clypeumq; iubasq;
Diuina assimulat capitis: dat inania uerba:
Dat sine mente sonum, gressusq; effingit euntis,
Morte obita quales fama est uolitare figuras,
Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
At primas læta antè acies exultat imago,
Irritatq; uirum telis, & uoce lacessit.
Instat cui Turnus, strideutemq; eminus hastam
Conijcit, illa dato uertit uestiga tergo.
Tum uerò Aenean aduersum ut cedere Turnus
Credidit, atq; animo spem turbidus hausit inanem
Quò fugis Aenea? thalamos ne desere pactos,
Hac dabitur dextra tellus quæsita per undas.
Talia uociferans sequitur, strictumq; coruscat
Mucronem, nec ferre uidet sua gaudia uentos.
Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, & ponte parato:
Quam rex Clusinis aduectus Osinius oris,
Huc sese trepida Aeneæ fugientis imago
Conijcit in latebras, nec Turnus segnior instat,
Exuperatq; moras, & pontes transilit altos.

Decorum, neq; ẽm decebat Turnũ fugere.

Ironia, per amphibologiam.

Vix

Vix proram attigerat, rupit Saturnia funem,
Auulsamq; rapit reuoluta per æquora nauem.
Illum autem Aeneas absentem in prælia poscit,
Obuia multa uirûm demittit corpora morti.
Tunc leuis haud ultra latebras iam quærit imago:
Sed sublime uolans nubi se immiscuit atræ
Cùm Turnum medio interea fert æquore turbo.
Respicit ignarus rerum ingratusq; salutis,
Et duplices cum uoce manus ad sydera tendit:
Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum
Duxisti? & tales uoluisti expendere pœnas?
Quò fero? unde abij? quæ me fuga? quemúe redu-
Laurentis ne iterũ muros, aut castra uidebo? (cet?
Quid manus illa uirûm, qui me, meaq; arma secuti?
Quosq; (nefas) omnes infanda in morte reliqui?
Et nunc palantes uideo, gemitumq; cadentum
Accipio, quid agam? aut quæ iã satis ima dehiscat
Terra mihi? uos ô potius miserescite uenti,
In rupes, in saxa, uolens uos Turnus adoro,
Ferte ratem, sæuisq; uadis immittite Syrtis,
Quò neq; me Rutuli, neq; conscia fama sequatur.
Hæc memorãs, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc,
An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per costas exigat ensem,
Fluctibus an iaciat medijs, & littora nando

Turni querela ab hoste ficto.

Fama conscia.

Curua

Curua petat, Teucrûmq; iterũ se reddat in arma,
Ter conatus utranq; uiam, ter maxima Iuno
Continuit, iuuenemq; animo miserata repressit.
Labitur alta secans, fluctuq;, æstuq; secundo,
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.
At Iouis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnæ, Teucrosq; inuadit ouantes.
Concurrunt Tyrrhenæ acies: atq; omnibus uni,
Vni, odijsq; uiro, telisq; frequentibus instant.
Ille uelut rupes, uastum quæ prodit in æquor
Obuia uentorum furijs, expostaq; ponto,
Vim cunctam, atq; minas perfert, cœliq; marisq;.
Ipsa immota manet: prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi: cum quo Latagum, Palmũq; fugacẽ:
Sed Latagum saxo, atq; ingenti fragmine montis
Occupat, os faciemq; aduersam, poplite Palmum
Succiso uolui segnem sinit, armaq; Lauso
Donat habere humeris, & uertice figere cristas.
Necnon Euantem Phrygum, Paridisq; Minanta
Aequalem, comitemq;, una quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
Cisseis regina Parin creat, urbe paterna
Occubat: ignarum Laurens habet ora Minanta.
Ac uelut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper; multos Vesulus quem pinifer annos

Decorũ in Thyrrenis obseruatũ, qui infensũ Mezentiũ oderant.

Alludit ad usum Hecubes

Mezentius cõparatur apro.

Defen-

Defendit, multosq; palus Laurentia, sylua
Pastus arundinea, postquam inter retia uentũ est,
Substitit: infremuitq; ferox, & inhorruit armis:
Nec cuiquam iracsci, propiús ue accedere uirtus,
Sed iaculis, tutisque procul clamoribus instant.
Haud aliter, iustæ quibus est Mezentius iræ,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro,
Missilibus longè, & uasto clamore lacessunt:
Ille autem impauidus partes cunctatur in omneis,
Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.
Venerat antiquis Coriti de finibus Acron,
Graius homo, infectos linquens profugus Hymenæos.
Hunc ubi miscentem longè media agmina uidit
Purpureum pennis, & pactæ coniugis ostro,
Impastus stabula alta leo ceu sæpe peragrans,
(Suadet enim uesana fames) si fortè fugacem
Conspexit capream, aut surgentẽ in cornua ceruũ:
Gaudet hians immane, comasque arrexit, et hæret
Visceribus super accumbens: lauit improba teter
Ora cruor.
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
Sternitur infelix Acron & calcibus atram
Tundit humum expirans: infractaq; tela cruentat.
Atq; idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere, nec iacta cæcum dare cuspide uulnus.

Obuius

Obuius aduersoq; occurrit, seque uiro uir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
Tum super abiectum posito pede nixus, & hasta.
Pars belli haud temnenda uiris, iacet altus Orodes
Conclamant socij lætum Pæana secuti.
παιᾶ uox triũphantis
Ille autem expirans, non me quicunq; es inulto,
Victor, nec longum lætabere, te quoq; fata
Prospectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.
Ad quem subridens mixta Mezentius ira:
Nũt morere: ast de me Diuũm pater, atq; hominum
Viderit, hoc dicens eduxit corpore telum. (rex
Olli dura quies oculos, & ferreus urget
Somnus in æternam clauduntur lumina noctem.
Cædicus Alcathoũ obtrũcat, Sacrator Hydaspen:
Partheniumq; Rapo, et prædurum uiribus Orsen:
Messapus Cloniumq; Lycaoniumq; Ericaten,
Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem,
Hũc peditem pedes, & Lycius processerat Agis,
Quem tamen haud expers Valerus uirtutis auitæ
Deijcit: Atronium Salius, Saliumq; Nealces,
Insignis iaculo, & longè fallente sagitta.
Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors
Funera, cædebant pariter, pariterq; ruebant
Victores, victiq; neq; his fuga nota, nec illis.
Dij. Dij Iouis in tectis iram miserantur inanem

Amborum, & tantos mortalibus esse labores.
Hinc Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno,
Pallida Tisiphone media inter millia sæuit.
At uerò ingentem quatiens Mezentius hastam (cordis.
Turbidus ingreditur cãpo: quàm magnus Orion, Tisiphone, id est, ultio
Cùm pedes incedit medij per maxima Nerĕi
Stagna uiam scindens, humero supereminet undas,
Aut summis referens annosam montibus ornum,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
Talis se uastis infert Mezentius armis,
Huic contrà Aeneas, speculatus in agmine longo,
Obuius ire parat, manet imperterritus ille,
Hostem magnum opperiens, & mole sua stat,
Atq; oculis spatium emensus, quantum satis hastæ:
Dextra mihi Deus, & telum quod missile libro,
Nunc adsint, uouco prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te Lause trophæum
Aeneæ, dixit. stridentemq; eminus hastam
Iecit: at illa uolans clypeo est excussa, proculq;
Egregium Anthorem latus inter, & ilia figit,
Herculis Anthorem comitem, qui missus ab Argis
Hæserat Euandro, atq; Itala consederat urbe.
Sternitur infelix alieno uulnere, cœlumq;
Aspicit: & dulceis moriens reminiscitur Argos. πάτρος a patria.
Tum pius Aeneas hastam iacit; illa per orbem

Aëre cauum triplici, per linea terga, tribusq́;
Transijt intextum tauris opus, imaq́; sedet
Inguine, sed uires haud pertulit, ocyus ensem
Aeneas uiso Tyrrheni sanguine lætus
Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat:
Ingemuit chari grauiter genitoris amore,
Vt uidit, Lausus, lachrymæque per ora uolutæ.
Hic mortis duræ casum, tuaq́; optima facta,
Si qua fidem tanto est operi latura uetustas,
Non equidem, nec te iuuenis memorande silebo.
Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus
Cedebat, clypeoq́; inimicum hastile trahebat:
Proripuit iuuenis, seseque immiscuit armis,
Iamq́; assurgentis dextræ, plagamq́; ferentis
Aeneæ subijt mucronem, ipsumque morando
Sustinuit, socij magno clamore sequuntur,
Cum genitor nati parma protectus abiret,
Telaque conijciunt, proturbantq́; eminus hostem
Mißilibus: furit Aeneas, tectusque tenet se.
At uelut effusa si quando grandine nimbi
Præcipitant, omnis campis diffugit arator:
Omnis & agricola, & tuta latet arce uiator.
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris, ut poßint sole reducto
Exercere diem: sic obrutus undiq; telis

Αποστροφή ad Lausum.

Aeneas,

Aeneas, nubem belli dum detinet, omneis
Sustinet, & Lausum increpitat, Lausoq́; minatur:
Quò moriture ruis? maioraq́; uiribus audes?
Fallit te incautum pietas tua, nec minus ille
Exultat demens: sæuæ iamq́; altius iræ
Dardanio surgunt ductori: extremaq́; Lauso
Parcæ filia legunt. ualidum nanq; exigit ensem
Per medium Aeneas iuuenem, totumq́; recondit.
Transijt & parmam mucro leuia arma minacis,
Et tunicam, molli mater quam nouerat auro,
Impleuitq́; sinum sanguis, tum uita per auras
Conceßit mœsta ad manes, corpusq́; reliquit.
At uerò ut uultum uidit morientis, & ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserans grauiter, dextramq́; tetendit,
Et mentem patriæ subijt pietatis imago.
Quid tibi nunc miserande puer, pro laudibus istis?
Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma quibus lætatus, habe tua, teq́; parentum
Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,
Aeneæ magni dextra cadis, increpat ultro
Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum
Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Interea genitor, Tyberim ad fluminis undam

Extenuatio

Alludit ad impietatem Mezentij.

Ff

Vulnera siccabat lymphis, corpusq; leuabat
Arboris accliuis trunco, procul ærea ramis
Dependet galea, & prato grauia arma quiescunt.
Stant lecti circùm iuuenes: ipse æger, anhelans
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam,
Multa super Lauso rogitat: multosq; remittit,
Qui reuocent, mœstiq; ferant mandata parentis.
At Lausum socij exanimum super arma ferebant
Flentes ingentem, atq; ingenti uulnere uictum.
Agnouit longè gemitum præsaga mali mens,
Caniciem immundo deformat puluere, & ambas
Ad cœlum tendit palmas, & corpore inhæret:
Exclamatio Tantăne me tenuit uiuendi nate uoluptas?
Vt pro me hostili paterer succedere dextræ,
Quĕ genui? tuá ne hæc genitor per uulnera seruor,
Morte tua uiuens? heu nunc misero mihi demum
Exilium infelix: nunc altè uulnus adactum:
Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,
Pulsus ob inuidiam solio, sceptrisq; paternis,
Debueram patriæ pœnas, odijsq; meorum
Omneis per mortes animam sontem ipse dedisse:
Nunc uiuo: neq; adhuc homines, lucemq; relinquo,
Sed linquam: simul hæc dicens attollit in ægrum
Se femur, & quanquam uis alto uulnere tardat,
Haud deiectus: equum duci iubet, hoc decus illi,

Hoc

Hoc solamen erat, bellis hoc uictor abibat
Omnibus, alloquitur mœrentem, & talibus infit:
Rhœbe diu (res si qua diu mortalibus ulla est)
Viximus: aut hodie uictor spolia illa cruenta,
Et caput Aeneæ referes, Lausiq; dolorum
Vltor eris mecum: aut, aperit si nulla uiam uis,
Occumbes pariter, neq; enim fortissime credo
Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucros.
Dixit: & exceptus tergo consueta locauit
Membra: manusq; ambas iaculis onerauit acutis,
Aere caput fulgens, cristaq; hirsutus equina.
Sic cursum in medios rapidus dedit, æstuat ingens
Imo in corde pudor, miscŵq; insania luctu,
Et furijs agitatus amor, & conscia uirtus:
Atq; hic Aeneam magna ter uoce uocauit.
Aeneas agnouit eum, lætusq; precatur:
Sic pater ille Deûm faciat, sic altus Apollo,
Incipias conferre manum.
Tantum effatus: & infesta subit obuius hasta.
Ille autem: Quid me erepto sæuissime nato
Terres? hæc uia sola fuit, qua perdere posses:
Nec mortem horremus: nec Diuûm parcimus ulli,
Desine: iam uenio moriturus, & hæc tibi porto
Dona prius. dixit: telumq; intorsit in hostem,
Inde aliud super, atq; aliud figitq;, uolatq;

πάθος ab equo, sunt em in equo præsagia.

Adfectus.

Aeneas pha.

Ingenti Gyro: sed sustinet aureus umbo.
Ter circùm adstantem læuos equitauit in orbes,
Tela manu iaciens, ter secum Troïs heros
Immanem ærato circumfert tegmine syluam.
Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tædet
Vellere, & urgetur pugna congressus iniqua,
Nempe pedes cũ equite. Multa mouens animo, iam tãdem erũpit, & inter
Bellatoris equi caua tempora conijcit hastam.
Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
Verberat: effusum q; equitem super ipse secutus
Implicat, ecto q; incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt cœlum, Troës q;, Latini q;,
Aduolat Aeneas: uagna q; eripit ensem,
Et super hæc: ubi nunc Mezentius acer? & illa
Irriſio. Effera uis animi? contra Tyrrhenus, ut auras
Suspiciens hausit cœlum, mentem q; recepit:
Hostis amare, quid increpitas, mortem q; minaris?
Nullum in cæde nefas, nec sic ad prælia uèni:
Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.
Vnũ hoc per (si qua est uictis uenia hostibus) oro,
Corpus humo patiare tegi: scio acerba meorum
Circumstare odia, hunc oro defende furorem,
Et me consortem nati concede sepulchro.
Hæc loquitur, iugulo q; haud inscius accipit ensem:
Vndanti q; animam diffundit in arma cruore.

P. VER-

PVB. VERGILII MARONIS
Aeneidos liber Vndecimus.

ARGVMENTVM.

Vndecimo Euandri luctus, & iurgia Drancis,
Fata q; narrantur dia Camillatua.

Oceanum interea surgens aurora reliquit.
Aeneas (quanquam & socijs dare tempus humandis
Præcipitant curæ, turbata q; funere mens est)
Vota Deũm primo uictor soluebat Eoo.
Ingentem quercum decisis undiq; ramis
Constituit tumulo: fulgentia q; induit arma,
Mezenti ducis exuuias (tibi magne trophæum
Bellipotens) aptat rorantes sanguine cristas,
Tela q; trunca uiri, & bis sex thoraca petitum,
Perfossumque locis, clypeumque ex ære sinistræ
Subligat, atq; ensem collo suspendit eburnum.
Tum socios (nam q; omnis eum stipata tegebat
Turba ducum) sic incipiens hortatur ouanteis:
Maxima res effecta uiri, timor omnis abesto,
Quod super est, hæc sunt spolia, & de rege superbo
Primitiæ, manibus q; meis Mezentius hic est. (bo.
Nunc iter ad regem nobis, muros q; Latinos.

Consilium et hortatio.

Arma parate animis, & spe præsumite bellum,
Ne qua mora ignaros, ubi primùm uellere signa
Annuerint superi, pubemq; educere castris,
Impediat, segnesq; metu sententia tardet.
Interea socios, inhumataq; corpora terræ
Mandemus, qui solus honos Acherõte sub imo est.
Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus, mœstamq; Euandri primus ad urbem
Mittatur Pallas, quem non uirtutis egentem
Abstulit atra dies: & funere mersit acerbo.
Sic ait illachrymans, recipitq; ad limina gressum
Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acetes
Seruabat senior, qui Pharrhasio Euandro
Armiger antè fuit, sed non felicius æquè
Tum comes auspicijs charo datus ibat alumno.
Circùm omnes, famulûmq; manus, Troiánaq; turba
Et mœstæ Iliades crinem de more solutæ:
Vt uerò Aeneas foribus sese intulit altis,
Ingentem gemitum tunsis ad sydera tollunt
Pectoribus, mœstoq; immugit regia luctu.
Ipse caput niuei fultum Pallantis, & ora
Vt uidit, leuiq; patens in pectore uulnus,
Cuspidis Ausoniæ, lachrymis ita fatur obortis:
Tene, inquit, miserande puer, cùm læta ueniret,

Μάθος eorũ qui perierunt.

Inuidit fortuna mihi? ne regna uideres
Nostra? neq; ad sedes uictor ueherere paternas?
Non hæc Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam, cùm me complexus euntem
Mitteret in Magnum imperiũ, metuensq; moneret
Acreis esse uiros: cum dura prælia gente.
Et nunc ille quidem spe multum captus inani,
Fors & uota facit, cumulatq; altaria donis.
Nos iuuenem exanimum, & nil iam cœlestibus ullis
Debentem, uano mœsti comitamur honore,
Infelix nati funus crudele uidebis.
Hi nostri reditus, expectatiq; triumphi,
Hæc mea magna fides: at non Euandre pudendis
Vulneribus pulsum aspicies, nec sospite dirum
Optabis nato funus pater, hei mihi quantum
Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iule:
Hæc ubi defleuit, tolli miserabile corpus
Imperat: & toto lectos ex agmine mittit
Mille uiros, qui supremum comitentur honorem,
Intersintq; patris lachrymis, solatia luctus
Exigua ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes alij crates, & molle pheretrum
Arbuteis texunt uirgis, & uimine querno,
Extructosq; toros obtentu frondis inumbrant.
Hic iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt.

Cõparatio. Qualem uirgineo demessum pollice florem,
Seu mollis uiolæ, seu languentis hyacinthi,
Cui neq; fulgor adhuc, necdum sua forma recessit,
Non iam mater alit tellus, uiresq; ministrat.
Tum geminas uestes, ostroq;, auroq; rigentes
Extulit Aeneas, quas illi læta laborum
Cõmendatio tacita purpuræ. Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas discreuerat auro,
Nam nulla melior fuit Sidonia uel Tyria: Harum unam iuueni supremum mœstus honorem
Induit, arsurasque comas obnubit amictu,
Multaque præterea Laurentis præmia pugnæ
Aggerat, & longo prædam iubet ordine duci.
Addit equos, & tela, quibus spoliauerat hostem.
Vinxerat & post terga manus, quos mitteret um (bris
Inferias, cæso sparsuros sanguine flammas:
Indutosq; iubet truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces: inimicaq; nomina figi.
Ducitur infelix æuo confectus Acetes,
Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora
Sternitur & toto proiectus corpore terræ.
Ducunt & Rutulo perfusos sanguine currus.
Humani affectus. Post bellator equus, positis insignibus, Aethon
It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora.
Hastam alij, galeamque ferunt, nam cætera Turnus
Victor habet: tũ mœsta Phalãx, Teucriq; sequũtur

Tyrr

Thyrrheniq; duces, & uersis Arcades armis.
Postquam omnis longè comitũ processerat ordo,
Substitit Aeneas, gemituq; hæc addidit alto:
Nos alias hinc ad lachrymas eadem horrida belli
Fata uocant: salue æternum mihi maxime Palla,
Aeternumq; uale. nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, gressumq; in castra ferebat,
Iamq; Oratores aderant ex urbe Latina,
Velatirantis oleæ, ueniamq; rogantes, Olea, indicium pacis.
Corpora per campos, ferro quæ fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo fineret succedere terræ,
Nullum cum uictis certamen, & æthere cassis, Ratio:
Parceret hospitibus quondam, socerisq; uocatis.
Quos bonus Aeneas haud aspernanda precantes
Prosequitur uenia, & uerbis hæc insuper addit:
Quænam uos tanto fortuna indigna Latinu Conquestio per interrogationem.
Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem ne exanimis, & martis sorte peremptis
Oratis? equidem & uiuis concedere uellem. A maiori. Excusatio.
Nec uẽni, nisi fata locum, sedemq; dedissent,
Nec bellum cum gente gero, rex nostra reliquit
Hospitia, & Turni potius se credidit armis.
Aequius huic Turnum fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Apparat, his decuit mecum concurrere telis.

Vixet, cui uitam deus, aut sua dextra dedisset.
Nunc ite, & miseris supponite ciuibus ignem.
Dixerat Aeneas, olli obstupuere silentes,
Conuersíq; oculos inter se, atq; ora tenebant.
Tum senior, semperq; odijs, & crimine Drances
Infensus iuueni Turno, sic ore uicissim
Orsa refert: O fama ingens, ingentior armis
Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus æquem,
Iustitiæne prius mirer, belline laborum?
Nos uerò hæc patriam grati referemus ad urbem.
Et te, si qua uiam dederit fortuna, Latino
Iungemus regi, quærat sibi fœdera Turnus.
Quin & fatales murorum attollere moles,
Saxaq; subuectare humeris Troiana iuuabit.
Dixerat hæc, unoq; omnes eadem ore fremebant.
Bis senos pepigere dies, & pace sequestra
Per syluas Teucri, mistiq; impunè Latini
Errauere iugis, ferro sonat alta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad sydera pinus,
Roboraneè cuneis, & olentem scindere cedrum,
Nec plaustris cessant uectare gementibus ornos.
Et iam fama uolans tanti prænuncia luctus,
Euandrum, Euandriq; domos, & mœnia complet,
Quæ modo uictorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, & de more uetusto

Funeo-

Funereas rapuere faces, lucet uia longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros:
Contrà turba Phrygum ueniens plangentia iungit
Agmina, quæ postquam matres succedere tectis
Viderunt, mœstam incendunt clamoribus urbem.
At non Euandrum potis est uis ulla tenere,
Sed uenit in medios, pheretro Pallanta reposto
Procubuitsup, atq; hæret, lachrymãsq; gemenscq;.
Et uix tandem uoci laxata dolore est.
Non hæc ò Palla dederas promissa parenti,
Cautius ut sæuo uelles te credere Marti.
Haud ignarus eram, quantũ noua gloria in armis,
Et prædulce decus primo certamine posset.
Primitiæ iuuenis miseræ, belliq; propinqui,
Dura rudimenta, & nulli exaudita Deorum
Vota, precesq; meæ: tuq; ò sanctissima coniux,
Felix morte tua, neq; in hunc seruata dolorem.
Contrà ego uiuendo uici mea fata, superstes
Restarem ut genitor, Troum socia arma secutus
Obruerent Rutuli, telis animam ipse dedissem,
Atq; hæc pompa domum me, nõ Pallanta referret.
Nec uos arguerim Teucri, nec fœdera, nec quas
Iunximus hospitio dextras, sors ista senectæ
Debita erat nostræ, quòd si immatura manebat
Mors natum, cæsis Volscorum millibus ante

Ducem-

Εἰκὼν ἢ gestu.

Cõsolatio. Ducentem in Latium Teucros cecidisse iuuabit.
Quin ego non alio digner te funere Palla,
Quàm pius Aeneas, & q̃ magni Phryges, & quàm
Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis,
Magna trophœa ferũt, quos dat tua dextera leto.
Tu quoq; nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par ætas, & idem si robur ab annis,
Turne: sed infelix Teucros quid demoror armis?
Vadite, & hæc memores regi mandata referte:
Quòd uitam moror inuisam, Pallante perempto,
Vindicta. Dextera causa tua est, Turnum gnatoq́; patriq́;
Quam debere uides, meritis uacat hic tibi solus
Fortunæq́; locus: non uitæ gaudia quæro,
Nec fas, sed gnato manes perferre sub imos.
Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera, atq; labores.
Iam pater Aeneas, iam curuo in littore Tarchon
Constituêre pyras, huc corpora quisq; suorum
More tulere patrum, subiectisq́; ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine cœlum.
Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Ritus funerum. Decurrêre rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis, ululatusq́; ore dedere.
Spargitur et tellus lachrymis, spargũtur et arma.
It cœlo clamorq́; uirûm, clangorq́; tubarum,

Hinc

Hinc alij spolia occisis direpta Latinis
Conijciunt igni galeas, ensesq́; decoros,
Frenaq́;, feruentesq́; rotas, pars munera nota
Ipsorum clypeos, & non felicia tela.
Multa locum circa mactantur corpora morti.
Setigerosq́; sues, raptasq́; ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes, tum littore toto
Ardenteis spectant socios, semustaq́; seruant
Busta, neq; auelli possunt, nox humida donec
Inuertit cœlum stellis fulgentibus aptum.
Nec minus & miseri diuersa in parte Latini
Innumeras struxere pyras, & corpora partim
Multa uirûm terræ infodiunt, auectaq́; partim
Finitimos tollunt in agros, urbiq́; remittunt.
Cætera, confusæq́; ingentem cædis aceruum,
Nec numero, nec honore cremant, tũc undiq; uasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam cœlo dimouerat umbram,
Mœrentes altum cinerem, & confusa ruebant
Ossa focis, tepidoq́; onerabant aggere terræ.
Iam uerò in tectis prædiuitis urbæ Latini
Præcipuus fragor, & longè pars maxima luctus.
Hic matres, miseræq́; nurus, hîc chara sororum
Pectora mœrentum, pueriq́; parentibus orbi
Dirum execrantur bellum, Turniq́; Hymenæos,

Alludit ad priscũ morẽ, solebant eñ uino flãmas extinguere, priusquam oñia igni perijssent.

παρασκευη ad consilium Latini de pace, & contentionem Turni & Drancis.

Ipsum

Ipſum armis, ipſumq; iubent decernere ferro,
Qui regnũ Italiæ, & primos ſibi poſcat honores.
Ingrauat hæc ſæuus Drances, ſolumq; uocari
Teſtatur, ſolum poſci in certamina Turnum,
Multa ſimul contrà uarijs ſententia dictis
Pro Turno: & magnum reginæ nomen obumbrat,
Multa uirum meritis ſuſtentat fama trophœis.
Hos inter motus medio flagrante tumultu,
Ecce ſuper mœſti magni Diomedis ab urbe
Legati reſponſa ferunt, nihil omnibus actum
Tantorum impenſis operum, nil dona, nec aurum,
Nec magnas ualuiſſe preces, alia arma Latinis
Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendũ.
Deficit ingenti luctu rex ipſe Latinus,
Fatalem Aeneam manifeſto numine ferri
Admonet ira Deũm, tumuliq; ante ora recentes.
Consultatio de rebus regni. Ergo concilium magnum, primoſq; ſuorum
Imperio accitos alta intra limina cogit.
Olli conuenere, fluuntq; ad regia plenis
rex maximus. Tecta uijs, ſedet in medijs & maximus æuo,
Et primus ſceptris haud læta fronte Latinus.
Atq; hic legatos Aetola ex urbe remiſſos,
Quæ referant, fari iubet, & reſponſa repoſcit
Ordine cuncta ſuo, tunc facta ſilentia linguis,
Et Veiulus dicto parens, ita fatur infit:

Vidimus

Vidimus ô ciues Diomedem, Argiuaq; caſtra,
Atq; iter emenſi caſus ſuperauimus omneis,
Contigimusq; manum qua concidit Ilia tellus,
Ille urbem Argiripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebit Iapygis agris.
Poſtquam introgreſſi, & coràm data copia fandi,
Munera præferimus, nomen, patriamq; docemus,
Qui bellũ intulerint, quæ cauſa attraxerit Arpos.
Auditis ille hæc placido ſic reddidit ore:
O fortunatæ gentes Saturnia regna,
Antiqui Auſonij, quæ uos fortuna quietos
Sollicitat? ſuadetq; ignota laceſſere bella?
Quicunq; Iliacos ferro uiolauimus agros,
(Mitto ea, quæ muris bellando exhauſta ſub altis,
Quos Simois premit ille uiros) infanda per orbem
Supplicia, & ſcelerũ pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miſeranda manus, ſcit triſte Mineruæ
Sydus, & Euboicæ cautes, ultorq; Caphareus.
Militia ex illa diuerſum ad littus adacti,
Atrides Protei Menelaus aduſq; columnas
Exulat, Aetnæos uidit Cyclopas Vlyſſes.
Regna Neoptolemi referam? euerſos q; penates
Idomenei? Libycóue habitantes littore Locros?
Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuũm
Coniugis infandæ prima intra limina dextra

Oppes

Oratio credita & fine exordio.

Diſſuadetur Græcorum exemplis.

πάθος ab auxeſi.

Oppetijt, deuicta Asia subsedit adulter.
Inuidisse Deos, patrijs ut redditus oris,
Coniugium optatũ, & pulchrã Calydona uiderẽt
Nunc etiam horribili uisu portenta sequuntur:
Aues Diomedeæ. Plinius lib. 10. cap. 44.
Et socij amissi petierunt æthera pennis:
Fluminibusq; uagantur aues (heu dira meorum
Supplicia) et scopulos lachrymosis uocibus implẽt.
Hæc adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, cum ferro cœlestia corpora demens
Appetij: & Veneris uiolaui uuluere dextram.
Epilogus dissuasionis.
Ne uerò, ne me ad tales impellite pugnas,
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama, nec ueterum memini, lætórue malorum.
Munera, quæ patrijs ad me portastis ab oris,
Vertite ad Aeneam: stetimus tela aspera contra,
Consilium.
Contulimusq; manus, experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastã:
Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra uiros, ultro Inachias uenisset ad urbes
Dardanus, & uersis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,
Hectoris, Aeneæq; manu uictoria Graiũm
Hæsit, & in decimum uestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis.
Hic pietate prior: coẽant in fœdera dextræ,

Quã

Quà datur, ast armis concurrant arma, cauete.
Et responsa simul quæ sint, rex optime regum
Audisti, & quæ sit magno sententia bello.
Vix ea legati, uariusq; per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor, ceu saxa morantur
Cùm rapidos amnes, clauso fit gurgite murmur,
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus undis.
Vt primùm placati animi, & trepida ora quierũt,
Præfatus Diuos, solio rex insit ab alto:
Antè equidem summa de re statuisse Latini
Et uellem, & fuerat melius, non tempore tali
Cogere concilium, cùm muros obsidet hostis.
Bellum importunum ciues cum gente Deorum,
Inuictisq; uiris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec uicti possunt absistere ferro.
Spem si quam accitis Aetolum habuistis in armis,
Ponite: spes sibi quisq;, sed hæc q̃ angusta, uidetis.
Cætera qua rerum iaceant perculsa ruina,
Ante oculos, interq; manus sunt omnia uestras.
Occupatio.
Nec quenquam incuso, potuit quæ plurima uirtus
Esse, fuit, toto certatum est corpore regni.
Nunc adeo quæ sit dubiæ sententia menti
Expediam: & paucis (animos adhibete) docebo:
Consultatio.
Est antiquus ager Thusco mihi proximus amni,
Longus in occa sum, fines super usq; Sicanos.

Aurunci, Rutuliq; ferunt, & uomere duros
Exercent colles, atq; horum asperrima poscunt.
Hæc omnis regio, & celsi plaga pinea montis
Cedat amicitiæ Teucrorum, & fœderis æquæ
Dicamus leges: sociosq; in regna uocemus.
Considant, si tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios fines, aliamq; capessere gentem,
Est animus, possuntq; solo decedere nostro,
Bis denas Italo texamus robore naueis,
Seu plures complere ualent, iacet omnis ad undã
Materies, ipsi numerumq;, modumq; carinis
Præcipiant, nos æra, manus, naualia demus.
Romanorũ insigna. Præterea, qui dicta ferant, & fœdera firment,
Centum Oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisq; manu prætendere ramos,
Munera portantes eborisq;, auriq; talenta,
Et sellam regni, trabeamq; insignia nostri.
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis.
Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua inuidia, stimulisq; agitabat amaris,
Largus opum, & lingua melior, sed frigida bello
Dextera, consilijs habitus non futilis autor.
Seditione potens, genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat.
Surgit, & his onerat dictis, atq; aggerat iras:

Rem

Rem nulli obscuram, nostræ nec uocis egentem
Consulis ò bone Rex, cuncti se scire fatentur,
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatusq; remittat,
Cuius ob auspicium infaustum, moresq; sinistros,
(Dicã equidem, licet arma mihi, mortẽq; minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamq; uidemus
Consedisse urbem luctu, dum Troia tentat
Castra, fugæ fidens, & cœlum territat armis.
Vnum etiam donis istis, quæ plurima mitti
Dardanidis, duciq; iubes, unum optime regum
Adijcias, nec te ullius uiolentia uincat,
Quin gnatã egregio genero, digniq; Hymanæis
Des pater, & pacem hanc æterno fœdere iungas.
Quòd si tantus habet mentes, & pectora terror,
Ipsum obtestemur, ueniamq; oremus ab ipso,
Cedat ius proprium regi, patriæq; remittat,
Quid miseros toties in aperta pericula ciues
Proijcis? ò Latio caput horum, & causa malorũ,
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes
Turne, simul pacis solum inuiolabile pignus.
Primus ego, inuisum quem tu tibi fingis & esse,
Nil moror, en supplex uenio, miserere tuorum,
Pone animos, & pulsus abi, sat funera fusi
Vidimus, ingentes & desolauimus agros.

Benevolentia ab assensu, qua exoratur.

Antithesis.

Ironia.

Exclamatio inuidiosa.

Argumentũ a necessario

Ironia.

Occupatio. Aut si fama mouet, si tantum pectore robur
Concipis, & si adeò dotalis regia cordi est,
Ironia. Aude, atq; aduersum fidens fer pectus in hostem.
Scilicet ut Turno contingat regia coniux.
Abhonesto Nos animæ uiles, inhumata, infletaq; turba
Sternamur campis, etiam tu, si qua tibi uis,
Abruptus finis. Si patrij quid Martis habes, illum aspice contrà,
Qui nocat.
Talibus exarsit dictis uiolentia Turni,
Dat gemitum, rumpitq; has imo pectore uoces:
Larga quidem semper Drance tibi copia fandi,
Tunc cùm bella manus poscunt: patribusq; uocatis
Primus ades, sed non replenda est curia uerbis,
Ironia. Quæ tutò tibi magna uolant, dum distinet hostem
Agger murorum, nec inundant sanguine fossæ.
Proinde tona eloquio, solitum tibi, meq; timoris
Argue tu Drance, tot quando stragis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit, passimq; trophæis
Insignis agros, posit quid uiuida uirtus,
Experiare licet: nec longè scilicet hostes
Quærendi nobis, circumstant undiq; muros.
Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauors
Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis
Expurgatio obiectorum Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquam meritò fœdissimè pulsum
Arguet,

Arguet: Iliaco tumidum qui crescere Tybrin
Sanguine & Euandro totam cum stirpe uidebit
Procubuisse domum, atq; exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias, & Pandarus ingens,
Et quos mille die uictor sub tartara misi
Inclusus muris, hostiliq; aggere septus.
Nulla salus bello? capiti cane talia demens
Dardanio, rebusq; tuis, proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atq; extollere uires
Gentis bis uictæ: contrà premere arma Latini.
Extenuatio Nũc & Myrmidonũ proceres Phrygia arma tre-
Nũc & Tydides, et Lariss æus Achilles, (miscũt
Ironia. Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas.
Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit,
Decorum. Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
Nunquã animã talem dextra hac (absiste moueri)
Amittes, habitet tecum, & sit pectore in isto.
Cõsultatio per concessionem. Nunc ad te, & tua magne pater cõsulta reuertor,
Si nullam nostris ultrà spem ponis in armis,
Si tam deserti sumus, & semel agmine uerso,
Funditus occidimus, nec habet fortuna regressum,
Oremus pacem, & dextras tendamus inermes.
Quanquam ò si solitæ quicquam uirtutis adesset,
De Mezentio loquitur. Ille mihi ante alios, fortunatusq; laborum,
Egregiusq; animi, qui, ne quid tale uideret,

Procubuit moriens, & humũ semel ore momordit.
Abauxilijs — Sim & opes nobis, & adhuc intacta iuuentus,
Auxilioq; urbes Italæ, populiq; supersunt,
Sim & Troianis cum multo gloria uenit
Sanguine: sunt illis sua funera, parq; per omneis
Tempestas, cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
A fortuna quæ potest uertere oẽs casus istos. — Multa dies, uariusq; labor mutabilis æui
Rettulit in melius, multos alterna reuisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.
Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi,
At Messapus erit, felixq; Tolumnius, & quos
Tot populi misere duces, nec parua sequetur
Gloria delectos Latio, & Laurentibus agris.
Est & Volscorum egregia de gente Camilla,
Postrema consultatio mis pars. — Agmen agens equitũ, & florentes ære cateruas.
Quòd si me solum Teucri in certamina poscunt,
Idq; placet, tantumq; bonis communibus obsto,
Non adeò has exosa manus uictoria fugit,
Vt tanta quicquam prospe tentare recusem.
Ibo animis contrà, uel magnum præstet Achillem.
Factaq; Vulcani manibus paria induat arma
Ille licet, uobis animam hanc, soceroq; Latino
Turnus ego, haud ulli ueterum uirtute secundus,
Deuotio. — Deuouco: solum Aeneas uocat, & uocet, oro.

Nec

Nec Drances potius, siue est hæc ira deorum,
Morte luat, siue est uirtus & gloria, tollat.
Illi hæc inter se dubijs de rebus agebant
Certantes: castra Aeneas, aciemq; mouebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnisq; urbem terroribus implet.
Instructos acie Tyberino à flumine Teucros,
Tyrrhenamq; manum totis descendere campis.
Extemplò turbati animi, concussaq; uulgi
Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ,
Arma manu trepidi poscũt, fremit arma iuuentus,
Flent mœsti, mussantq; patres, hic undiq; clamor
Dissensu magnus uario se tollit in auras.
Haud secus atq; alto in luco cùm fortè cateruæ
Consedêre auium, piscosoue amne Padusæ
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.
Imò ait ò ciues arrepto tempore Turnus,
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes,
Illi armis in regna ruunt: nec plura locutus,
Corripuit se se, & tectis citus extulit altis.
Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis,
Duc, ait, & Rutulos equites Messapus in armis,
Et cum fratre Coras latis diffundite campis.
Pars aditus urbis firment, turresq; capessant,
Cætera, quá iusso, mecum manus inferat arma.

Non temere dixit manipulos, quia antiquis mos fuit uti manipulis pro uexillis.

πάθος. Sapientia post factũ.

Ilicet in muros tota discurritur urbe:
Concilium ipse pater, & magna incepta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus tempore differt,
Multaq; se incusat, qui non acceperit ultrò
Dardanium Aeneam, generumq; adsciuerit urbi.

Tumultuarius populi labor.

Præfodiunt alij portas, aut saxa, sudesq;
Subuectant: bello dat signum rauca cruentum
Buccina, tunc muros uaria cinxere corona
Matronæ puerique, uocat labor ultimus omnes.
Nec non ad templum, summasq; ad Palladis arces
Subuehitur magna matrum regina caterua,
Dona ferens, iuxtaq; comes Lauinia uirgo,
Causa mali tanti, atq; oculos deiecta decoros.
Succedunt matres, & templum thure uaporant,
Et mœstas alto fundunt de limine uoces:
Armipotens belli præsens Tritonia uirgo,
Frange manu telum Phrygij prædonis, & ipsum
Pronum sterne solo, portisq; effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in prælia Turnus,
Iamq; adeo Rutulum thoraca indutus, ahenis
Horrebat squamis, surasq; incluserat auro,
Tẽpora nudus adhuc, lateriq; accinxerat ensem,
Fulgebatq; alta decurrens aureus arce,
Exultatq; animis, & spe iam præcipit hostem.
Qualis ubi abruptis fugit præsepia uinclis

Tandem

Tandem liber equus, campoq; potitus aperto,
Aut ille in pastus, armentaq; tendit equarum:
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto
Emicat: arrectisq; fremit ceruicibus altè
Luxurians: ludunt q; iubæ per colla, per armos. Decorum.
Obuia cui Volscorum acie comitante Camilla
Occurrit, portisq; ab equo regina sub ipsis
Desiluit: quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis, tum talia fatur:
Turne (sui merito si qua est fiducia sorti)
Audeo, et Aeneadum promitto occurrere turmæ,
Solaq; Tyrrhenos equites ire obuia contra.
Me sine prima manu tentare pericula belli,
Tu pedes ad muros subsiste, & mœnia serua.
Turnus ad hæc oculos horrenda in uirgine fixus:
O decus Italiæ uirgo, quas dicere grates,
Quásue referre parem? sed nunc (est omnia quãdo
Iste animus suprà) mecum partire laborem.
Aeneas (ut fama fidem, missiq; reportant
Exploratores) equitum leuia improbus arma
Præmisit, quaterent campos, ipse ardua montis
Per deserta iugo properans aduentat ad urbem.
Furta paro belli conuexo in tramite syluæ, Consilium.
Vt biuias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe signis,

Tecum acer Messapus erit, turmæq; Latinæ,
Tyburtiq; manus, ducis & tu concipe curam.
Sic ait: & paribus Messapum in prælia dictis
Hortatur, socios q; duces, & pergit in hostem.
Est curuo anfractu uallis, accommoda fraudi,
Armorumq; dolis, quam densis frondibus atrum
Vrget utrinq; latus: tenuis quà semita ducit:
Angustæq; ferunt fauces, aditusq; maligni.
Hanc super in speculis, summoq; in uertice montis,
Planities ignota iacet, tutiq; receptus,
Seu dextra, læuaq; uelis occurrere pugnæ,
Siue instare iugis, & grandia uoluere saxa.
Huc iuuenis nota fertur regione uiarum:
Arripuitq; locum, & syluis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim,
Vnam ex uirginibus socijs, sacraq; caterua,
Compellabat, & has trifleis Latonia uoces
Ore dabat: graditur bellum ad crudele Camilla,
O uirgo, & nostris nequicquam cingitur armis,
Chara mihi ante alias, neq; enim nouus iste Dianæ
Venit amor, subitaq; animum dulcedine mouit.
Pulsus ob inuidiam regno, uiresq; superbas,
Priuerno antiqua Metabus cùm excederet urbe,
Infantem fugiens media inter prælia belli
Sustulit exilio comitem, matrisq; uocauit

De ortu & educatione Camillæ.

Causa cur amauit Diana Camillã

Nomine Casmillæ* mutilata parte Camillam,
Ipse sinu præ se portans iuga longa petebat
Solorum nemorum, tela undiq; sæua premebant,
Et circunfuso uolitabant milite Volsci.
Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans
Spumabat ripis, tantus se nubibus hymber
Ruperat: ille innare parans, infantis amore
Tardatur, charoq; oneri timet: omnia secum
Versanti, subitò uix hæc sententia sedit,
Telum immane, manu ualida quod fortè gerebat,
Bellator, solidum nodis, & robore cocto.
Huic natam libro, & syluestri subere clausam
Implicat, atq; habilem mediæ circumligat hastæ.
Quam dextra ingenti librans ita ad æthera fatur:
Alma tibi nemorum cultrix Latonia uirgo
Ipse pater famulam uoueo, tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit, accipe testor
Diua tuam, quæ nunc dubijs committitur auris.
Dixit: & adducto contortum hastile lacerto
Immittit, sonuere undæ, rapidum super amnem,
Infelix fugit in taculo stridente Camilla.
At Metabus magna propius iam urgente caterua
Dat sese fluuio, atq; hastam cum uirgine uictor
Gramineo donum Triuiæ de cespite uellit.
Non illum tectis ullæ, non mœnibus urbes

* Ald. mutata.

Accepere, neq; ipsæ manus feritate dedisset,
Pastorum, & solis exegit montibus æuum.
Hic natam in dumis, interq; horrentia lustra
Armentalis equæ mammis, & lacte ferino
Nutribat: teneris immulgens ubera labris.
Vtq; pedum primis infans uestigia plantis
Institerat, iaculo palmas onerauit acuto,
Spiculaq; ex humero paruæ suspendit, & arcum.
Habitus uilis. Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridis exuuiæ per dorsum à uertice pendent.
Tela manu iam tum tenera puerilia torsit,
Et fundam tereti circum caput egit habena.
ὑποτύπωσις. Strymoniamq; gruem, aut album deiecit olorem.
Multæ illam fruſtra Tyrrhena per oppida matres
Optauere nurum: sola contenta Diana
Aeternum telorum, & uirginitatis amorem
Intemerata colit, uellem haud correpta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros,
Chara mihi, comitumq; foret nunc una mearum.
Fata. Verùm agè, quandoquidem fatis urgetur acerbis,
Labere Nympha polo, finesq; inuise Latinos,
Tristis ubi infausto committitur omine pugna.
Hæc cape: & ultricem pharetra deprome sagittã,
Hac quicunq; sacrum uiolarit uulnere corpus,
Tros, Italús ue, mihi pariter det sanguine pœnas.

Pòst

Pòst ego nube caua miserandæ corpus, & arma
Inspoliata feram tumulo, patriæq; reponam,
Dixit. At illa leues cœli demissa per auras
Insonuit, nigro circundata turbine corpus.
At manus interea muris Troiana propinquat,
Hetrusciq; duces, equitumq; exercitus omnis,
Compositi numero in turmas, fremit æquore toto Bonũ omen
Insultans sonipes, & pressis pugnat habenis,
Huc obuersus, & huc, tum latè ferreus hastis Historicæ
Horret ager, campiq; armis sublimibus ardent, descriptio.
Necnon Messapus contrà, celeresq; Latini,
Et cum fratre Coras, & uirginis ala Camillæ
Aduersi campo apparent, hastasq; reductis
Protendunt longè dextris, & spicula uibrant,
Aduentusq; uirũm, fremitusq; ardescit equorum.
Iamq; intra iactum teli progressus uterq;
Substiterat, subitò erumpunt clamore, frementesq;
Exhortantur equos, fundunt simul undiq; tela
Crebra, niuis ritu, cœlumq; obtexitur umbra.
Continuò aduersis Tyrrhenus, & Acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis: primiq; ruinam
Dant sonitu ingenti, præfractaq; quadrupedãtum
Pectora pectoribus rumpunt, excussus Aconteus
Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti,
Præcipitat longè, & uitam dispergit in auras

Extemo

Extemplò turbatæ acies, uersíq; Latini
Reijciunt parmas, & equos ad mœnia uertunt.
Troës agunt, princeps turmas inducit Asylas.
Iamq; propinquabant portis, rursusq; Latini
Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt:
Hi fugunt, penitusq; datis referuntur habenis.
Alludit ad Euripum. Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulosq; superiacit undam
Spumeus, extremamq; sinu perfundit arenam,
Nunc rapidus retrò, atq; æstu reuoluta resorbens
Saxa, fugit, littusq; uado labente relinquit.
Bis Thusci Rutulos egère ad mœnia uersos:
Bis reiecti armis respectant terga tegentes.
Tertia sed postquam congressi in prælia totas
Implicuere inter se acies, legitq; uirum uir.
Tũ uerò & gemitus morientũ, et sanguine in alto
Armaq;, corporaq;, & permisti cæde uirorum
Semianimes uoluuntur equi, pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli (quãdo ipsum horrebat adire)
Hastam intorsit equo, ferrumq; sub aure reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus, altaq; iactat
Vulneris impatiens arrecto pectore crura,
Voluitur ille excussus humi: Catillus Iolam,
Ingentemque animis, ingentem corpore, & armis
Deijcit Herminium, nudo cui uertice fulua

Cæsa-

Cæsaries, nudique humeri, nec uulnera terrent,
Tantus in arma patet, latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicatq;, uirum transfixa, dolorem
Funditur ater ubiq; cruor: dant funera ferro
Certantes, pulchramq; petũt per uulnera mortem.
At medias inter cædes exultat Amazon,
Vnum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla. Camilla Amazon.
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat,
Nunc ualidam dextra rapit indefessa bipennem,
Aureus ex humero sonat arcus, & arma Dianæ.
Illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.
At circùm lectæ comites, Larinaq; uirgo, Romanæ nomina.
Tullaq;, & æratam quatiens Tarpeia securim
Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit, pacisq; bonæ, belliq; ministras.
Quales Threiciæ cùm flumina Thermodoontis A Tanaï, ad Thermodoontem transtulerunt sedes suas, ex Scythia in Thraciam.
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis,
Seu circum Hippolyten, seu cùm se Martia curru
Penthesilea refert, magnoq; ululante tumultu,
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primùm, quẽ postremùm aspera uirgo
Deijcis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Eumenium Clytio primum patre, cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus.

Sanguis

Sanguinis ille uomens riuos cadit, atq; cruentam
Mandit humum, moriens q; suo se in uulnere uersat.
Tũ Lyrim, Pagasum q; super, quorũ alter habenas
Suffosso reuolutus equo, dum colligit, alter
Dum subit, ac dextram labenti tendit inertem,
Præcipites, pariter q; ruunt, his addit Amastrum
Hippotaden: sequiturque incumbens eminus hasta,
Tereaq;, Harpalyq;, et Demophoonta, Chromin
Quot q; emissa manu cõtorsit spicula uirgo, (que:
Tot Phrygij cecidere uiri: procul Ornitus armis
Ignotis, & equo uenator Iapyge fertur,
Cui pellis latos humeros erepta iuuenco
Pugnatori operit, caput ingens oris hiatus
Et malæ texere lupi, cum dentibus albis,
Sparus, rusticum telũ, & recuruũ. Agrestisq; manus armat sparus, ipse cateruis
Vertitur in medijs, & toto uertice supra est.
Hunc illa exceptũ (neq; enim labor agmine uerso)
Traijcit, & super hæc inimico pectore fatur:
Syluis te Tyrrhene feras agitare putasti?
Aduenit qui uestra dies muliebribus armis
Verba redargueret, nomẽ tamẽ haud leue partum
Manibus hoc referes: telo cecidisse Camillæ.
Protinus Orsilochum, & Buten duo maxima Tu
Corpora. sed Buten aduersum cuspide figit (crũ
Loricam, galeam q; inter, qua colla sedentis

Lucent

Lucent, & læuo dependet parma lacerto.
Orsilochum fugiens, magnum q; agitata per orbẽ,
Eludit gyro interior, sequitur q; sequentem.
Tum ualidam per q; arma uiro, per q; ossa securim
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat uulnus, calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitoque aspectu territus hæsit
Appenninicolæ bellator filius Auni,
Haud Ligurũ extremus, dum fallere fata sinebant,
Is q; ubi se nullo iam cursu euadere pugna
Posse, neq; instantem regnam auertere cernit,
Consilio uersare dolos ingressus, & astu,
Incipit hæc: quid tam egregium, si fœmina forti
Fidis equo? dimitte fugam, & te eominus æquo
Mecum crede solo, pugnæque accinge pedestri,
Iam nosces uentosa ferat cui gloria laudem*.
Dixit: at illa furens, acriquc incensa dolore,
Tradit equum comiti, paribusque assistit in armis,
Ense pedes nudo, puraque interrita parma.
At iuuenis uicisse dolo ratus, auolat ipse,
Haud mora, conuersis q; fugax aufertur habenis,
Quadrupedem q; citum ferrato calce fatigat.
Vane Ligur, frustra q; animis elate superbis,
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes,
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.

* Fraudem.

* Ligus.

Ligurũ perfidia.

Hæc fatur uirgo: & pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frenisq; aduersa prehensis
Congreditur: pœnasq; inimico à sanguine sumit.
Quàm facile accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam
Comprensamq; tenet, pedibusq; euiscerat uncis.
Tum cruor, & uulsæ labuntur ab æthere plumæ.
At non hæc nullis hominum sator, atq; Deorum
Obseruans oculis, summo sedet altus Olympo,
Tyrrhenum genitor Tarchontem in prælia sæua
Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
Ergo inter cædes, cedentia q; agmina Tarchon
Fertur equo, uarijsq; instigat uocibus alas,
Nomine quenq; uocans, reficitq; in prælia pulsos.

A turpi. A circũstantijs.

Quis metus, ô nunquam dolituri, ô semper inertes
Tyrrheni: quæ tanta animis ignauia uenit?
Fœmina palantes agit? atq; hæc agmina uertit?
Quò ferrũ, quidúe hæc geritis tela irrita dextris?

Luxus.

At non in Venerem segnes, nocturnaq; bella:
Aut ubi curua choros indixit tibia Bacchi
Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ.
Hic amor, hoc studiũ, dum sacra secundus aruspex
Nunciet, ac lucos uocet hostia pinguis in altos.
Hæc effatus: equum in medios moriturus & ipse
Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert.

Direptumq; ex equo dextra complectitur hostem,
Et gremium ante suum multa ui concitus aufert.
Tollitur in cœlum clamor, cunctiq; Latini
Conuertêre oculos, uolat igneus æquore Tarchon
Arma uirumq; ferens: tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, & partes rimatur apertas
Quà uulnus letale ferat: contrà ille repugnans
Sustinet à iugulo dextram, & uim uiribus exit.
Vtq; uolans altè raptum cùm fulua draconem
Fert aquila, implicuitq; pedes, atq; unguibus hæsit
Saucius at serpens sinuosa uolumina uersat,
Arrectisque horret squamis, & sibilat ore.
Arduus insurgens: illa haud minus urget adunco
Luctantem rostro, simul æthera uerberat alis.
Haud aliter prædã Tyburtum ex agmine Tarchon
Portat ouans, ducis exemplum, euentumq; secuti
Mœonidæ incurrunt, Tum fatis debitus Aruns
Velocem iaculo, & multa prior arte Camillam
Circuit, & quæ sit fortuna facillima tentat.
Quâ se cunq; furens medio tulit agmine uirgo,
Hâc Aruns subit, & tacitus uestigia lustrat:
Quâ uictrix redit illa, pedemq; ex hoste reportat,
Hâc iuuenis furtim celeres detorquet habenas.
Hos aditus, iamq; hos aditus, omnemq; pererrat
Vndiq; circuitũ, et certã quatit improbus hastam.

Aruns Camillæ occisor.

Fortè sacer Cybele Chloreus, olim q; sacerdos,
Insignis longè Phrygijs fulgebat in armis,
Spumantemq; agitabat equum, quem pellis aheneis
In plumam squamis, auro conserta tegebat.
Ipse peregrina ferrugine clarus, & ostro
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu,
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea uati
Caßida, tũ croceam chlamidemq; sinusq; crepan
Carbaseos, fuluo in nodum collegerat auro, (tes
Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurum.
Hunc uirgo, siue ut templis præfigeret arma
Troïa, captiuo siue ut se ferret in auro
Venatrix, unum ex omni certamine pugnæ
Cæca sequebatur, totumq; incensa per agmen
Fœmineo prædæ, & spoliorum ardebat amore.
Telum ex insidijs cùm tandem tempore capto
Conijcit, & superos Aruns sic uoce precatur:
Summe Deûm, & sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus uestigia pruna,
Da pater hoc nostris aboleri dedecus armis
Omnipotens, non exuuias, pulsæue trophœum
Virginis, aut spolia ulla peto, mihi cætera laudem
Facta ferent, hæc dira meo dum uulnere pestis
Pulsa

Pulsa cadat: patriam remeabo inglorius urbem. Ex Homeri
Audijt, & uoti Phœbus succedere partem Iliad. lib. 6.
Mente dedit, partem uolucres dispersit in auras.
Sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
Annuit oranti: reducem ut patria alta uideret,
Non dedit: imq; notos uocem uertêre procellæ.
Ergo ut missa manus sonitum dedit hasta per auras,
Conuertêre animos acres, oculosq; tulere
Cuncti ad reginam Volsci, nihil ipsa nec auræ,
Nec sonitus memor, aut uenientis ab æthere teli.
Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, uirgineumq; altè bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidæ comites, dominamq; ruentem
Suscipiunt: fugit ante omnes exterritus Aruns,
Lætitia, mistoq; metu, nec iam amplius hastæ Affectus:
Credere, nec telis occurrere uirginis audet.
Ac uelut ille, prius quàm tela inimica sequantur,
Continuò in montes sese auius abdidit altos
Occiso pastore lupus, magnoq; iuuenco,
Conscius audacis facti, caudamq; remulcens
Subiecit pauitantem utero, syluasq; petiuit.
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns:
Contentusq; fuga, medijs se immiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat uulnere mucro.

Labitur exanguis, labuntur frigida leto
Lumina, purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic expirans, Accam ex æqualibus unam
Alloquitur, fida ante alias quæ sola Camillæ,
Quicum partiri curas: atq; hæc ita fatur:
Hactenus Acca soror potui, nunc uulnus acerbum
Conficit: & tenebris nigrescunt omnia circùm.
Solicitudo morientis Camillæ & respublica. Effuge, & hæc Turno mandata nouissima perfer,
Succedat pugnæ, Troianosq; arceat urbe.
Iamq; uale, simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non sponte fluens, tum frigida toto
Paulatim exoluit se corpore, lentaq; colla
Et captum leto posuit caput, arma relinquens.
Conflicta-tio animæ. Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.
Tum uerò immensus surgens ferit aurea clamor
Sydera, deiecta crudescit pugna Camilla.
Incurrunt densi, simul omnis copia Teucrûm
Tyrrheniq; duces, Euandriq; Arcadis alæ.
At Triuiæ custos iam dudum in montibus Opis
Alta sedet summis, spectatq; interrita pugnas,
Vtq; procul medio iuuenum in clamore furentum
Prospexit tristi multatam morte Camillam,
Ingemuitq;, deditq; has imo pectore uoces:
Heu nimium uirgo, nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello.

Nec tibi desertæ in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse pharetras.
Non tamen indecorem tua te regina relinquet
Extrema iam in morte, neq; hoc sine nomine letum Non morie murinultæ
Per gentes erit, aut famam patieris inultæ.
Nam quicunq; tuum uiolauit uulnere corpus,
Morte luet merita. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacaq; ilice tectum.
Hîc Deæse primum rapido pulcherrima nisu
Sistit, & Arruntem tumulo speculatur ab alto.
Vt uidit fulgentem armis, ac uana tumentem,
Cur inquit, diuersus abis? huc dirige gressum, Dicta per indignationẽ
Huc perituræ ueni, capias ut digna Camillæ
Præmia, túne etiam telis moriere Dianæ?
Dixit, & aurata uolucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra, cornuq; infensa tetendit, Gestus sagit tantium.
Et duxit longè, donec curuata coirent
Inter se capita, & manibus iam tangeret æquis,
Læua aciem ferri, dextra neruoq; papillam,
Extemplò teli stridorem, auraq; sonantes
Audijt unà Aruns, hæsitq; in corpore ferrum.
Illum expirantem socij, atq; extrema gementem
Oblitiignoto camporum in puluere linquunt.
Opis ad æthereum pennis aufertur Olympum.

Prima fugit domina amissa leuis ala Camillæ,
Turbati fugiunt Rutuli, fugitq; acer Atinas.
Disiectiq; duces, desolatiq; manipli
Tuta petunt, & equis auersi ad mœnia tendunt.
Nec quisquam instantes Teucros, letumq; ferentes
Sustentare ualet telis, aut sistere contrà:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus,
Quadrupedũq; putrẽ cursu quatit ungula cãpum.
Aemulatus est hic naturam. Voluitur ad muros caligine turbidus atra
Puluis: & è speculis percußæ pectora matres,
Fœmineum clamorem ad cœli sydera tollunt.
Qui cursu portas primi irrupêre patentes,
Cædes Latinorum. Hos inimica super misto premit agmine turba:
Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,
Mœnibus in patrijs, atq; inter tuta domorum,
Confixi expirant animas, pars claudere portas,
Nec socijs aperire uiam, nec mœnibus audent
Accipere orantes: oriturq; miserrima cædes
Defendentum armis aditus, inq; arma ruentum.
Excluſi ante oculos, lachrymantũq; ora parentũ,
Pars in præcipites fossas, urgente ruina,
Voluitur, immißis pars cæca & concita frenis
Arietat in portas, & duros obice postes,
Ipsæ de muris summo certamine matr es
(Monstrat amor uerus patriæ) ut uidere Camillã:

Telã

Telą manu trepidæ iaciunt, ac robore duro
Stipitibus ferrum, sudibusq; imitantur obustis
Præcipites, primæq; mori pro mœnibus audent.
Interea Turnum in syluis sæuißimus implet
Nuntius, & iuueni ingentem fert Acca tumultum,
Deletas Volscorum acies, cecidiße Camillam,
Ingruere infensos hostes, & Marte secundo
Omnia corripuiße, metum iam ad mœnia ferri,
Ille furens (& sæua Iouis sic numina poscunt)
Deserit obsessos colles, nemora aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campumq; tenebat,
Cùm pater Aeneas saltus ingreßus apertos,
Exuperatq; iugum, syluaq; euadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi, totoq; feruntur
Agmine, nec longis inter se paßibus absunt.
At simul Aeneas fumantes puluere campos
Prospexit longè, Laurentiaq; agmina uidit,
Et sæuum Aenean agnouit Turnus in armis,
Aduentumq; pedum, flatusq; audiuit equorum.
Continuoq; ineant pugnas, & prælia tentent,
Nitoseus fessos iam iurgite Phœbus Hibero
Tingat equos, noctemq; die labente reducat.
Considunt castris ante urbem, & mœnia uallant.

Insidiæ imꝑediuntur.

PVB. VERGILII MARONIS
Aeneidos liber Duodecimus.

ARGVMENTVM.

Fœdera postremus narrat, turbataq; sacra,
Et finem belli, funera Turne tua.

TVrnus ut infractos aduerso Marte Latinos
Defeciſſe uidet, ſua nunc promiſſa reposci,
Se ſignari oculis, ultrò implacabilis ardet,

Turnus leoni compara tur.

Attollitq; animos. Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui uenantum uulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo, gaudetq; comanteis
Excutiens ceruice toros: fixumq; latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.
Haud ſecus accenſo gliſcit uiolentia Turno,
Tum ſic affatur regem, atq; ita turbidus infit:
Nulla mora in Turno, nihil eſt quod dicta retractet
Ignaui Aeneadæ, nec quæ pepigere recuſent:
Congredior, ſer ſacra pater, & concipe fœdus.
Aut hac Dardanium dextra ſub tartara mittam
Deſertorem Aſiæ, ſedeant, ſpectentq; Latini,
Et ſolus ferro crimen commune refellam.
Aut habeat uictos, cedat Lauinia coniux.

Olliſedato reſpondit corde Latinus:

Oratio Latini.

O præſtans animi iuuenis, quantum ipſe feroci
Virtute exuperas, tanto me impenſius æquum eſt
Conſulere, atq; omneis metuentẽ expendere caſus.
Sunt tibi regna patris Dauni, ſunt oppida capta

Captatio beneuolentiæ.

Multa manu, necnõ aurũq;, animusq; Latino eſt,
Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris,
Nec genus indecores, ſine me hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis, ſimul hæc animo hauri:
Me natam nulli ueterum ſociare procorum

Fatum.

Fas erat, idq; omnes, Diuiq; hominesq; canebant.
Victus amore tui, cognato ſanguine uictus,
Coniugis & mœſtæ lachrymis, uincla omnia rupi:
Promiſſum eripui genero, atq; arma impia ſumpſi.
Ex illo qui me caſus, quæ Turne ſequantur

Ab incommodis.

Bella uides, quantos primus patiare labores.
Bis magna uicti pugna, uix urbe tuemur
Spes Italas, recalent noſtro Tyberina fluenta
Sanguine adhuc, campiq; ingentes oſſibus albent.
Quò referor toties? quæ mentem inſana mutat?
Si Turno extincto, ſocios ſum accire paratus,
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid conſanguinei Rutuli, quid cætera dicet
Italia? ad mortem ſi te (fors dicta refutet)
Prodiderim, natam, & connubia noſtra petentẽ?

Reſpi-

Respice res bello uarias, miserere parentis
Longæui, quem nunc mœstum patria Ardea longè
Diuidit: haudquaquam dictis uiolentia Turni
πάθος. Flectitur, exuperat magis, ægrescitque medendo.
Vt primùm fari potuit, sic incipit ore:
Quam pro me curã geris, hanc precor optime pro
Deponas, letumq; sinas pro laude pacisci. (me
Generosi- Et nos tela pater, ferrumque haud debile dextra
tas. Spargimus, & nostro sequitur de uulnere sanguis.
Longe illi Dea mater erit, quæ nube fugacem
Fœmineã tegat, & uanus sese occulat umbris.
At regina noua pugnæ conterrita sorte
Flebat, & ardentem generum moritura tenebat.
Turne, per has ego te lachrymas, per si quis Ama-
Tangit honos animũ, spes tu nũc una senectæ, (tæ
Tu requies miseræ, decus, imperiumq; Latini
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.
Vnum oro, desiste manum committere Teucris.
Qui te cunq; manent isto certamine casus,
Et me Turne manent, simul hæc inuisa relinquam
Lumina, nec generum Aeneam captiua uidebo.
Accepit uocem lachrymis Lauinia matris,
Flagrantes perfusa genas, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro

Si quis

Si quis ebur, uel mista rubent ubi lilia multa
Alba rosa, tales uirgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, figitq; in uirgine uultus,
Ardet in arma magis, paucisq; affatur Amatam:
Ne quæso, ne me lachrymis, neue omine tanto
Prosequere, in duri certamina Martis euntem,
O mater, neq; enim Turno mora libera mortis.
Nuntius hæc Idmon Phrygi mea dicta tyranno,
Haud placitura refer, cum primùm crastina cœlo
Puniceis inuecta rotis aurora rubebit, (scant
Nõ Teucros agat in Rutulos, Teucrũ arma quie-
Et Rutulũm, nostro dirimatur sanguine bellum,
Illo quæratur coniux Lauinia campo.
Hæc ubi dicta dedit, rapidusq; in tecta recessit,
Poscit equos, gaudetq; tuens ante ora frementeis,
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,
Qui candore uiues anteirent, cursibus auras.
Circumstant properi aurigæ, manibusq; lacessunt
Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squallentem, alboq; orichalco
Circũdat loricam humeris, simul aptat habendo
Ensemq; clypeumq;, & rubræ cornua cristæ,
Ensem, quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti
Fecerat, & stygia candentem tinxerat unda.
Exim quæ in medijs ingenti adnixa columnæ

Orithyia filia Erichthei, Boreæ uxor.

Quod auri splendorẽ, æris duriciẽ habet.

Acdi-

Aedibus adstabat, ualidam ui corripit hastam,
Actoris Arunci spolium, quassatq; trementem
Vocisfrans: Nunc ò nunquam frustata uocatus
Hasta meos, nũc tempus adest, te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit, da sternere corpus,
Loricamq; manu ualida lacerare reuulsam,
Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes.
His agitur furijs, totoq; ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.
Mugitus ueluti cùm prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atq; irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, uentosq; lacessit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.
Nec minus interea maternis sæuus in armis
Aeneas acuit Martem, & se suscitat ira,
Oblato gaudens componi fœdere bellum.
Tum socios, mœstiq; metum solatur Iuli,
Fata docens, regiq; iubet responsa Latino
Certa referre uiros, & pacis dicere leges.
Postera uix summos spargebat lumine montes
Orta dies, cum primùm alto se gurgite tollunt
Singulorũ certamen. Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant.
Campum ad certamen magnæ sub mœnibus urbis
Dimensi Rutuliq; uiri, Teucriq; parabant,

Iu me-

In medioq; focos, & Dijs communibus aras
Gramineas, alij fontemq; ignemque ferebant
Velati lino, * & uerbena tempora uincti. * limo.
Procedit legio Ausonidum, pilataque plenis
Agmina se fundunt portis, hinc Troius omnis,
Tyrrhenusque ruit uarijs excercitus armis,
Haud secus instructi ferro, quàm si aspera Martis
Pugna uocet, nec non medijs in millibus ipsi
Ductores auro uolitant, ostroq; decori,
Et genus Assaraci Mnestheus, & fortis Asylas,
Et Messapus equûm domitor, Neptunia proles.
Vtque dato signo spacia in sua quisq; recessit,
Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.
Tum studio effusæ matres, & uulgus inermum,
Inualidiq; senes, turres, & tecta domorum
Obsederc, alij portis sublimibus adstant.
At Iuno ex summo (qui nunc Albanus habetur,
Tum neq; nomen erat, neq; honos, aut gloria mõti)
Prospiciens tumulo, campum spectabat, & ambas
Laurentum, Troumque acies, urbemq; Latini.
Extemplò Turni sic est affata sororem
Diua Deam, stagnis quæ fluminibusq; sonoris
Præsidet, hunc illi rex ætheris altus honorem
Iuppiter erepta pro uirginitate sacrauit:
Nympha decus fluuiorũ, animo gratissima nostro,

Scis

Scis ut te cunctis unam, quæcunq; Latinæ
Magnanimu Iouis ingratum ascendêre cubile,
Prætulerim, cœliq; libens in parte locarim.
Discetuum, ne me incuses, Iuturna dolorem.
Quà uisa est fortuna pati, Parcæq; sinebant
Cedere res Latio, Turnum, & tua mœnia texi,
Nunc iuuenem imparibus uideo concurrere fatis.
Parcarumque dies, & uis inimica propinquat,
Nõ pugnã aspicere hãc oculis, nõ fœdera possum.
Tu pro germano, si quid præsentius audes,
Perge, decet, forsan miseros meliora sequentur.
Vix ea, cùm lachrymas oculis Iuturna profudit,
Terque, quaterque manu pectus percussit honestũ.
Non lachrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno,
Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti.
Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus,
Autor ego audendi: sic exhortata reliquit
Incertam, & tristi turbatam uulnere mentis.
Interea reges, ingenti mole Latinus
Quadrijugo uehitur curru, cui tempora circùm
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen, bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cœlestibus armis,

Et

Et iuxta Ascanius, magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris, puraq; in ueste sacerdos
Setigeræ fœtum suis, intonsamq; bidentem
Attulit, admouitq; pecus flagrantibus aris,
Illi ad surgentem conuersi lumina Solem
Dant fruges manibus salsas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisq; altaria libant.
Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
Esto nunc Sol testis, & hæc mihi terra precanti,
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno
Iam melior, iã diua precor, tuq; inclyte Mauors,
Cuncta tuo qui bella pater sub numine torques,
Fontesq;, fluuiosq; uoco, quæq; ætheris alti
Relligio, & quæ cœruleo sunt numina ponto.
Cesserit Ausonio si fors uictoria Turno,
Conuenit Euandri uictos discedere ad urbem,
Cedet Iulus agris, nec pòst arma ulla rebelles
Aeneadæ referent, ferróue hæc regna lacessent,
Sin nostrum annuerit nobis uictoria Martem,
Vt potius reor, & potius Dij numine firment,
Non ego, nec Teucris Italos parêre iubebo,
Nec mihi regna peto, paribus se legibus ambæ
Inuictæ gentes, æterna in fœdera mittant.
Sacra Deosq; dabo, socer arma Latinus habeto,

Ex Homeri Iliad. lib. 3.

Lex pacis.

Imperium ſolenne ſocer: mihi mœnia Teucri
Conſtituent, urbíq; dabit Lauinia nomen.
Sic prior Aeneas, ſequitur ſic deinde Latinus,
Reſpiciens cœlum, tenditq; ad ſydera dextram:
Hæc eadem Aenea terram, mare, ſydera iuro,
Latonæq; genus duplex, Ianumq; bifrontem,
Vimq; Deûm infernam, & diri ſacraria Ditis,
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit,
Tango aras, mediosq; ignes, & numina teſtor.
Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
Quo res cunq; cadent, nec me uis ulla uolentem
Auertet, non ſi tellurem effundat in undas
Diluuio miſcens, cœlumúe in tartara ſoluat.
Vt ſceptrũ hoc (dextra ſceptrũ nã fortè gerebat)
Nunquã fronde leui fundet uirgulta, nec umbras,
Cùm ſemel in ſyluis imò de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitq; comas, & brachia ferro,
Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Inclusit, patribusq; dedit geſtare Latinis.
Talibus inter ſe firmabant fœdera dictis
Conſpectu in medio procerum, tum ritè ſacratas
In flammam iugulant pecudes, & uiſcera uiuis
Eripiunt, cumulantq; oneratis lancibus aras.
At uerò Rutulis impar ea pugna uideri
Iamdudum, & uario miſceri pectora motu.

Ex Homeri Iliad. lib. 1.

Tum magis, ut propius cernunt, nõ uiribus æquis,
Adiuuat inceſſu tacito progreſſus, & aram
Suppliciter uenerans, demiſſo lumine Turnus,
Pubentesq; genæ, & iuuenili in corpore pallor.
Quem ſimul, ac Iuturna ſoror crebreſcere uidit
Sermonem, & uulgi uariare labantia corda,
In medias acies formam aſſimulata Camerti,
Cui genus à proauis ingens, clarumq; paternæ
Nomen erat uirtutis, & ipſe acerrimus armis,
In medias dat ſeſe acies, haud neſcia rerum,
Rumoresq; ſerit uarios, ac talia fatur:
Non pudet ò Rutuli cunctis pro talibus unam
Obiectare animam? numeróne, an uiribus æquũ
Nõ ſumus? en oës, & Troës, & Arcades hîc ſunt,
Fatalisq; manus, infenſa Hetruria Turno,
Vix hoſtem alterum, ſi congrediamur, habemus.
Ille equidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet aris,
Succedet fama, uiuusq; per ora feretur,
Nos patria amiſſa dominis parêre ſuperbis
Cogemur, qui nunc lenti conſedimus aruis.
Talibus incenſa eſt iuuenum ſententia dictis,
Iã magis, atq; magis, ſerpitq; p agmina murmur,
Ipſi Laurentes mutati, ipſiq; Latini,
Qui ſibi iam requiem pugnæ, rebusq; ſalutem
Sperabant, nunc arma uolunt, fœdusq; precantur

Diſſuadet fœdus ab inhoneſto

Infectum, & Turni sortem miserantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit, & alto
Dat signum cœlo, quo non præstantius ullum
Turbauit mentes Italas, monstroq́; fefellit.
Augurium. Nanq; uolans rubra fuluus Iouis ales in æthra,
Littoreas agitabat aues, turbamq́; sonantem
Agminis aligeri, subitò cùm lapsus ad undas
Cygnũ excellẽtem pedibus rapit improbus uncis.
Arrexere animos Itali, cunctæq́; uolucres
Conuertunt clamore fugam (mirabile uisu)
Aetheraq́; obscurant pennis, hostemq́; per auras
Facta nube premunt, donec ui uictus, & ipso
Pondere defecit, prædamq́; ex unguibus ales
Proiecit fluuio, penitusq́; in nubila fugit.
Tum uerò augurium Rutuli clamore salutant,
Expediuntq́; manus, primusq́; Tolumnius augur:
Hoc erat, hoc uotis, inquit, quod sæpe petiui,
Accipio, agnoscoq́; Deos, me me duce ferrum
Corripite ò Rutuli, quos improbus aduena bello
Territat, inualidas ut aues, & littora uestra
Vi populat, petet ille fugam, penitusq́; profundo
Vela dabit, uos unanimi densate caterua,
Et regem uobis pugna defendite raptum.
Dixit, & aduersos telum contorsit in hostes
Procurrens, sonitum dat stridula cornus, & auras
Certa-

Certa secat, simul hoc, simul ingẽs clamor, & oẽs
Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.
Hasta uolans, ut fortè nouem pulcherrima fratrũ
Corpora constiterant contrà, quos fida crearat
Vna tot Arcadio coniux Tyrrhena Gilippo,
Horum unum ad medium, teritur qua sutulis aluo
Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet,
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
Trans adigit costas, fuluaq́; extendit arena.
At fratres animosa phalanx, accensaque luctu,
Pars gladios stringũt manibus, pars mißile ferrum
Corripiunt, cæcique ruunt, quos agmina contra
Procurrunt Laurentũ, hinc densi rursus inundant
Troës, Agillinique, & pictis Arcades armis.
Sic omneis amor unus habet decernere ferro.
Diripuere aras, it tota turbida cœlo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit hymber,
Crateras q́;, focosq́; ferunt, fugit ipse Latinus,
Pulsatos referens infecto fœdere Diuos.
Infrenant alij currus, aut corpora saltu
Subijciunt in equos, & strictis ensibus adsunt.
Messapus regem, regisq́; insigne gerentem
Tyrrhenum Aulesten, auidus confundere fœdus,
Aduerso proterret equo, ruit ille recedens,
Et miser oppositis à tergo inuoluitur aris,

In caput, inq; humeros, at feruidus aduolat hasta
Messapus, teloq; orantem multa trabali
Desuper altus equo grauiter ferit, atq; ita fatur:
Hoc habet, hæc melior magnis data uictima diuis.
Concurrunt Itali, spoliantq; calentia membra.
Obuius ambustum torrem Chorineus ab ara
Corripit, & uenienti Ebuso, plagamq; ferenti
Occupat os flammis, illi ingens barba reluxit,
Nidoremq; ambusta dedit, super ipse secutus
Cæsariem læua turbati corripit hostis,
Impressoq; genu nitens, terræ applicat ipsum,
Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum
Pastorem, primaque acie per tela ruentem
Ense sequens nudo superimminet, ille securi
Aduersi frontem mediam, mentumque reducta
Disijcit, & sparso latè rigat arma cruore.
Mors. Olli dura quies oculos, & ferrens urget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem,
Nudato capite, atq; suos clamore uocabat.
Quò ruitis? quæ ue ista repens discordia surgit?
O cohibete iras, ictum iam fœdus, & omnes
Compositæ leges, mihi ius concurrere soli,
Me sinite, atq; auferte metus, ego fœdera faxo
Firma manu, Turnum iam debent hæc mihi sacra.

Has inter uoces, media inter talia uerba,
Ecce uiro stridens alis allapsa sagitta est,
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta,
Quis tantam Rutulis laudem, casus ne, deus ne
Attulerit, pressa est insignis gloria facti,
Nec sese Aeneæ iactauit uulnere quisquam.
Turnus ut Aeneam cedentem ex agmine uidit, Turni uirtus absente Aenea.
Turbatosq; duces, subita spe feruidus ardet,
Poscit equos, atq; arma simul, saltuque superbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas,
Multa uirûm uolitans dat fortia corpora leto,
Semineces uoluit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud gelidi cùm flumina concitus Hebri
Sanguineus Mauors clypeo increpat, atq; furentes
Bella mouens, immittit equos, illi æquore aperto
Ante notos, zephyrũq; uolant, gemit ultima pulsu
Thraca pedum, circumq; atræ formidinis ora
Iræq; insidiæq; Dei comitatus aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus
Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis
Hostibus insultans, spargit rapida ungula rores
Sanguineos, mistaq; cruor calcatur arena.
Iamq; neci Sthenelũq; dedit, Thamyrimq;, Polũq;,
Hũc cõgressus, & hunc, illũ eminus, eminus ambos

Imbrasidas, Glaucũ atq; Ladẽ, quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lycia, paribusq; ornauerat armis,
Vel conferre manum, uel equo præuertere uentos.
Parte alia media Eumedes in prælia fertur,
De Dolone uide Home. Iliad. li. 19. Antiqui proles bello præclara Dolonis,
Nomine auũ referens, animo, manibusq; parentem.
Qui quondã, castra ut Danaûm speculator adiret,
Ausus Pelidæ precium sibi poscere currus.
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Affecit precio, nec equis aspirat Achillis.
Hunc procul ut campo Turnus conspexit aperto,
Antè leui iaculo longum per inane secutus,
Sistit equos bijugeś, & curru desilit, atq;
Semianimi, lapsoq; superuenit, & pede collo
Impresso, dextra mucronem extorquet, & alto
Σαρκασμός. Fulgentem tinxit iugulo, atq; hæc insuper addit:
En agros, & quam bello Troiane petisti,
Hesperiam metire iacens, hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt, sic mœnia condunt.
Huic comitem Asbuten, coniecta cuspide mittit,
Chloreaq;, Sibarimq;, Daretaq;, Therſilochumq;.
Et sternacis equi lapsum ceruice Timœten.
Ac uelut Edoni Boreæ cũm spiritus alto
Insonat Aegeo, sequiturque ad littora fluctus,
Quâ uenti incubuere, fugam dant nubila cœlo.

sic

Sic Turno, quacunq; uiam secat, agmina cedunt,
Conuersæq; ruunt acies, fert impetus ipsum,
Et cristam aduerso curru quatit aura uolantem.
Non tulit instantem Phegeus, animisq; frementem,
Obiecit sese ad currum, & spumantia frenis
Ora citatorum dextra contorsit equorum.
Dum trahitur, pendetq; iugis, hunc lata retectum,
Lancea consequitur, rumpitq; infixa bilicem
Loricam, & summum degustat uulnere corpus.
Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem
Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat,
Quem rota præcipitem, & procursu cõcitus axis
Impulit: effuditq; solo, Turnusq; secutus
Imam inter galeam, summu thoracis, & oras,
Abstulit ense caput, truncumq; reliquit arena.
Atq; ea dum campis uictor dat funera Turnus:
Interea Aeneam Mnestheus, & fidus Achates,
Ascaniusq; comes castris statuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus.
Sæuit, & infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioq; uiam, quæ proxima, poscit,
Ense secent lato uulnus, teliq; latebram
Rescindant penitus, seseq; in bella remittant.
Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iasides, acri quondam cui captus amore
Aeneæ medetur.

Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Augurium, citharamq; dabat, celeresq; sagittas.
Ille, ut depositi proferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, usumq; medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.
Stabat acerba fremens ingentem nixus in hastam
Aeneas, magno iuuenum, & mœrentis Iuli
Concursu, lachrymisq; immobilis, ille retorto
Pœonum in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica, Phœbiq; potentibus herbis
Nequicquam trepidat, nequicquam spicula dextra
Sollicitat, prensatq; tenaci forcipe ferrum.
Nulla uiam fortuna regit, nihil autor Apollo
Subuenit, & sæuus cãpis magis, ac magis horror,
Crebrescit, propiusq; malũ est, iam puluere cœlum
Stare uident, subeunt equites, & spicula castris
Densa cadunt medijs: it tristis ad æthera clamor
Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentũ.
Hîc Venus indigno nati concussa dolore
Dictamum. Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo, non illa feris incognita Capris
Gramina, cùm tergo uolucres hæsere sagittæ.
Hoc Venus obscuro faciem circumdata nimbo
Detulit: hoc fusum labris splendentibus amnem

Inficit,

Inficit, occultè medicans, spargitq; salubris
Ambrosiæ succos, & odoriferam Panaceam.
Fouit ea uulnus lympha longæuus Iapis
Ignorans, subitoq; omnis de corpore fugit
Quippe dolor: omnis stetit imo uulnere sanguis.
Iamq; secuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, atq; nouæ rediere in pristina uires.
Arma citi properate uiro: quid statis? Iapis
Conclamat: primusq; animos accendit in hostes.
Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proueniunt, neq; te Aenea mea dextera seruat:
Maior agit Deus, atq; opera ad maiora remittit.
Ille quidus pugnæ, suras concluserat auro
Hinc atq; hinc, oditq; moras, hastamq; coruscat.
Postquam habilis lateri clypeus, loricaq; tergo est
Ascanium fusis circum complectitur armis,
Summaq; per galeam delibans oscula fatur:
Disce puer uirtutem ex me, uerumq; laborem,
Fortunam ex alijs, nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, & magna inter præmia ducet.
Tu facito mox, cùm matura adoleuerit ætas,
Sis memor: & te animo repetentẽ exempla tuorũ,
Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.
Hæc ubi dicta dedit: portis sese extulit, ingens
Telum immane manu quatiens, simul agmine denso

Deorum auxilium.

Paternum exemplum.

Hortatio ad uirtutem ac uunculi.

Anteus,

Anteus, Mneſtheusq; ruunt, omnisq; relictis
Turba fluit caſtris, tum cæco puluere campus
Miſcetur, pulſuq; pedum tremit excita tellus.
Vidit ab aduerſo uenientes aggere Turnus,
Videre Auſonij, gelidusq; per ima cucurrit
Oſſa tremor, prima ante omnes Iuturna Latinos
Impetus Aeneæ. Audijt, agnouitq; ſonum, & tremefacta refugit.
Ille uolat, campoq; atrum rapit agmen aperto,
Qualis ubi ad terras abrupto ſydere nimbus
It mare per medium, miſeris heu præſcia longè
Horreſcunt corda agricolis, dabit ille ruinas
Arboribus, ſtragemq; ſatis, ruet omnia latè.
Antè uolant, ſonitumq; ferunt ad littora uenti.
Talis in aduerſos ductor Rhœteius hoſtes
Agmen agit, denſi cuneis ſe quisq; coactis
Agglomerãt, ferit enſe graue Thymbræus Oſirim,
Archetiũ Mneſtheus, Epulonẽ obtruncat Achates
Vſentemq; Gyas, cadit ipſe Tolumnius augur,
Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes.
Tollitur in cœlum clamor, uerſiq; uicißim
Pulueruleuta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipſe neq; aduerſos dignatur ſternere morti,
Nec pede congreſſos, nec equo, nec tela ferentes
Inſequitur, ſolum denſa in caligine Turnum
Veſtigat luſtrans, ſolum in certamina poſcit.

Hoc

Hoc concuſſa metu mentem Iuturna uirago
Aurigam Turni media inter lora Metiſcum
Excutit, & longè lapſum temone relinquit.
Ipſa ſubit, manibusq; undanteis flectit habenas
Cũcta gerẽs, uocemq;, & corpus, et arma Metiſci.
Nigra uelut magnas domini cùm diuitis ædes
Peruolat, & pennis alta atria luſtrat hirundo
Pabula parua legens, nidisq; loquacibus eſcas,
Et nunc porticibus uacuis, nunc humida circum
Stagna ſonat, ſimilis medios Iuturna per hoſtes
Fertur equis, rapidoq; uolans obit omni curru,
Iamq; hîc germanum, iamque hîc oſtendit ouantem.
Nec conferre manum patitur, uolat auia longè.
Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes,
Veſtigatq; uirum, & diſiecta per agmina magna
Voce uocat, quoties oculos coniecit in hoſtem,
Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum,
Auerſos toties currus Iuturna retorſit.
Heu quid agat? uario nequicquam fluctuat æſtu
Diuerſæq; uocant animum in contraria curæ.
Huic Meſſapus, uti læua duo fortè gerebat
Lenta leuis curſu præfixa haſtilia ferro,
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.
Subſtitit Aeneas, & ſe collegit in arma,
Poplite ſubſidens, apicem tamen ineita ſummum

Haſta

Hasta tulit, summasq; excussit uertice cristas;
Tum uerò surgunt iræ, insidijsq; subactus
Diuersos ubi sensit equos, currumq; referri:
Multa Iouem, & læsi testatus fœderis aras,
Iam tandem inuadit medios, & Marte secundo
Terribilis, sæuam nullo discrimine cædem
Ira. Suscitat, irarumq; omnes effundit habenas.
Quis mihi nũc tot acerba Deus, quis carmine cæ-
Diuersas, obitumq; ducum, quos æquore toto (des
Inq; uicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton' placuit concurrere motu
Iuppiter æterna gentes in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentes
Pugna loco statuit Teucros) haud multa moratus
Excipit in latus, & qua fata celerrima, crudo
Transadigit costas, & crates pectoris ense.
Turnus equo deiectũ Amycum, fratremq; Diorem
Congressus pedes, hunc uenientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, currumq; abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.
Ille Talon, Tanaimq; neci, fortemque Cethegum
Treis uno congressu, & mœstum mittit Onyten,
Nomen Echionium, matrisque genus Peridiæ.
Hic fratres Lycia missos, & Apollinis agris,
Et iuuenem exosum nequicquam bella Menœten
Arca-

Arcada piscosæ cui circum flumina Lernæ
Ars fuerat, pauperque domus: nec nota potentum,
Munera, conductaque pater tellure serebat.
Ac uelut immissi diuersis partibus ignes Impetus Aeneæ & Turni.
Arentem in syluam, & uirgulta sonantia lauro,
Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitũ spumosi amnes, et in æquora currunt,
Quisq; suum populatus iter: non segnius ambo
Aeneas, Turnusque ruunt per prælia, nunc nunc
Fluctuat ira intus: rumpuntur nescia uinci
Pectora, nunc totis in uulnera uiribus itur.
Murranum hic atauos, & auorũ antiqua sonantẽ
Nomina, per regesque actum genus omne Latinos
Præcipitem scopulo, atq; ingentis turbine saxi
Excutit, effunditq; solo: hunc lora, & iuga subter
Prouoluẽre rotæ, crebro super ungula pulsu
Incita, nec domini memorum proculcat equorum.
Ille ruenti Hilo, animisq; immane frementi
Occurrit, telumq; aurata ad tempora torquet.
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te Graium fortissime Creten
Eripuit Turno: nec Dij texere Cupentum
Aenea ueniente sui, dedit obuia ferro
Pectora, nec misero clypei mora profuit ærei.
Te quoq; Laurentes uiderunt Aole campi

Oppe-

Oppetere, & latè terram consternere tergo.
Occidis: Argiuæ quem non potuere Phalanges
Sternere, nec Priami regnorum euersor Achilles,
Hîc tibi mortis erant metæ, domus alta sub Ida
Lyrnesi domus alta, solo Laurente sepulchrum.
Totæ adeo conuersæ acies, omnesque Latini,
Omnes Dardanidæ Mnestheus, acerque Serestus,
Atrox præ- lium. Et Messapus equûm domitor, & fortis Asylas,
Thuscorumque phalanx, Euandrique Arcadis alæ
Pro se quisq; uiri, summa nituntur opum ui.
Nec mora, nec requies, uasto certamine tendunt.
Hîc mentem Aeneæ genitrix pulcherrima misit,
Iret ut ad muros, urbique aduerteret agmen
Ocyus, & subita turbaret clade Latinos.
Ille ut uestigans diuersa per agmina Turnum
Huc, atq; huc acies circumtulit, aspicit urbem
Immunem tanti belli, atq; impunè quietam.
Continuò pugnæ accendit maioris imago.
Mnesthea, Sergestumq; uocat, fortemq; Serestum
Ductores, tumulumq; capit, quo cætera Teucrûm
Concurrit legio, nec scuta, aut spicula densi
Deponunt, celso medius stans aggere fatur:
Ne qua meis esto dictis mora, Iuppiter hâc stat,
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Vrbem hodie causam belli regna ipsa Latini,

Ni fre-

Ni frenum accipere, & uicti parêre fatentur,
Eruam, & æqua solo fumantia culmina ponam.
Scilicet expectem libeat dum prælia Turno
Nostra patiar rursusq; uelit concurrere uictus?
Hoc caput ô ciues, hæc belli summa nefandi.
Ferte faces properè, fœdusq; reposcite flammis.
Dixerat, atq; animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum, densaq; ad muros mole feruntur.
Scalæ improuiso, subitusq; apparuit ignis.
Discurrunt alij ad portas, primosq; trucidant,
Ferrum alij torquent, & obumbrant æthera telis.
Ipse inter primos dextram sub mœnia tendit
Aeneas, magnaq; incusat uoce Latinum,
Testaturq; Deos, iterum se ad prælia cogi,
Bis iam Italos hostes, hæc altera fœdera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia ciues,
Vrbem alij reserare iubent, & pandere portas
Dardanidis, ipsumq; trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alij, & pergunt defendere muros,
Inclusas, ut cum latebroso in punice pastor
Vestigauit apes, fumoq; impleuit amaro:
Illæ intus trepidæ rerum, per cærea castra
Discurrunt, magnisq; acuunt stridoribus iras:
Voluitur ater odor tectis, tum murmure cæco
Intus saxa sonant, uacuas it fumus ad auras.

Cõparatio ab apibus.

Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis,
Quæ totam luctu concussit funditus urbem.
Regina ut tectis uenientem prospicit hostem,
Incendi muros, ignesq; ad tecta uolare,
Nusquã acies cõtrà Rutulas, nulla agmina Turni
Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit
Extinctum, & subitò mentem turbata dolore,
Se causam clamat, crimenq;, caputq; malorum,
Multaq; per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.
Quam cladem miseræ postquam accepere Latinæ
Filia prima manu flauos Lauinia crines,
Et roseas laniata genas, tum cætera circùm
Turba furit, resonant latè plangoribus ædes.
Hinc totam infelix uulgatur fama per urbem:
Demittunt mentes, it scissa ueste Latinus,
Coniugis attonitus fatis, urbisq; ruina,
Canitiem immundo perfusam puluere turpans,
Multaq; se incusat, qui non acceperit antè
Dardanium Aeneam, generumq; asciuerit ultrò.
Interea extremo bellator in æquore Turnus
Palantes sequitur paucos, iam segnior, atq;
Iam minus, atq; minus successu lætus equorum.
Attulit hunc illi, cæcis terroribus aura

Regina laqueo sibi uitam finit.

Commis-

Commistum clamorem, arrectasq; impulit aures
Cõfusæ sonus urbis, & illætabile murmur:
Hei mihi, quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quis úe ruit tantus diuersa clamor ab urbe?
Sic ait, adductisq; amens subsistit habenis.
Atq; huic, in faciem soror ut conuersa Metisci
Aurigæ, currumq;, & equos, & lora regebat,
Talibus occurrit dictis: Hâc Turne sequamur
Troiugenas, quâ prima uiam uictoria pandit,
Sunt alij, qui tecta manu defendere possunt.
Ingruit Aeneas Italis, & prælia miscet,
Et nos sæua manu mittamus funera Teucris,
Nec numero inferior, pugnæ nec honore recedes.
Turnus ad hæc:
O soror, & dudum agnoui, cùm prima per artem
Fœdera turbasti, teque hæc in bella dedisti,
Et nunc nequicquam fallis Dea: sed quis Olympo
Demissam tantos uoluit te ferre labores?
An fratris miseri letum ut crudele uideres?
Nam quid ago? aut quæ iam spõdet fortuna salutẽ?
Vidi oculos ante ipse meos, me uoce uocantem
Murranum, quo non superat mihi charior alter,
Oppetere ingentem, atq; ingenti uulnere uictum.
Occidit infelix, ne nostrum dedecus Vfens
Aspiceret: Teucri potiuntur corpore, & armis.

Ab oppor tunitate.

πάθος.

Ratiocinatio.

Excindine domos (id rebus defuit unum)
Perpetiar? dextra nec Draucis dicta refellam?
Terga dabo? et Turnũ fugientẽ hæc terra uidebit?
Vsq; adeò ne mori miserum est? uos ô mihi manes
Este boni: quoniam superis auersa uoluntas,
Sancta ad uos anima, atq; istius inscia culpæ,
Descendã, magnorũ haud unquã indignus auorũ.
Vix ea fatus erat, medios uolat ecce per hostes
Vectus equo spumante Sages, aduersa sagitta
Saucius ora: ruit q; implorans nomine Turnum:
Turne in te suprema salus, miserêre tuorum,
Fulminat Aeneas armis, summasq; minatur
Deiecturum arces Italũm, excidioq; daturum.
Iamq; faces ad tecta uolant, in te ora Latini,
In te oculos referunt, mussat rex ipse Latinus,
Quos generos uocet, aut quæ sese ad fœdera flectat.
Præterea regna tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucemq; exterrita fugit.
Soli pro portis Messapus & acer Atinas
Sustentant aciem, circum hos utrinq; phalanges
Stant densæ, strictisq; seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine uersas.
Obstupuit, uaria confusus imagine rerum,
Turnus, & obtutu tacito stetit, æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistoq; insana luctu,

Cõfirmat se

Inuocat manes.

ὑποτύπωσις.

Amplificatio a crudelitate hostiũ

πάθος.

Mens perturbata in Turno.

Et furijs agitatus amor, & conscia uirtus.
Vt primũ discussæ umbræ, et lux reddita menti est
Ardenteis oculorum orbes ad mœnia torsit
Turbidus, eq; rotis magnam respexit ad urbem.
Ecce autem flammis inter tabulata uolutus
Ad cœlum undabat uortex, turrimq; tenebat,
Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse,
Subdideratq; rotas, pontesq; instrauerat altos:
Iam iam fata, soror, superant, absiste morari,
Quò Deus, & quò dura uocat fortuna sequamur,
Stat conferre manũ Aeneæ, stat quicquid acerbi est
Morte pati, nec me indecorem germana uidebis
Amplius: hunc oro sine me furere ante furorem.
Dixit, & è curru saltum dedit ocyus aruis,
Perq; hostes, per tela ruit, mœstamq; sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac ueluti montis saxum de uertice præceps
Cum ruit auulsum uento, seu turbidus hymber
Proluit, aut annis soluit sublapsa uetustas,
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exultatq; solo, syluas, armenta, uirosq;
Inuoluens secum. disiecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
Sanguine terra madet, strident q; hastilibus auræ,
Significatq; manu, & magno simul incipit ore:

Cõparatio.

Adaptatio.

Parcite iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini,
Quæcunq; est fortuna, mea est, me uerius unum
Pro uobis fœdus luere, & decernere ferro.
Discessere omnes medij, spaciumq; dedere.
At pater Aeneas audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit arces,
Præcipitatq; moras omnes, opera omnia rumpit,
Lætitia exultans, horrendumq; intonat armis.
Quantus Athon, aut quãtus Eryx, aut ipse coruscis
Cùm fremit ilicibus quantus, gaudetq; niuali
Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.
Iam uerò & Rutuli certatim, & Troës, et omnes
Conuertêre oculos Itali, quiq; alta tenebant
Mœnia, quiq; imos pulsabant ariete muros,
Armaq; deposuere humeris: stupet ipse Latinus,
Ingentes genitos diuersis partibus orbis
Inter se coijsse uiros, & cernere ferro.
Atq; illi, ut uacuo patuerunt æquore campi,
Procursu rapido coniectis eminus hastis,
Inuadunt Martem clypeis, atq; ære sonoro.
Dat gemitum tellus, tum crebros ensibus ictus
Congeminant, fors, & uirtus miscentur in unum.
Ac uelut ingenti Syla, summo ue Taburno
Cùm duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri,

Μονομαχία ταύρων.

Stat

Stat pecus omne mutu metum, mussantq; iuuencæ
Quis pecori imperitet, quẽ tota armẽta sequantur
Illi inter sese multa ui uulnera miscent,
Cornuaq; obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla, armosq; lauãt, gemitu nemus omne remugit.
Haud aliter Tros Aeneas, & Daunius heros
Concurrũt clypeis, ingens fragor æthera complet. Ex homeri Iliã. lib. 22.
Iuppiter ipse duas æquato examine lances
Sustinet, & fata imponit diuersa duorum,
Quem damnet labor, & quo uergat pondere letũ.
Emicat hìc, impunè putans, & corpore toto
Altè sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit: exclamant Troës, trepidiq; Latini,
Arrectæq; amborum acies: at perfidus ensis
Frangitur, in medioq; ardentem deserit ictu,
Ni fuga subsidio subeat: fugit ocyor Euro,
Et capulum ignotũ, dextramq; aspexit inermem.
Fama est præcipitem, cùm prima in prælia iũctos
Conscendebat equos, patrio mucrone relicto, Ex Homeri Iliad. lib. 5.
Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metisci,
Idq; diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Sufficit: postquã arma dei ad Vulcania uentũ est,
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit, fulua resplendent fragmina arena.
Ergò amens diuersa fuga petit æquora Turnus,

Et nunc huc, inde huc, incertos implicat orbes,
Vndiq; enim densa Teucri incluſere corona,
Atq; hinc uaſta palus, hinc ardua mœnia cingunt.
Nec minus Aeneas (quanquam tardante ſagitta
Interdum genua impediunt, curſumq; recuſant)
Inſequitur, trepidiq; pedem pede feruidus urget.
Incluſum ueluti ſi quando flumine nactus
Ceruum, aut puniceæ ſeptum formidine pennæ,
Venator curſu canis, & latratibus inſtat,
Ille autem inſidijs, & ripa territus alta,
Mille fugit, refugitq; uias, & uiuidus Vmber
Hæret hians, iamiamque tenet, ſimilisque tenenti
Increpuit malis, morſuque eluſus inani eſt.
Tum uerò exoritur clamor, ripæque, lacusque
Reſponſant circà, & cœlum tonat omne tumultu.
Ille ſimul fugiens, Rutulos ſimul increpat omneis,
Nomine quenq; uocans, notumq; eſſlagitat enſem,
Aeneas mortem contrà, præſensque minatur
Exitium, ſi quiſquam adeat, terretque trementes,
Exciſurum urbem minitans, & ſaucius inſtat.
Quinq; orbes explent curſu, totidemque retexũt,
Huc, illuc, nec enim leuia, aut ludicra petuntur
Præmia, ſed Turni de uita, & ſanguine certant.
Fortè ſacer Fauno foliis oleaſter amaris
Hic ſteterat, olim nautis uenerabile lignum,
Seruã-

ſeruati ex undis ubi figere dona ſolebant
Laurenti Diuo, & uotas ſuſpendere ueſtes.
Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum
Sustulerant, puro ut poſſent concurrere campo.
Hic haſta Aeneæ ſtabat, huc impetus illam
Detulerat fixam, & lenta in radice tenebat.
Incubuit, uoluitq; manu conuellere ferrum
Dardanides, teloq; ſequi, quem prendere curſu
Non poterat. Tum uerò amens formidine Turnus:
Faune precor miſerere, inquit, tuq; optima ferrum
Terra tene, colui ueſtros ſi ſemper honores,
Quos contrà Aeneadæ bello fecere profanos.
Dixit, opemq; Dei non caſſa in uota uocauit.
Nanq; diu luctans, lentoq; in ſtirpe moratus,
Viribus haud ullis ualuit diſcludere morſus
Roboris Aeneas: dum nititur acer, & inſtat,
Rurſus in aurigæ faciem mutata Metiſci
Procurrit, fratriq; enſem Dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci Nymphæ indignata licere,
Acceſſit, telumq; alta ab radice reuellit.
Olli ſublimes armis, animisq; refecti,
Hic gladio fidens, hic acer, & arduus haſta,
Inſiſtunt contrà certamine Martis anheli.
Iunonem interea rex omnipotentis olympi
Alloquitur, ſilua pugnas de nube tuentem.

Turni preces ad Faunum.

Iuppiter ad Iunonem.

Quæ iam finis erit coniux, quid denique restat?
Indigetem Aenean scis ipsa, & scire fateris,
Deberi cœlo, fatisque ad sydera tolli,
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus hæres?
Mortalin' decuit uiolari uulnere Diuum?
Aut ensem (quid enim sine te Iuturna ualeret)
Ereptum reddi Turno? & uim crescere uictis?
Desine iam tandem, precibusque inflectere nostris,
Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recurſent.
Ventum ad supremum est, terris agitare, uel undis
Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
Deformare domum, & luctu miscere Hymenæos.
Vlterius tentare ueto. sic Iuppiter orsus.
Sic Dea submisso contrà Saturnia uultu:
Ista quidem quia nota mihi tua magna uoluntas.
Iuno ad Iouem. Iuppiter, & Turnum, & terras inuita reliqui.
Nec tu me aëria solam nunc sede uideres
Digna, indigna pati, sed flammis cincta sub ipsa
Starẽ acie, traherem inimica in prælia Teucros.
Iuturnam misero, fatcor, succurrere fratri
Suasi, & pro uita maiora audere probaui.
Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum.
Adiuro Stygij caput implacabile fontis,
Vna superstitio superis quæ reddita Diuis.

Et nunc

Et nunc eedo equidem, pugnasque exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum,
Cùm iam connubijs pacem felicibus (esto)
Component, cùm iam leges, & fœdera iungent,
Ne uetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucrosque uocari,
Aut uocem mutare uiros, aut uertere uestes.
Sit Latium, sint Albani per secula Reges,
Sit Romana potens Itala uirtute propago.
Occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.
Olli subridens hominum, rerumque repertor:
Es germana Iouis, Saturniq; altera proles,
Irarum tantos uoluis sub pectore fluctus?
Verùm agè, & inceptũ frustra submitte furorem.
Do quod uis, & me uictus quę, uolens que remitto:
Sermonem Ausonij patrium, mores que tenebunt,
Vtque est, nomen erit, commisti corpore tantùm
Subsident Teucri, morem, ritusque sacrorum
Adijciam, faciamque omnes uno ore Latinos,
Hinc genus, Ausonio mistũ quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire Deos pietate uidebis.
Nec gens ulla tuos æquè celebrabit honores.
Annuit his Iuno, & mente mlætata retorsit.
Interea excedit cœlo, nubemque reliquit.

Petitio de non cõmutandis nominibus.

Concessio.

Romani imperij manifestas.

His

His actis, aliud genitor secum ipse uolutat,
Iuturnamq; parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ,
Quas, & tartaream Nox intempesta Megæram,
Vno, eodemque tulit partu, paribusque reuinxit
Serpentum spiris, uentosasq; addidit alas.
Hæ Iouis ad solium, sæuique in limine regis
Apparent, acuuntque metum mortalibus ægris,
Si quando letum horrificum, morbosq; deum rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.
Harum unam celerem demittit ab æthere summo
Iuppiter, inq; omen Iuturnæ occurrere iussit.
Illa uolat, celerique ad terram turbine fertur,
Non secus, ac neruo per nubem impulsa sagitta,
Armatam sæui Parthus quam felle ueneni,
Parthus siue Cydon, telum immedicabile torsit,
Stridens, & celereis incognita transilit umbras.
Talis se fata Nocte tulit, terrasque petiuit,
Postquam acies uidet Iliacas, atq; agmina Turni,
Alitis in paruæ subitò collecta figuram,
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serùm canit importuna per umbras.
Hanc uersa in faciem, Turni se pestis ad ora
Fertq;, refertq; sonans, clypeumq; euerberat alis.
Illi membra nouus soluit formidine torpor,

Diræ ex nocte.

Turnus cõcussus timore.

Arrec-

Arrectæq; horrore comæ, & uox faucibus hæsit.
At procul ut Diræ stridorem agnouit, & alas,
Infelix crines scindit Iuturna solutos,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis.
Quid nunc te tua Turne potest germana iuuare?
Aut quid iam miseræ superat mihi? qua tibi lucem
Arte morer? talin' possum me opponere monstro?
Iam iam linquo acies, ne me terrete timentem
Obscœnæ uolucres, alarum uerbera nosco,
Letalemque sonum, nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iouis, hæc pro uirginitate reponit?
Quò uitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nũc certè, & misero fratri comes ire per umbras.
Iã immortalis ego, haud quicquã mihi dulce meorũ
Te sine fratre erit. ò quæ satis ima dehiscat
Terra mihi? manesque Deam demittat ad imos?
Tantum effata, caput glauco contexit amictu,
Multa gemens, & se fluuio dea condidit alto.
Aeneas instat contrà, telumque coruscat
Ingens arboreũ, & sæuo sic pectore fatur: (clas?
Quæ nũc deinde mora est? aut quid iã Turne retra
Non cursu, sæuis certandum est cominus armis,
Verte omneis tete in facies, & contrahe quicquid
Siue animis, siue arte uales, opta ardua pennis

Querela Iuturnæ.

Aeneas ad Turnum.

Astra

Turnus. Aeneæ.

Astra sequi, clausumq; cava te condere terra.
Ille caput quassans: non me tua feruida terrent
Dicta ferox, Dij me terrent, & Iuppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens,
Saxum antiquum ingens, campo qui fortè iacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret aruis,
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens, & cursu concitus heros.
Sed neq; currentem se, nec cognoscit euntem,
Tollentem úe manu, saxumq; immane mouentem.
Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis.
Tum lapis ipse uiri uacuum per inane uolutus,
Nec spacium euasit totum, nec pertulit ictum.

Cõparatio ueriſſima de somnio.

Ac uelut in somnis oculos ubi languida preßit
Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus
Velle uidemur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus: non lingua ualet, non corpore notæ
Sufficiunt uires, nec uox, aut uerba sequuntur.
Sic Turno (quacunq; uiam uirtute petiuit)
Succeſſum Dea dira negat, tum pectore sensus
Vertantur uarij, Rutulos aspectat, & urbem,
Cunctaturque metu, telumq; instare tremiscit.
Nec quò se eripiat, nec qua ui tendat in hostem,
Nec

Nec currus usquam uidet, aurigamq; sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto
Eminus intorquet: murali concita nunquam
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus: uolat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orasq; recludit
Loricæ, & clypei extremos septemplicis orbes,
Per medium stridens transit femur, incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusq; remugit
Mons circũ, & uocem latè nemora alta remittũt.
Ille humilis, supplex oculos, dextramq; precantẽ
Protendens: equidem merui, nec deprecor, inquit,
Vtere sorte tua: miserì te si qua parentis
Tangere cura potest, oro, fuit & tibi talis
Anchises genitor, Dauni miserere senectæ,
Et me, seu corpus spoliatum lumine mauis,
Redde meis, uicisti. & uictum tendere palmas
Ausonij uidêre, tua est Lauinia coniux:
Vlterius ne tende odijs. Stetit acer in armis
Aeneas uoluens oculos, dextramq; repressit,
Et iam iamq; magis cunctantem flectere sermo
Cœperat, infelix humero cùm apparuit alto
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis,

Turnus occiditur.

Pallan-

Pallantis pueri, uictum quem uulnere Turnus
Strauerat, atq; humeris inimicũ insigne gerebat.
Ille oculis postquam sæui monimenta doloris,
Exuuiasque hausit, furijs accensus, & ira
Terribilis: tune hinc spolijs indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc uulnere, Pallas
Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum aduerso sub pectore condit
Feruidus, ast illi soluuntur frigore membra,
Mors. Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.

FINIS.

MAPHAEI

MAPHAEI VEGII LAVDENSIS Liber.

ARGVMENTVM

ARGVMENTVM.

Turnus ut extremo uitam sub Marte profudit,
Subdunt se Rutuli Aneæ, Troiana sequentes
Agmina, dehinc superis meriti reddũtur honores,
Congaudet gnato, ac socijs memor ante malorum
Actorum pater Aeneas, Turni inde Latinus
Morte dolet, patriæ miseranda incendia Daunus
Euersæ, & chari deflet pia funera nati.
Connubium instaurat natæ, lætosq; Hymenæos
Rex socer Aeneæ genero, gens utraq; pacto
Fœdere pacis ouat, tum nomine coniugis urbem
Instruit, & tandem placida sub pace regentem
Transtulit Aeneam Venus astra in summa beatũ.

TVrnus ut extremo deuictus Marte profudit
Effugientem animã, medioq; sub agmine uictor
Magnanimus stetit Aeneas Mauortius heros.
Obstupuere omnes, gemitumq; dedere Latini,

Et durum ex alto remouentes corde dolorem,
Simile. Concussis cecidere animis, ceu frondibus ingens
Sylua dolet lapsis, boreali impulsa tumultu.
Tum tela infigunt terræ, & mucronibus hærent,
Scutaq; deponunt humeris, & prælia damnant,
Insanumq; horrent optati Martis amorem,
Nec frenum nec colla pati captiua recusant,
Et uenam orare, & requiem finemq; malorum.
Cõparatio. Sicut acerba duo quando in certamina tauri
Concurrunt, largo muscentes sanguine pugnam,
Cuique suum pecus inclinat, sin cesserit uni
Palma duci, mox quæ uicto pecora antè fauebant,
Nunc sese imperio subdunt uictoris, & ultro,
Quãquã animũ dolor altus habet, parêre fatẽtur.
Non aliter Rutuli, licet ingens mœror adhausit
Pectora pulsa metu cæsi ducis, inclyta malunt
Arma sequi, & Phrygium Aneã, fœdusq; precari
Pacis, & æternam rebus belloq; quietem.
Tũc Turnũ super assistẽs placido ore profatus
Aeneas: Quæ tanta animo dementia creuit,
Vt Teucros superùm monitis, summiq; tonantis
Imperio huc uectos, patereris Dauna proles
Italia, & pactis nequicquam expellere tectis?
Deum religio. Disce Iouem reuereri, & iussa facessere Diuũm.
Magnũ etiam capit ire Iouem, memoresq; malorũ
Sollicitat uindicta deos, en ultima tanti

Meta

Meta furoris adest, quo contra iura, fidemq;
Pœna periu-rij. Iliacam rupto turbasti fœdere gentem.
Ecce suprema dies, alijs exempla sub æuum
Venturum missura, Iouem non temnere frustrà
Fas sit indignos bellorum accendere motus,
Nunc armis lætare tuis, heu nobile corpus,
Turne iaces, at non tibi erit Lauinia paruo,
Translatio. Nec dextra tamen Aeneæ cecidisse pudebit.
Nunc Rutuli hinc auferte ducẽ uestrũ, arma uirũq;
Largior, atq; omnem defendæ mortis honorem.
Sed quæ Pallantis fuerant ingentia baltei
Pondera, transmittam Euandro: ut solatia cæso
Adhortatio ut cautiores sint in fusciendis bellis. Haud leuia hoste ferat, Turnoq; exultet adempto.
Vos memores tamen Ausonij melioribus uti
Discite bellorum auspicijs, ego sydera iuro,
Nunquã acies, nunquã arma libens in prælia moui
Sed uestris actus furijs defendere toto
Optaui, & licuit, Troianas robore partes.
Nec fatus plura Aeneas, se lætus ad altos
Vertebat muros, & Troia tecta petebat.
Vnà ipsumu Tecrorum omnis conuersa iuuentus
Exultans sequitur, uolucresq; per arua pedum uĩ
Quadrupedes citat, incusans acri ore Latinos
Ignauosq; uocans, strepit altis plausibus æther.
Et quamuis inhumata rogis dare corpora surgat
Ingens cura animo, sociosq; imponere flammis,

Sacrificium

Maius opus tamen Aeneas sub pectore uoluens,
Primùm aris meritos superis mandabat honores.
Tum pingues patrio iugulant ex more iuuencos,
Immittunt q; sues, niueas q; in templa bidentes,
Purpuream effuso pulsantes sanguine terram.
Viscera diripiunt, & cæsum in frusta trucidant,
Denudant q; gregẽ, & flammis uerubus q; remittũt.
Tum uina effundunt pateris, & dona Lyæi
Accumulant, plenis uenerantur lancibus aras.
Thura ignes adolent, onerata altaria fumant.
Tum plausus per tecta mouent, magnum q; tonantẽ
Extollunt, Veneremq;, & te Saturnia Iuno
Iam placidã, & meliorem ingenti laude fatentur.
Mauortem q; ipsum: tum cætera turba deorum
In medium effertur, summis cum uocibus altos
Perlata ad cœlos, ante omnes gratior unus
Aeneas duplices mittebat ad æthera palmas,
Et puerum pauca ore dabat complexus Iulum:

Consolatur Iulum per pessis tandẽ laboribus.

Nate in quo spes una patris, per tanta laborum
Quem uarijs actus fatis discrimina duxi,
Ecce inuenta quies, ecce illa extrema malorum
Aerumnis factura modum, acceptissima semper
Atq; optata dies, quam dura in bella uocatus
Sæpe tibi Dijs auspicibus meminisse futuram
Iam memni: nunc te quàm primùm aurora rubebit
Crastina, sublimen Rutulorum ad mœnia mittam.

Dehinc

Dehinc sese ad gentem Iliacam uoluebat, & alto
Pectore uerba trahens, blando est sic ore locutus:

Commemoratio calamitatum.

O socij per dura, ac densa pericula uecti,
Per tantos bellorum æstus, duplices q; furores
Armorum, per tot hyemes, per quicquid acerbum,
Horrendũ, graue, triste, ingẽs, per qcquid iniquũ,
Infaustum, & crudele foret, conuertite mentem

Consolatio

In melius, iam finis adest, hic meta malorum
Stabit, & optatam Latia cum gente quietem
Iungemus, dabit inde mihi Lauinia coniux
Bello acri defensa, Italo cum sanguine mistam
Troianam transferre æterna in secula gentem.
Vnum oro socij: Ausonioss communiter æquo
Ferte animo, & uosmet socero seruate Latino.
Sceptrum idem sublime geret, sententia mentem
Hæc habet: at bello uos, & præstantibus armis
Discite me, & pietate sequi, quæ gloria nobis
Cesserit in promptu est, sed cœlũ, & sydera testor
Qui uos tantorum eripui de clade malorum,
Idem ego sub maiora potens uos præmia ducam.
Talibus orabat, uarios in pectore casus

Cõparatio a miluo desumpta.

Præteritos uoluens, partamq; labore quietem
Haud paruo, nimium ardenti exundabat amore
In Teucros, grauibus tandem euasisse periclis
Exultans, ueluti exiguis cùm ex æthere gyrans
Incubuit pullis, & magno turbine miluus

Insiliens auido ore furit, stragemq; minatur.
Tum cristata ales perculso pectore mater
Consurgit, misero natorum exterrita casu,
Rostrum acuit, totisq; petit conatibus hostem,
Et multa expulsum ui tandem cedere cogit.
Dehinc perturbatos crocitans exquirit, & omnes
Attonitos cogit pro charis anxia natis,
Et tanto ereptos gaudet superesse periclo.
Non secus Anchisa genitus mulcebat amicis
Troianos dictis, autiquum corde timorem,
Flagranteisq; agitans curas, & gaudia longis
Tandem parta malis, & quæ perferre molestum
Antè fuit, meminisse iuuat, uerùm altior idem
Ingenti, & clara Aeneas supereminet omnes
Virtute excellens, & pro tot numina donis
Exorat, summisq; Iouem cum laudibus effert:
Interea Rutuli magnum & miserabile funus,
Funus Turni, ὑπερβολή Exanimumq; ducem tulerant sub tecta frequentes.
Correpti mœrore animos, largumq; pluentes
Hymbrem oculis, & iam lato clamore Latinum
Defessum, & uarios agitantem pectore casus
Complerant, qui postquã altos creberscere questus
Et Turnum ingenti confossum uulnere uidit,
Haud tenuit lachrymas, dehinc mœstũ læuiter ag-
Corripuit manibus, uerbisq; silentia ponẽs. (men
Cõparatio Ceu spumantis apri quando per uiscera dentes

Fulmi-

Fulmineos canis excepit præstantior omni
Ex numero, tunc infausto perterrita casu
Cætera turba fugit latrantum, atq; ore magistrũ
Circumstans querulo pauitat, magnoq; ululatu
Infremit, ac commota manu dominiq; iubentis
Ore silet, gemitumq; premit, seseq; coërcet.
Haud aliter Rutuli supressa uoce queruntur.
Tunc sic illachrymans rex alto corde Latinus
Verba dabat: quantus humana negotia motus,
Alternasq; uices miscent? quo turbine fertur
Vita hominũ? ò fragilis damnosa superbia sceptri,
O furor, ò nimium dominandi innata cupido,
Mortales quò cæca uehis? quò gloria tantis
Inflatos transfers animos quæsita periclis?
Quot tecũ insidias, quot mortes, quanta malorum
Magnorum tormenta geris? quot tela? quot enses
Ante oculos (si cernis) habes? heu dulce uenenum,
Et mundi letalis honos? heu tristia regni
Munera, quæ haud paruo cõstent, & grãdia rerũ
Pondera, quæ nunquam placidã permittere pacem
Nec requiem conferre queant, heu sorsis acerbæ
Et miseræ regale decus, magnoq; timori
Suppositos regum casus, paciq; negatos.
Quid Turne ingenti Ausoniam mouisse tumultu,
Et dura Aeneadas turbasse in bella coactos?
Quid iuuat, & uiolasse sacræ promissa quietis

Sententia. deplorans inconstantem fortunæ aleam.

Exaggerat regnorum incõmoda & calamitates.

Conuersio ad Turnũ.

Pignora? quo tibi tanto animo impatientia uênit,
Vt Martem cum gente Deûm, iussúq; tonantis
Huc uecta gereres? & nostris pellere tectis
Vltrò instans uelles? natæq; abrumpere fœdus
Pœna uiolati fœderis. Pollicitæ genero Aeneæ? & me bella negante
Dura mouere manu? quæ tanta insania mentem
Implicuit? quoties te in sæui Martis euntem
Agmina, sublimemq; in equo, & radiantibus armis
Tentaui reuocare, & iter suspendere cœptum,
Corripui & pauitans cedentem in limine frustra?
Ab incommodis. Inde ego quanta tuli, testantur mœnia tectis
Semirutis, magniq; albentes oßibus agri,
Et Latium toto uacuatum robore, & ingens
Exitium, fluuijq; humana cæde rubentes,
Et longi trepidiq; metus, duriq; labores,
Quos totics senior per tanta pericula cœpi.
At nunc Turne iaces, ubi nam generosa iuuentæ
Mouet cõmiserationem dum comminiscitur, quãtos dolores pater Turni accepturus sit. Gloria, & excellens animus? quo splendidus altæ
Frõtis honos? quò nam illa decẽs, et frontis imago?
Ah quantas Dauno lachrymas, acresq; dolores
Turne dabis, quando circunfluet Ardea fletu?
Sed non degeneri, & pudibundo uulnere fossum
Aspiciet, saltem hoc miseræ solamen habebit
Mortis, ut Aeneæ Troani exceperis ensem.
Hæc fatus, lachrymisq; genas impleuit obortis.
Tum sese ad turbam uoluens, miserabile corpus
Attolli,

Attolli, & caram mœsti genitoris ad urbem
Deferri, atq; pios fieri mandabat honores.
Mox circumfusi Rutuli lato agmine cæsum
Sublimem ingenti iuuenem posuere pheretro,
Multa super Teucrûm raptorum insignia secum
Et galeas, & equos, enses q;, & tela ferentes,
Post currus Phrygia sudantes cæde sequuntur.
It lachrymans, & ducit equũ docta arte Metiscus
Rorantem, & fletu madidum, qui uexerat antè
Victorem Turnum, atq; hostili strage furentem.
Hinc alij aduersa arma gerunt, tum cætera pubes
Flens sequitur, largisq; humectat pectora guttis.
Et iam fessi ibant per muta silentia noctis
Cedentis sese: gressumq; in tecta Latinus
Flexerat, ingenti turbatus funere mentem.
Vnà omnes lachrymas matres, pueriq;, senesq;,
Fundebant, mœstam implentes mugitibus urbem.
Inscius ac tantos Daunus superesse dolores,
Et natum extremo consumptum Marte superbam
Effudisse animam, largisq; ad mœnia duci
Cum lachrymis, alios gemitus, curasq; fouebat,
Namq; ex diuersa caderent dum parte Latini,
Et calido Turnus fœdaret sanguine terram,
Incendium Ardeæ. Vrbem ingens flamma, & muros inuaserat altos,
Fumabatq; erutis miseri patris Ardea tectis,
Et tota in cinerem uergebat, & astra fauillæ

Altiuolæ implebant, nec ſpes plus ulla ſalutis.
Siue quidem ſic Dijs placitũ eſt, ſeu præſcia Turni
Signum ut fata darent horrẽdo Marte perempti.
Extemplò concuſſi animos, turbataq; ciues
Pectora cedentes, miſerandæ ſortis iniquum
Deflebant caſum, longoq; ex ordine matres:
Atq; auidos totis fugiebant uiribus ignes.
Cõparatio a formicis ſumpta. Ac ueluti cùm nigra cohors poſuere ſub altæ
Arbore, & in fiſſa radice cubilia longo
Formicæ inſtantes operi, ſi dura ſecuris
Incumbat, uerſoq; infringat culmine paruas
Sæua caſas: mox certatim ſeſe agmine ſparſo
Corripiunt, mœſtaq; fuga, trepidæq; feruntur.
Et uelut ignitum teſtudo euerſa calorem
Cùm ſenſit luctata diu, pedibusq; renitens,
Caudam, agitansq; caput, magna ui cedere tentat.
Æſtuat, & multo inſidias conamine miſcet.
Adaptatio. Haud aliter miſeri per tanta pericula ciues
Iactabant ſeſe, & turbata mente ferebant.
Ante omnes ſenio confectus ad æthera uoces
Fundebat querulas Daunus, ſuperosq; uocabat.
Augurium ſiniſtrum. Tum uerò è medijs uiſa eſt conſurgere flammis
Percuſſisq; ales uolitare per aëra pennis,
Indicium, nomenq; urbis uerſæ Ardea ſeruans,
Et cui ſublimes ſtabant in mœnibus arces,
Mutata effuſis nunc circumlabitur alis.

Attoniti

Attoniti nouitate omnes, monitisq; Deorum
Haud paruis confuſi humeros atq; ora tenebant.
At Daunus patriæ ardenti concuſſus amore
Euerſæ, duros gemitus ſub corde premebat.
Hæc inter magno uolitans prænuncia motu
Fama ruit, latisq; animos clamoribus implet, Fama.
Aduentare nouum multo cum mulite funus,
Et Turnum exanimem, & letali uulnere uictum.
Mox turbati omnes nigras duxere frequentes
Incenſas ex more faces, ardentibus agri
Collucent flammis, dehinc ſe uenientibus addunt.
Quos poſtquam toto uidere ex agmine matres
Percuſſis uocem palmis ſuper æthera tollunt. Daunus.
At Daunus chari ut patuerunt funera nati,
Subſtitit & demum ingenti correpta dolore
Ora mouens, medium ſeſe furibundus in agmen
Proripuit, Turnumq; ſuper proſtratus et hærens,
Quum primùm fari potuit, ſic edidit ore:
Nate patris dolor, & feſſæ miſerandæ ſenectæ
Rapta quies, quò me tantis iactate periclis
Duxiſti, & ſæuis tandem deuicte ſub armis? Exclamatio
Quò tua me præſtans animi conſtantia uexit?
Hic claræ uirtutis honos, hæc gloria ſceptri?
Hoc magni decus imperij? tales ne triumphos
Nate refers? hæc illa quies promiſſa parenti
Afflicto toties? hæc meta optata laborum?

Hæc

Heu miserum, quàm præcipites labentia casus
Secla agitant, quanto uoluuntur fata tumultu?
Qui iam sublimes referebas clarus honores,
πάθος Et magnus toto in Latio, quem Troës in armis
Ab inconstantia rerũ humanarũ. Horrendum, & trepidi toties sensere furentem,
Nunc mi Turne iaces miserandũ, & flebile corpus,
Iam mutũ est sine uoce caput, quo pulchrior alter
Non fuit in tota Ausonia, nec gratior ullus
Eloquio, nec quis positis ingentior armis.
Nate ubi forma nitens? niueáq; in fronte serenus
Ille decor, dulcisq; oculorum aspectus, & altæ
Sydereus ceruicis honos? his gloria Martis
Contigit auspicijs? tali rediture paratu
Discedens uoluisti auidis te credere bellis?
Mors. Heu mortem inuisam, quæ sola ultricibus armis
Elatos frenas animos, communia toti
Genti sceptra tenens, æternaq; fœdera seruans.
Quæ magnos, paruosq; teris, quæ fortibus æquas
Imbelles, populisq; duces, senumq; iuuentæ.
Heu mortem obscuram, quæ causa indigna coëgit
Eripere, atq; meum crudeli uulnere natum
Afficere? ô felix tam grato cædis Amata
Successu lætare tuæ, quæ tanta dolorum
Fugisti monumenta, grauisq; immania casus
a Quæ. Pondera, quid* misero genitori plura paratis
O superi? natum rapuistis, & Ardea flammis
Com-

Consumpta in cinerẽ uersa est, nũc æthera pennis
Verberat, ah me Turne tua plus cæde cruenta.
Deerat adhuc sors ista patris suprema senectæ.
At uerò tali seres cum fœdere uersant,
Vt quem infesta furens miserum fortuna moratur,
Illum omni petat infrendens, & turbine cogat.
Dixerat: et multa illachrymans largo ora rigabat
Hymbre, trahẽs duros gemitus, rapidosq; dolores.
Qualis ubi incubuit ualidis Iouis unguibus ales, Cõparatio:
Et parum effuso diuulsit sanguine fœtum,
Cerua uidens miseri turbatur funere nati.
Postera lux latum splendore impleuerat orbem,
Tunc pater infractos fatali Marte Latinus
Defecisse uidens Italos, totamq; potenti
Cedere fortunam Aeneæ, belliq; tumultum.
Ingenteisq; animo curas, & fœdera uoluens
Connubij promissa, suæ nataq; hymenæos,
Præstantes uocat electos ex agmine toto Oratores ad Aeneam mittuntur, et mille uiri
Mille uiros, qui Dardanium comitentur ad urbem
Spectatum uirtute ducem, iungitq; togatos
Multa oratores memorans, & euntibus ultrò
Imperat: ut quando auspicijs, monitisq; Deorum
Troianam miscere Italo cum sanguine gentem
Expediat, placido intersint animoq; reuisant,
Aeneadasq; uehant alta intra mœnia læti.
Interea ipse urbem labefactam, & uulgus inerme
Compo-

Componit, solidatq; animos, requiemq; futuram
Spondet, & æternam uentura in secula pacem.
Inde iubet meritos turba plaudente triumphos,
Sublimesq; domus fieri regalis honores.
Atq; alacris monet, unanimes ut fronte serena
Occurrant genero uenienti, & pectore toto
Excipiant gentem Iliacam, magnisq; receptent
Plausibus, optataq; effundant pacis amores.
Iamq; instructa cohors Teucrorum castra subibat
Cincta comas ramis oleæ, pacemq; rogabat,
Quam bonus Aeneas ad se intra regia duci
Tecta iubet, causamq; uiæ placido ore requirit.
Tunc senior sic incipiens ardentia Drances
Verba mouet, nimium erepti pro funere Turni
Exultans: ô Troianæ dux inclyte gentis,
Gloria, spesq; Phrygum, quo nec pietate, nec armis
Maior in orbe fuit, uicti obtestamur, & omnes
Iuramus Diuosq;, Deasq;, inuitus in unum
Conflatum uidit Latium, & temerata Latinus
Fœdera, nec Phrygios unquam turbauit honores?
Quin natæ, quando superûm sic uota ferebant,
Connubia, & generum magno te optabat amore.
Sed quicquid tanto armorum flagrante tumultu,
Tantorum furijsq; operũ, atq; laboribus actũ est,
Id rapidus Turni, & stimulis incensus iniquis,
Confectusq; odijs furor attulit, ille negansq;,

Exculatio.

Reiscit in Turnũ belli causas.

Inuitusq; dedit Latias in prælia gentes.
Illum omnis conuersa cohors poscebat, ut armis
Cederet, & magnum sineret succedere pactis
Connubijs Anchisiaden, inde optimus ambas
Iungebat palmas defessa ætate Latinus
Infractus, nimioq; ardentem Marte rogabat.
Nec nostræ potuere preces inflectere durum,
Nec Diuûm portenta animum, quin acrius ignem
Spumabat ferus ore uomens, bellumq; ciebat.
At uerò dignum inuenit pro talibus ausis
Exitium, qui te tandem uictore momordit
Nigrantẽ prostratus humum, nunc improbus ædes
Tartareas uisurus eat, quæratq; sub imo
Nunc alias Acheronte acies, alios q; hymenæos.
Tu melior succede bonis Laurentibus hæres.
In te omnis domus, & fessi inclinata Latini
Spes iacet, unum omnes Itali super aurea mitti
Sydera, & ingentem bello, & cœlestibus armis
Extollunt, & uera canunt præconia uoces.
Te grauium ueneranda patrum, consultaq; turba,
Inualidiq; ætate senes, te læta iuuentus,
Et cupidæ matres, pueri, innuptæq; puellæ
Vnanimes æquo ore uolunt, Turnumq; sub armis
Exultant cecidisse tuis, te tota precatur
Ausonia, & claris præstantem laudibus effert.
In te unum conuersi oculi, pater ipse Latinus

Pœna rupti fœderis.

Narratio cõtinens precationem.

Amplificatio laudum Aeneæ.

Iam senior sola hæc longæuæ munera uitæ,
Qui gnatam tibi iungat, habet, generiq; nepotes
Troianos Italo admistos in secula mittat.
Epilogus. Ergò agè, magne ueni Teucrorũ ductor, et altos
Ingredere, & celebres cape, quos spondemus hono-
Finierat, cunctiq; eodẽ simul ore fremebãt. (res.
Quos pius Aeneas hilari cum fronte receptos
Prosequitur paucis, & amico pectore fatur:
Nec uos, nec placida solitum sub pace Latinum
Arguerim: uerùm infesti uiolentia Turni
Tantũ opus haud dubito, & tãti discrimina Mar-
Conciuit, iuuenilis enim plus laudis amore. (tis
Quicquid id est tamen Ausonij, nil pacta recuso
Annuit Ae neas. Connubia, & sanctam æterno cum fœdere pacem
Iungere: rex idem imperium, & uenerãda tenebit
Sceptra socer, statuentq; mei mihi mœnia Teucri,
Et nomen natæ urbis erit, sociosq; penates
Adijciam, uos communes in secula leges,
Concordesq; ingenti animo mittetis amores.
Interea quod restat adhuc, imponite flammis
Corpora, quæ duri miseranda insania belli
Arripuit, debinc cùm primùm iam crastina surget
Clara dies, læti Laurentia tecta petemus.
Dixerat, & tanto affatu conuersa tenebat
Ora simul, stupefacti omnes, & apertius ingens
Mirantes pietatis opus: mox roboreto toto
Conge-

Congestas rapuere pyras, ignemq; repostis
Comburun tur socij. Ciuibus immisere, altùmq; sub æthera fumus
Euolat, atq; atris cœlum sublime tenebris
Conditur, innumeras ex omni rure bidentes,
Glandiuorosq; sues iugulant, pinguesq; iuuencos,
Immuttuntq; rogis, latos incendia campos
Enudant, fremit impulsus clamoribus aër.
Iamq; sequens clarũ extulerat lux aurea Phœbũ,
Tum Teucri Ausonijq; omnes misto agmine læti
Consedere in equis, & gressum ad tecta mouebant
Troiani ac cedunt ad mœnia Latini. Laurenti, atq; altis erectam mœnibus urbem,
Ante omnes pius Aeneas, pòst ordine Drances
Multa duci senior memorans, debinc unica proles
Ascanius, multumq; animi maturus Alethes,
Et grauis Ilioneus, Mnestheusq;, acerq; Serestus,
Sergestus, fortisq; Gyas, fortisq; Cloanthus,
Pòst alij, mistimq; Itali, Teucriq; sequuntur.
Interea effusi stabant per mœnia ciues,
Sublimeisq; alta statuebant laude triumphos,
Troianam cupido expectantes pectore turbam.
Et iam aduentabant: quos læta fronte Latinus
Occurrens magna excepit comitante caterua.
At postquam medio uenientem ex agmine uidit
Dardanium Aeneam, haud uera illusit imago,
Namq; omnes super excellens, atq; altior ibat,
Et latè regalem oculis spargebat honorem,

Sydereis, tunc cum primùm data copia fandi est,
Et uoces capere, atq; optatas iungere dextras,
Aeneæ & Latini congressus. Incipit, & prior affatur placido ore Latinus:
Venisti tandem, cupidum nec fixa fefellit
Spes animum, lux Troianæ clarissima gentis,
Magnorum quem iussa Deûm tot casibus actum
Italia, & nostris uoluerunt sistere tectis.
Quanquam humana furens nimis ausa licentia sanc
Turbarit leges, & Diuûm excluerit iras, (et
Quinetiam inuitum totics, me q; arma negantem
Tradiderit duri perferre pericula Martis.
Factum etenim, sed nec paruo stat, numina iustæ
Indignata animis misere ultricia pœnas.
Hortatio: Nunc age magne Phrygum ductor, quando omnis
Seditionis abest, & tanti criminis autor, (origo
Connubijs succede, & promissis Hymenæis.
Sunt mihi regna, manent erectis oppida muris.
Sola autem fessæ spes unica nata senectæ,
Te generum, & natum tempus cõplector in omne.
Quem contrà bonus Aeneas: rex maxime, nullam
In te horum causam armorum, tantiq; tumultus
Crediderim, placidæ assueto sub tempore pacis,
Et si qua est, pone hanc curã pater optime, quæso.
Nunc adsum, & patrẽ, et socerũ te lætus in omneis
Accipio casus, magni mihi surgit imago
Anchisæ, & rursum ardebo genitoris amore.

Talibus

Talibus orabant inter se, & tecta subibant
Regia, cùm studio effusæ matres q;, nurus q;
Longæui q; patres stabant, iuuenum q; cohortes,
Pulchra reuisentes Troianæ corpora gentis,
Ante omnes magnum Aeneam, cupido q; notabant
Altum animo genus, & præstantem frõtis honorẽ,
Quæsitam q; alacres pacem q;, optata quietis
Munera laudabant: ceu quando longus & ingens Cõparatio.
Agricolas tenuit resolutis nubibus hymber
Suspensos, curuum q; diu requieuit aratrum,
Tunc si clarus equos spatioso limine Titan
Laxet, & aurato cœlum splendore serenet,
Lætitia exundant, & sese hortantur agrestes.
Non secus Ausonij tam læto in tempore rerum
Composuere animos, & iam rex alta Latinus
Atria, regales q; aditus intrarat, & unà
Optimus Aeneas, sequitur quem pulcher Iulus,
Debinc Itali, musti q; Phryges, tum splendida lato
Applausu, & magno completur regia cœtu. Lauinia.
Hæc inter matrum innumera, nurum q; caterua
In medium comitata uenit Lauinia uirgo,
Sydereos deiecta oculos, quam Troius heros
Virtute & forma ingentem, mirabile dictu,
Vt uidit primo aspectu stupefactus inhæsit,
Et secum Turni casus miseratus acerbos,
Qui haud parua spe ductus ouans in prælia tantos

Ciuiſſet motus, duriſq; arſiſſet in armis.
Tum uerò æterno iunguntur fœdera nexu,
Connubij, multaq; canunt cum laude Hymenæos,
Dehinc plauſus, fremitusq; altũ ſuper ærа mittunt
Et lætam uocem per regia tecta uolutant.
At fidum interea Aeneas affatur Achaten,
Vadat, et Andromache, quondam data munera ue
Intextas auro ferat, &, quod ſæpe ſolebat (ſtes
Dum res Troianæ ſtabant, circumdare collo
Auratum gemmis, circumſpectumq; monile,
Munera. Præterea magnum cratêra im pignus amoris
Quem Priamus patri Anchiſæ donauerat olim.
Nec mora, iuſſa ſequẽs, pulcherrima portat Acha
Munera, tunc ſocer ingentẽ cratêra Latinus (tes
Donatum capit, at coniux Lauinia ueſtes,
Atq; monile decens, placido dehinc pectore ſeſe
Demulcent, uarijsq; trahunt ſermonibus horas.
Et iam tarda epulas fugientis tempora lucis
Poſcebant, mox regali conuiuia luxu
Effundunt, latosq; alta intra tecta paratus.
Conuenere omnes, ſtrato diſcumbere in oſtro,
Delitijs iuſſi, & dapibus ſe inferre futuris.
Dat manibus cryſtallus aquas, menſisq; reponunt
Apparatus conuiuij. Flauentem Cererem, tum læta fronte miniſtri
Innumeri magno diſtinguunt ordine curas.
Pars dapibus reficit menſas, pars pocula miſcet,
Crateraſq;

Crateraſque replet, nunc hâc, nunc uoluitur illâc
Turba frequẽs, uarios miſcentque per atria motus.
At puerum pater immotis ſpectabat Iulum Iulus.
Luminibusq;, uultum admirans, moresq; Latinus,
Et grauiter puerili ex ore cadentia uerba,
Maturumq; animũ ante annos, & multa rogabat,
Permiſtas referens uoces, dehinc oſcula figens
Dulcia, camplexum manibus iunctumque fouebat,
Et nimium exultans felicem, & munere Diuûm
Donatum Aeneam, pro tali prole ferebat.
Poſtquam epulis cõpreſſa fames, traducere longã
Incipiunt fando, & labentem fallere noctem. Confabu-
Nunc duros Troiæ caſus, gentesq; Pelaſgas, lantur.
Nunc fera Laurentis memorantes prælia pugnæ,
Quo primum diffuſæ acies, quo tela uiciſsim
Pulſa loco, qui primus ouans inuaſerit agmen,
Fulmineumque ardens in equo madefecerit enſem.
Præcipuè Tros Aeneas, ſeniorque Latinus,
Magnorum heroum, Latijque antiqua potentis
Geſta recenſebant, fugientemque horrida nati
Arma ſui Saturnum, Italis latuiſſe ſub oris.
Hinc Latium dixiſſe, genusque in montibus altis
Compoſuiſſe uagum, leges que, & iura dediſſe.
Et Bacchi, & frugum cultus, dehinc tecta ſecutum
Eſſe paterna Iouem, atq; Electra Atlantide cretus
Iaſio Idæas cæſo Phrygiæ iſſet ad urbes

Troianæ gẽtis origo.

Dardanus, ex Corytho multa cum gente profectus,
Vtq; insignem aquilã dono, et Ioue patre superbus
Hectoreæ gentis signum, illustresq; tulisset
Primus auũm titulos, Troianæ stirpis origo.
Talibus atq; alijs inter se longa trahebant
Tempora, tum fremitus, lætæq; per atria uoces
Alta uolãt, strepitu ingenti tectum omne repletur.
Dant lucem flammæ, lato splendore coruscant.
Cõsurgunt Phryges, & cithara resonãte sequũtur
Ausonij, & plausum ingeminant, seq; agmine toto
Permiscent, uariantq; pedes, raptimq; feruntur.
Et iam fessa nouem largo connubia luxu
Attigerant celebrata dies: tum maximus heros

Aeneas designat urbem aratro.

Aeneas urbem curuo signabat aratro,
Fundabatq; domos, & amictas aggere fossas.
Ecce autem fatu haud daruum, diffundere flammã
Ingentem, & fulgore leuem, & se nubibus altis
Miscentem summo Lauinia uertice uisa est.
Obstupuit pater Aeneas, duplicesq; tetendit
Ad cœlum cum uoce manus: si Iuppiter unquam
Gens monitis Troiana tuis terraq;, mariq;
Paruit imperijsq; libens, si numina, uestras
Si merui, coluique aras, per si quid agendum est.
Quod restat placidam felici afferte quietem
Augurio, & firmate, malisque imponite finem.
Talia iactantem circumstetit aurea mater,

Se Ve

Se Venerem confessa, almo & sic edidit ore:
Gnate animo pone hanc curã, & meliora capesse
Signa Deũm, gaudensq; bonis succede futuris.
Nunc tibi parta quies, nunc meta extrema malorũ
Nunc tandem optatam componunt secula pacem.
Nec flammam ad cœlos perlatam è uertice charæ
Coniugis horresce: ac constantem dirige mentem. Exponit prodigium
Nanq; erit illa tuum celebri quæ sanguine nomen
Troianosq; auctura duces ad sydera mittet.
Hæc tibi magnanimos sublimi prole nepotes
Conferet, egregijs totum qui laudibus orbem
Complebunt, totumq; sua uirtute potentes
Sub iuga, uictoresq; trahent, quos gloria summo
Oceanum transgressa ingens æquabit Olympo,
Quos tãdem innumera ardens post illustria rerũ
Gesta Deos factura uehet super æthera uirtus.
Hanc flammam uentura tuæ præconia gentis
Designant, hoc omnipotens è culmine signum
Sydereo dedit, at tantarum in munere laudum
Quam statuis, dicas à nomine coniugis urbem. Vrbs de nomine uxoris Lauinia dicitur.
Præterea sacros Troia ex ardente penates
Ereptos compone noua intra mœnia, & altos
Inser ad æternum mansuros tempus honores.
Hi tibi (mira feram) tãto urbis amore trahentur,
Vt uecti ad sedes alias loca prima Latini
Sponte sua repetent, iterumq; iterumq; reuersi.

O felix quem tanta manent, dehinc pace tenebis
Sub placida gentem Iliacam, pòst fessus, & æuo
Confectus, tandem Elysias socer ibit ad umbras,
Succedes, sceptroque, atq; Italis dominabere, leges
Communes, Teucrisque ferens, tum lætus ad altũ
Te mittes cœlum, sic stat sententia Diuûm.
Dixit: & inde leues fugiens se uexit ad auras.
Aeneas tanto stupefactam numine mentem
Percußus, Diuæ peragit mandata parentis.
Et iam compositos felici in pace regebat
Dardanidas, & iam decedens sceptra Latinus
Latinus moritur. Liquerat, & pius Aeneas successerat, omnem
Ausoniam, latáq; potens ditione tenebat.
Iam paribus Phryges, atq; Itali se moribus ultrò
Et socia ingenti firmabant pectora amore,
Concordiq; æquas miscebant fœdere leges.
Tum medio Venus exultans se immisit olympo
Ante Iouem, & cõplexa pedes sic ore locuta est:
Precatio Veneris ad Iouẽ, ut astra recipiant Aeneam. Omnipotens genitor, qui solus ab æthere summo
Cuncta moues, qui res hominum, curasq; recenses,
Dum Teucros traheret fortuna inimica, recordor,
Spondebas finem ærumnis, rebusq; salutem.
Nec tua me promissa pater sententia fallit:
Namq; omnes gaudere sacra treis pace per annos,
Viderunt Italæ nullo discrimine partes,
Verùm ad syderei missurum culmina cœli

Pollicitus

Pollicitus magnum Aeneam, meritumq; ferebas
Illaturum astris, quid nunc sub pectore uersas?
Iamq; optat matura polos Aeneia uirtus.
Olli hominũ sator atq; Deũ dedit oscula, ab alto Iuppiter
Pectore uerba ferens: quantũ Cytherea potentem Veneri.
Aeneam, Aeneadasq; omnes infessus amaui,
Et terra, & pelago, & per tanta pericula uectos
Nosti, & sæpe equidem indolui commotus amore
Gnata tuo, tandemq; malis Iunone secunda
Imposui finem, nunc stat sententia menti,
Qua ductorem alto Phrygium succedere cœlo
Institui, & firma est, numeroq; inferre Deorum
Constat, & id concedo libens: tu si quid in ipso
Mortale est adime, atq; astris ingentibus adde.
Quin si alios sua habet uirtus, qui laude perenni
Accingant sese, gestis præstantibus orbem
Exornent, illos rursum super æthera nuttam.
Assensere omnes superi, nec regia Iuno
Abnuit, at magnum Aeneam suadebat ad altum
Efferri cœlum, & uoces addebat amicas.
Tum Venus aërias descendit lapsa per auras,
Laurentumq; petit, uicina Numcius undis Venus demittit se.
Flumine is ubi currit in æquora harundine tectus.
Tunc corpus nati abluere, & deferre sub undas
Quicquid erat mortale iubet, dehinc læta recentẽ
Felicemq; animam secum super æra duxit.

Aeneas Indigetis nomẽ sortitus est.

Immisitq; Aeneam astris, quem Iulia proles
Indigetem appellat, templisq; imponit honores.

FINIS.

ALCINOI.

De numero uatum si quis seponat Homerum,
Proximus à primo tum Maro primus erit.
Et si post primum Maro seponatur Homerum,
Longè erit à primo, quisq; secundus erit.

AD AVG. CAESAREM CORNELII GALLI.

Temporibus lætis tristamur maxime Cæsar,
Hoc uno amisso, quem gemo Vergilium.
Sed uetuit relegi, si tu patiere libellos,
In quibus Aeneam condidit ore sacro.
Roma rogat, precibus totus tibi supplicat orbis,
Ne pereant flammis tot monumenta ducum.
Atq; iterum Troiam, sed maior flamma cremabit,
Fac laudes Italûm, fac tua facta legi.
Aeneamq; suum fac maior nuntius ornet.
Plus fatis possunt Cæsaris ora Dei.

OCTAVII AVGVSTI.

Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaq; doctiloqui morietur musa Maronis?

Ah scelus indignum, soluetur littera diues?
Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori
Flamma suo? dignumq; operis seruare decorem?
Noster Apollo ueta, Musæ prohibete Latinæ.
Liber, & alma Ceres succurrite, uester in armis
Miles erat: uester docilis per rura colonus.
Nam docuit quid uer ageret, quid cogeret æstas,
Quid daret autumnus, qd bruma nouissima ferret,
Arua reformauit, sociauit uitibus ulmos,
Curauit pecudes, apibus sua castra dicauit.
Hæc dedit, ut pereant, ipsum si dicere fas est.
Sed legum seruanda fides, suprema uoluntas
Quod mandat, fieriq; iubet, parêre necesse est.
Frangatur potius legum uenerandà potestas,
Quàm tot congestos, noctes q; dies q; labores
Hauserit una dies, supremaq; iussa parentis
Amittant uigilasse suum, si fortè furenti
Errauit in morte dolor, si lingua loquta est,
Nescio quid titubante animo, non sponte, sed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui,
Si mens cæca fuit, iterum sentire ruinas
Troia suas? iterum cogetur reddere uoces?
Ardebit miseræ post uulnera uulnus Elisæ?
Hoc opus æternum ruet? & tot bella, tot enses
In cineres dabit hora nocens, & perfidus error?
Huc huc Pierides nemorum per lustra loquaces
Tendite,

Tendite, & ardenteis igneis fluuialibus undis
Mergite, ne pereat tam clari musa Poëtæ,
Flammaq; uaneſcat, uiuat Maro clarus in orbe,
Ingratusq; ſibi, ſed quod male iußerat ipſe,
Sit uetuiſſe meum, ſacer eſt poſt tempora uitæ.
Sicq; erit, æternum tota reſonante camœna
Carmen, & imperij diui ſub nomine uiuat.
Laudetur, placeat, uigeat, relegatur, ametur.

SVLPITII CARTHAGINENSIS.

Iußerat hæc rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca uetat, Varusq; ſimul, tu maxime Cæſar
Non ſinis, & Latiæ conſulis hiſtoriæ.
Infelix gemino cecidit propè Pergamon igni,
Et penè eſt alio Troia cremata rogo.

INCERTI AVTORIS DE VERGILIO.

Mæonium quiſquis Romanum neſcit Homerum,
Me legat, & lectum credat utrunq; ſibi.
Illius immenſos miratur Græcia campos,
At minor eſt nobis, ſed bene cultus ager.
Hic tibi nec paſtor, nec curuus deerit arator.
Hæc Graijs conſtant ſingula, trina mihi.

PVB.

PVB. VER. MARONIS. EPIGRAMMATA.

LAVDES HORTVLI

ADeſte Muſæ maximi proles Iouis,
Laudes feracis prædicemus hortuli.
Hortus ſalubreis corpori præbet cibos,
Variosq; cultus ſæpe cultori refert,
Holus ſuaue, multiplex herbi genus,
Vuas nitenteis, atq; fœtus arborum.
Non deſit hortis, & uoluptas maxima.
Multisq; miſta commodis iocunditas.
Aquæ ſtrepentis, uitreus ambit liquor,
Sulcoq; ductus irrigat riuus ſata.
Flores niteſcunt diſcolore gramine,
Pinguntq; terras gemmeis honoribus,
Apes ſuſurro murmurant gratæ leui,
Cum ſumma florum, uel nouos rores legunt,
Fœcunda uitis coniuges ulmos grauat,
Textaſue inumbrat pampinus harundines.
Opaca præbent arbores umbracula,
Prohibentq; denſis feruidum ſolem comis.
Aues canoros garrulæ fundunt ſonos,
Et ſemper auras cantibus mulcent ſuis.
Oblectat hortus, aduocat, paſcit, tenet,

Ani-

Animoq; mœsto demit angores graues,
Membris uigorem reddit, & uisum capit,
Refert labori pleniorem gratiam,
Tribuit colenti multiforme gaudium.

DE VENERE ET VINO.

tenearis. NEc Veneris, nec tu Vini capiaris amore,
Vno nanq; modo Vina, Venusq; nocēt:
Bacchi. Vt Venus eneruat uires, sic copia Vini,
Et tentat gressus, debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri,
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe parit ferus exitiale Cupido,
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma uocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello,
At Lapithas bello perdis Iacche graui.
Deniq; cùm mentes hominum furiarit uterq;,
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.
Campedibus Venerem, uinclis cōstringe Lyæum,
Ne te muneribus lædat uterq; suis.
Vina sitim sedant, natis Venus alma creandis
Seruit, finem horum transsiluisse uocet.

DE LIVORE.

LIuor tabificum malis uenenum
Intactis uorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem,
Quo quisquis furit, inuidetq; sorti.

Vt de-

Vt debet, sibi pœna semper ipse est.
Testatur gemitus graues dolores,
Suspirat, gemit, *incutiiq; dentes. *fremit.
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua uirus atrum.
Pallor terribilis genas colorat.
Infelix macies renudat ossa.
Non lux non cibus est suauis illi,
Nec potus iuuat, aut sapor Lyæi,
Nec si pocula Iuppiter propinet,
Atq; hæc porrigat, & ministret Hebe,
Aut tradat Ganymedes ipse nectar,
Non somnum capit, aut quiescit unquam.
Torquet uiscera carnifex cruentus.
Vesanos tacitè mouet furores,
Intentans animo faces Erinnys.
Lætalis, Tityiq; uultur intus,
Qui semper lacerat, comestq; mentem.
Viuit pectore sub dolente uulnus,
Quod Chironia nec manus leuarit,
Nec Phœbus, soboleue clara Phœbi.

DE CANTV SIRENVM.

SIrenes uarios cantus Acheloia proles,
Et solitæ miseros ore ciere modos.
Illarum uoces, illarum musa mouebat
Omnia, quæ Thymele carmina dulcis amat,

Quod

Quod turba, quod litui, quod cornua rauca que-
Quodq; foraminibus tibia mille sonat, (rũtur,
Quodq; leues calami, quod suauis cantat Aëdon,
Quod lyra, quod cytharæ, q̃d' moribũdus olor.
Illectos nautas dulci modulamine uocis,
Mergebant auidæ fluctibus Ionijs.
Sanguine Sisyphio generatus magnus Vlyssẽs
Hac tutos sola præstitit arte suos,
Illeuit cera sociorum callidus aures,
Atq; suas uinclis præbuit ipse manus.
Transiluit scopulos, & inhospita littora classis,
Illæ præcipites desiluere freto.
Sic blandas uocis q̃; notas, & carmina uicit,
Sic tandem exitio monstra canora dedit.

DE NATALI DIE.

CLarus inoffenso procedat lumine Titan,
Lætificusq; dies eat omnibus æthere puro,
Vosq; simul iuuenes animis & uoce fauentes
Concelebrate diem uotis felicibus almum.
Prosper ut is semper redeat, uatiq; quotannis
Asmenidæ referant alacres sua munera uati.

DE FORTVNA.

OFortuna potens, quàm uariabilis
Tantum iuris atrox quæ tibi uendicas:
Euertisq; bonos, eligis improbos:
Nec seruare potes muneribus fidem.

For-

Fortuna immeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iustos illa uiros pauperie grauat.
Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes, & retinet senes,
Iniusto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, transit ad impios,
Nec discrimen habet, rectaq; iudicat,
Inconstans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuò fouet.
Nec quos deseruit, perpetuò premit.

DE ORPHEO.

THreicius quondã uates fide creditur canora
Mouisse sensus acrium ferarum,
Atq; amnes tenuisse uagos, cythara, et sonãte chor- (da
Et surda cantu concitasse saxa.
Suauisonosq; modos testudinis arbores secutæ,
Vmbram feruntur præbuisse Vati.
At non ista fuit sententia fabulæ uetustæ,
Nec ipse saxa, aut concitauit amnes,
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigauit,
Doctaq; uitam uoce temperauit.
Iustitiam docuit, cœtu quoq; congregauit uno,
Mores q; agrestes expoliuit Orpheus.

DE AETATIBVS ANIMALIVM.

TEr binos, deciesq; nouem superexit in annos
Iusta senescentum, quos implet uita uirorũ,

Hos nouies superat uiuendo garrula Cornix.
Et quater egreditur cornicis secula Ceruus.
Alipedem ceruum ter uicit Coruus, at illum
Multiplicat nouies Phœnix, reparabilis ales.
Quam uos perpetuò decies præuertitis æuo,
Nymphæ Hamadryades, quarũ lõgissima uita est.
Hi cohibent fines uiuacia fata animantum.
Cætera secreti nouit Deus arbiter æui.

DE LVDO.

SPerne lucrum, ue xat mente is ue sana libido.
Fraude carete graues, ignari credite doctis.
Lusuri nummos, animos quoq; ponere debent.
Pone malas, quoties ludendo uinceris, iras.
Ludite securi, quibus est æs semper in arca.
Si quis habet nummos, ueniens exibit manis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est, irasci desine uictus.
Nullus ubiq; potest felici ludere dextra.
Inutio furijs ego sum tribus addita quarta.
Plecte truces animos, ut uerè ludere possis.
Ponite maturè bellum precor, iraq; cesset.

XII. LABORES HERCVLIS.

PRima Cleonei tolerata ærumna leonis.
Proxima Lernææ ferro & face cõtulit Hydras.
Mox Erymantheũ uis tertia perculit aprũ. (drã.
Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit uolucres discrimine quinto.
Threicia

Threiciam sexto spoliauit Amazona balteo.
Septima in Augiæ stabulis impensa laboris.
Octauo expulso numeratur adorea tauro.
In Diomedeis uictoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberа palmam.
Vndecimum mala Hesperidũ distracta triumphũ.
Cerberus extremi suprema est meta laboris.

DE IISDEM.

Compressit Nemeæ primùm uirtute Leonem.
Extincta est anguis, quæ pullulat Hydra secundo.
Tertius euictus sus est Erymanthius ingens.
Cornibus auratis Ceruum necat ordine quarto.
Deijcit horrisono quinto Stymphalidas arcu.
Abstulit Hippolytæ sexto sua uincula uictæ.
Septimus Augiæ stabulum labor egerit undis.
Octaua domuit magno luctamine Taurum.
Tum Diomedis equos nono cum rege peremit.
Geryonem decimo triplici cum corpore uicit.
Vndecimo abstractus uidit nona Cerberus astra.
Postremò Hesperidum uictor tulit aurea mala.

ARGVMENTA XII. LIBRORVM AENEIDOS.

PRIMI.

AEolus immittit uentos Iunone precante,
Troianosq; uagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.

Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido,
Cui Venus Ascanij sub imagine mittit Amorem.

SECVNDI.

Cogitur Aeneas bellorum exponere casus,
Graiorumq; dolos, & equum, fraudemq; Sinonis,
Excisamq; urbem, Priamiq; miserrima fata.
Vtq; patrem impositum forti ceruice per ignes
Extulerit, charamq; amiserit ipse Creusam.

TERTII.

Post casum Troiæ fabricata classe superstes,
Vela dat Aeneas, urbemq; in littore Thracum,
Mox aliam pulsus Cretæis condidit oris.
Cedit & hinc, Helenumq; uidet, præceptaq; sumit
Aetnæum Cyclopa fugit, sepelitq; parentem.

QVARTI.

Ardet amore graui Dido, soror Annaq; suadet
Nubere, iunguntur nimbo cogente sub antro.
Incusat precibus patrem contemptus Hiarbas.
Nauigat Aeneas iussu Iouis, illa dolore
Impatiens, & amore, necem sibi protinus infert.

QVINTI.

In Siculas iterum terras fortuna reducit
Aeneam, tumuloq; patris persoluit honorem.
Tum cogit naues incendere Troadas Iris.
Troës ibi linquunt socios. Venus anxia placat
Neptunum. Somnus Palinurum mergit in undas.

Sexti

SEXTI.

Sacratam Phœbo Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius, uatisq; petit responsa Sibyllæ
Misenum sepelit, post hæc adit infera regna.
Congressusq; patri discit genus omne suorum,
Quoq; modo casus ualeat superare futuros.

SEPTIMI.

Tandem deueniunt Laurentia Troës in arua,
Et pace accepta læti noua mœnia condunt.
Nocte satam Iuno Furiam euocat, illa Latinos
Inter & Aeneadas bellum serit, & ciet arma.
Protinus auxilijs terra instruit Itala turmas,* * Turnum.

OCTAVI.

Vidit ut Aeneas summa ui bella parari,
Arcadas, Euandrumq; senem sibi fœdere iungit,
Dardanioq; duci sociatur Hetruria tota.
Arma petit genitrix, dat Mulciber, in clypeoq;
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

NONI.

Ad Turnum propere Iunonia mittitur Iris,
Instigatq;, animos, acies mouet ille, Phrygasq;
Obsidet, inde igni euersa est Aeneïa classis.
Euryalus Nisusq; luunt nece prælia noctis.
Vi Turnus potitur castris, mox pellitur inde.

DECIMI.

Placat & uxorem dictis, & iurgia natæ

Iuppiter, auxilijs instructus Troius heros
Aduenit, occurrunt Rutuli, atq; in littore pugnãt
Occidit à Turno Pallas uictorq; superbus
Aeneæ eripitur. Mezentius interit acer.

VNDECIMI.

Occisis proprium pars utraq; reddit honorem.
Supplicibus Calydone satus negat arma Latinus.
Cum Drance alterno iurgat certamine Turnus.
Aeneas equidem præmittit, & obuia uirgo
Excipit, extincta Rutuli dant terga Camilla.

DVODECIMI.

Troianis, Rutulisq; placet coniungere fœdus.
Id Rutuli rumpunt, nato Venus alma medetur
Dictamo, Rutuliq; luunt periuria uicti.
Cogitur Aeneæ Dauni concurrere proles.
Palantea necem misero dant cingula Turno.

DE MVSARVM INVENTIS.

CLio gesta canens transactis tẽpora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœsta bo-
Comica lasciuo gaudet sermone Thalia. (atu.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget. (get
Terpsichore affectus citharis mouet, imperat, aue
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, uultu.
Carmina Calliope libris Heroica mandat.
Vrania cœli motus scrutatur, & astra.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Mentis

Mentis Apollineæ uis has mouet undiq; musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

De eisdem prosa oratione.

Clio historias inuenit. Melpomene tragœdias. Thalia comœdias, Euterpe tibias. Terpsichore psalterium. Erato Geometriam. Calliope Litteras. Vrania Astrologiam. Polyhymnia Rhetoricam.

IN MECOENATIS OBITVM incerti autoris.

DEfleram iuuenis tristi modo carmine fata,
Sunt etiam meritò carmina danda seni.
Vt iuuenis deflendus erat tam candidus, & tam
Longius annoso uiuere dignus auo.
Irreligata ratis nunquàm defessa carina,
It, redit in uastos semper onusta lacus,
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
Non oblita rapit sed tamen illa senes.
Nec mihi Mecœnas tecum fuit usus amici,
Lollius hoc ergo conciliauit opus.
Fidus erat nobis, nam propter Cæsaris arma,
Cæsaris & simulem propter in arma fidem.
Regis eras genus Hetrusci, tu Cæsaris almi
Dextera, Romanæ tu uigil urbis eras.
Omnia cùm posses, tanto tam charus amico,
Te sensit nemo posse nocere tamen.
Pallade cum docta Phœbus donauerat artes,

Tu decus, & laudes huius, & huius eras.
Vincit uulgares uincit Beryllus arenas,
Littore in extremo quas simul unda mouet.
Quòd discinctus eras animo quoq; carpitur unum
Diluitur nimia simplicitate tua.
Sic illi uixere, quibus fuit aurea uirgo,
Quæ bene præcinctos postmodo pulsa fugit.
Inuide, quid tandem tunicæ nocuere solutæ?
Aut tibi uentosi quid nocuere sinus?
Num minus urbis erat custos? & Cæsaris hospes?
Num tibi non tutas fecit in urbe uias?
Nocte sub obscura quis te spoliauit* amantem? *uiolauit.
Quis tetigit ferro durior ipse latus?
Maius erat potuisse tamen, nec uelle triumphos,
Maior res, magnis abstinuisse fuit.
Maluit umbrosam quercum, nymphasq; canentes,
Paucaq; pomosi iugera certa soli.
Pieridas Phœbumq; colens in mollibus hortis,
Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmora Mæonij uincunt monimenta libelli.
Viuitur ingenio, cætera mortis erunt.
Quid faceret? defunctus erat, comes impiger idem
Miles & Augusti fortis, & usq; pius.
Illum piscosi uiderunt saxa Pelori
Ignibus hostilis reddere ligna ratis.
Puluere in Emathio fortem uidere Philippi,

Quàm

Quam tunc ille tener, tam* grauis hostis erat. *Quàm.
Cùm freta Niliacæ texerunt lata carinæ,
Fortis erat circùm, fortis & ante ducem.
Militis Eoi fugientis terga secutus,
Territus ad Nili dum fugit ille caput.
Pax erat, hæc illos laxarunt ocia cultus.
Omnia uictores Marte sedente decent.
Actius ipse lyram plectro percussit eburno,
Postquam uictrices conticuere tubæ.
Hic modò miles erat, ne posset fœmina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos (tantum curuauerat arcum)
Misit ad extremos exorientis equos.
Bacche coloratos postquam deuicimus Indos,
Potasti galea dulce iuuante merum:
Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ,
Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor, et certè memini sic ducere thyrsos
Brachia purpurea candidiora niue.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus, & auro,
Serpentes ederæ uix habuere locum.
Argentata tuos etiam sandalia talos
Vinxerunt certè, nec puto Bacche negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus,
Et tibi consulto uerba fuere noua.
Impiger Alcidæ multo defuncte labore,

Sic memorant curas te posuisse tuas.
Sic te cum tenera lætum lusisse puella,
Oblitum Nemeæ, iamq; Erymanthe tui.
Vltrà nunquid erat? torsisti pollice fusos,
Lenisti morsu leuia fila parum.
Percussit crebros te propter Lydia nodos,
Te propter dura stamina rupta manu.
Lydia te tunicas iussit lasciua fluentes
Inter lanificas ducere sæpe suas.
Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat,
Quam pede suspenso percutiebat amor.
Quis fore credebat, premeret cũ iã impiger infans
Hydros ingenteis uix capiente manu?
Cumue renascentem tereret uelociter Hydram?
Frangeret immanes uel Diomedis equos?
Vel tribus aduersis communem fratribus aluum,
Et sex aduersas solus in arma manus?
Fudit & Aloidas* postquam dominator olympi
Dicitur in nitidum procubuisse Bouem.
Atq; aquilam misisse suam, quæ quæreret, ecquis
Posset amaturo uina referre Ioui,
Valle sub Idæa dum te formose sacerdos
Inuenit, & presso molliter unguerapit.
Sic est, uictor amet, uictor potiatur in umbra,
Victor odorata dormiat inq; rosa.
Victorem* uictus metuit, metus imperet illi,

*Aeolidas.

*aliâs, Vic

Membra nec instrata cernere discat humo.
Tempora dispensant usus, & tempora cultus,
Hæc homines, pecudes, hæc moderantur aues.
Lux est, taurus arat, nox est, requiescit, arator
Liberat emerito feruida colla boui.
Conglaciantur aquæ, scopulis se condit hirundo,
Verberat & gelidos garrula uere lacus.
Cæsar amicus arat, poterat uixisse solutè,
Cum iam Cæsar idem quod cupiebat, erat.
Indulsit meritò, non est temerarius ille.
Vicimus, Augusto iudice dignus erat.
Ergo saxa parens postquam Scilleia legit,
Cyaneosq; metus iam religanda ratis,
Viscera dissecti mutauit arietis agno
Aetas, & succis omne perita suis.
His te Mecœnas iuuenescere posse decebat.
Hæc utinam nobis Colchidos herba foret.
Redditur arboribus florens reuirentibus ætas;
Ergo non homini quod fuit ante, redit?
Viuaces q; magis ceruos decet esse pauenteis?
Si quorum in torua cornua fronte rigent?
Viuere cornices multos dicuntur in annos,
Cur nos angusta conditione sumus?
Pascitur Auroræ Tithonus nectare coniux,
Atq; ita iam tremulo nulla senecta nocet.
Vt tibi uita foret semper medicamine sacro,

ctus aret,
uictusq; mo
tat, metus
imperet illi

Membra

Te uel-

Te uellem Auroræ complacuisse uirum,
Illius aptus eras croceo recubare cubili,
Et modò puniceo rore leuante torum,
Illius aptus eras roseas adiungere bigas,
Tu dare purpurea lora regenda manu.
Tu mulcere iubam, cum iam torsisset habenas
Procedente die respicientis equi.
Quæsiuere tori iuuenem sic Hesperon illum
Quem nexum medio soluit in igne Venus.
Quem nunc in fuscis placida sub nocte nitentem
Luciferum contrà currere cernis equis.
Hic tibi corytium, casias hic donat olenteis,
Hic è palmiferis balsama mussa iugis.
Nunc pretiũ candoris habes, nũc redditus umbris
Te sumus obliti decubuisse senem.
Ter Pylium fleuere sui, ter Nestora canum,
Dicebant tamen hunc non satis esse senem.
Nestoris annosi uicisses secula: si me
Dispensata tibi stamina nente forent.
Nunc ego quid possum? tellus leuis ossa teneto.
Pendula librato pondus & ipsa tuum.
Semper serta tibi dabimus, tibi semper odores,
Non unquam sitiens, florida semper eris.
Sic est Mecœnas fato ueniente locutus,
Frigidus, & iamiam tum moriturus erat.
Mé ne, inquit, iuuenis primæui Iuppiter ante

Aug-

Augustam Bruti non cecidisse fidem?
Pectore maturo fuerat puer, integer æuo,
Et magnum magni Cæsaris illud opus.
Discedo, uellemq; prius, non omnia dixit,
Incîditq; pudor, quæ prope dixit amor.
Sed manifestus erat moriens, quærebat amatæ
Coniugis amplexus, oscula, uerba, manus.
Si tamen hoc satis est, uixi te Cæsare amico,
Et morior dixit, dum moriorq; satis.
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor,
Cum dicar subita uoce fuisse tibi.
Hoc mihi contingat, iaceam tellure sub æqua,
Nec tamen hoc ultrà me potuisse, uelim,
Sed meminisse uelim, uiuam sermonibus, illic
Semper ero, semper si meminisse uoles.
Et decet, & certe uiuam tibi semper amicus,
Nec tibi qui moritur, desinit esse tuus.
Ipse ego quicquid ero, cineres interq; fauillas,
Tunc ego non potero non memor esse tui.
Exemplum uixi te propter molle beate,
Vnus Mecœnas teq; ego propter eram.
Arbiter ipse fui, uolui quod contigit esse:
Pectus eram uerè pectoris ipse tui.
Viue diu, mi chare senex, pete sydera sero,
Est opus hoc terris, te quoq; uelle decet.
Et tibi succrescant iuuenes bis Cæsare digni,

Sed

Sed tradant porrò Cæsaris usq; genus.
Et tibi securo quòd primùm Liuia coniux
Expleat amissi munera rupta gener.
Cùm Deus in terris diuis insignis auitis,
Te Venus in patrio collocet alma sinu.

DIVERSORVM QVORVNdam in Vergilium epitaphia.

PALLADIVS.

Conditus hîc ego sum, cuius modo rustica Musa
Per syluas, per rus, uênit ad arma uirûm.

ASCLEPIADES.

Tityron, ac segetes cecini Maro, et arma, uirumq;
Mantua me genuit, Parthenope sepelit.

EVSEBIVS.

Vergilius iacet hîc, qui pascua uersibus edit,
In ruris cultus, & Phrygis arma uiri.

POMPEANVS.

Qui pecudes, qui rura canit, qui prælia Vates,
In Calabris moriens, hac requiescit humo.

MAXIMIANVS.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo
Nomen inextinctum Vergilius meruit.

VITALIS.

Mantua me patria est, nomẽ Maro, carmina sylua
Rura q;, cum bellis, Parthenope tumulus.

Basi-

BASILIVS.

Qui syluas, & agros, qui prælia uersibus ornat,
Mole sub hac situs est ecce poëta Maro.

ASSINTINVS.

Pastorum uates ego sum, cui rura, duces q;,
Carmina sunt, hîc me pressit acerba quies.

IOVIANVS.

A syluis ad agros, ab agris ad prælia uênit,
Musa Maronis adest nobilis ingenio.

EVGENIVS.

Bucolica expressi, & ruris præcepta colendi,
Mox cecini pugnas, mortuus hîc habito.

IVLIANVS.

Hîc Data Vergilio requies, qui carmine dulci
Et Pana, & segetes, & fera bella canit.

HILASIVS.

Pastores cecini, docui qui cultus in agris,
Prælia descripsi, contegor hoc tumulo.

EIVSDEM DE VERGIlij imagine.

Subduxit morti uiuax pictura Maronem,
Et quem Parca tulit, reddit imago uirum.

ALIVD.

Lucis damna nihil tanto nocuere poëtæ
Quem præsentat honos carminis & plutei.

VERGILIVS.

Mantua

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

INCERTI AVTORIS.

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci
Docte Maro, fratrem Dijs immortalibus æquas.

INCERTI AVTORIS.

Seui. Pastor, arator, eques, paui, colui superaui,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Iuppiter in cœlis, Cæsar regit omnia terris.

Tarpeio quondam consedit culmine cornix,
Est bene, non potuit dicere, dixit, erit.

Littera rem gestam loquitur, res ipsa medullam
Verbi, quam uiuax mens uidet, intus habet.

Sus, iuuenis, serpens, casum uenêre sub unum.
Sus iacet ex ictu, pede serpens, ille ueneno.

Anguis, aper, iuuenis, pereunt ui, uulnere, morsu.
Hic fremit, ille gemit, sibilat hic moriens.

Sus, serpens, iuuenis, pariter periere uicissim,
Dente perit iuuenis, serpens pede, porcus ab ictu.

Incerti

INCERTI AVTORIS, IMAGO IN VNDA.

Redditur effigies liquida spectantis in unda,
Qualis in aduerso speculorum cernitur orbe.

Formas pura refert oculis spectantibus unda,
Obiecto quales speculi fulgore uidentur.

Fontis aquæ reddunt simulacra imitantia uerum,
Qualia leue refert speculi, cùm cernimus, æquor:

Exprimit oppositas immobilis unda figuras,
Leuati quales speculi nitor ipse remittit.

Apparet mendax illimi fonte figura,
Qualem reiectat speculi mitissimus orbis.

Vnda quieta refert alto de gurgite formas,
Ac ueluti speculum nitido splendore coruscans.

Spectantis faciem mundissimus assimulat fons,
Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.

Forma repercussus liquidarum fingit aquarum,
Qualeis purifico speculorum ex orbe reducit.

Fontibus in liquidis simplex generatur imago,
Vt solet à speculo facies splendente referri.

Effigies liquido respondet ab æquore fontis,
Qualis & à speculo simulatrix umbra resultat.

Effingit species purissimus humor aquarum
Plana uelut speculi uiuas imitantia formas.

Fonte repulsatur depicta tuentis imago,
Ceu læui in speculo solet apparere figura.

AMNIS GLACIE CONcretus.

Mira Vergi In experientia.

Quà ratis egit iter, iuncto boue plaustra trahuntur
Postquam tristis hyems frigore iunxit aquas.

Sustinet unda rotam, patulæ modo peruia puppi,
Vt concreta gelu marmoris instar habet.

Quas modò plaustra premunt undas, ratis antè secabat
Postquam brumali diriguere gelu.

Vnda rotam patitur, celerem nũc passa carinam,
In glaciem solidam uersus ut amnis abit.

Quæ solita est ferre unda rates, fit peruia plaustris,
Vt stetit in glaciem marmore uersa nouo.

Semita fit plaustro, quâ puppis adunca cucurrit,
Postquam frigoribus bruma coëgit aquas.

Orbita signat iter, modò quâ cauus alueus exit,
Strinxit aquas tenues ut glacialis hyems.

Amnis iter plaustro dat, qui dedit antè carinæ,
Duruit ut uentis unda, fit apta rotis.

Plaustra boues ducunt, quâ remis acta carina est:
Postquam diriguit crassus in amne liquor.

Vnda capax ratium, plaustris iter algida præbet,
Frigoribus sæuis ut stetit amnis iners.

Plaustra uiam carpunt, quâ puppes ire solebant,
Frigidus ut Borcas obstupefecit aquas.

IRIS.

Thaumantis proles uarianti uestit figuras,
Multicolor picto per nubila deuolat arcu,
Cùm sol ardentes radios in nubila iecit.

Mira experientia.

Cùm sol horrifico nimbos fulgore repleuit,
Apparet uarijs radijs distincta coloris
Iris, & insigni decorat curuamine cœlum.

Clara sub ætherijs fulget Thaumantia proles
Nubibus, & radijs pluuium sol attigit hymbrem,
Et picturato cœlum uelamine cingit.

Discolor ætherijs apparet nubibus Iris:
Postquam flammiferum rapuerunt lumina solis,
Et cœlum uarijs miranda coloribus ornat.

Imbriferas nubes radijs ubi contigerit Sol,
Luce sub aduersa uarios iacit unda colores.
Dicitur hæc Iris picto spectantibus arcu.

Dum nubes radijs tetigit fulgentibus atras
Phœbus, & aduerso lumen resplenduit imbri,
Tunc Iris uario circundat nubila cinctu.

Mirifico nubes ambit Thaumante creata,
Quas cum ex aduerso tetigit rota fulgida Solis:
Tum iacit insigneis per nubila densa colores.

Nuncia Iunonis uario decorata colore,
Aethera nubificum complectitur orbe decoro,
Cum

Cum Phœbus radios in nubem iecit aquosam.

Nubila cum Phœbus perfudit lumine claro,
Tum fit ut humor aquæ suffulgeat, atq; colores
Sub uaria specie iaciat mirabilis arcus.

Cùm radijs hymbres, & aquarum pendulus humor
Frangitur, apparet, quam Græcia nomunat Iris,
Multorum insignis uario splendore colorum.

Iris habet uarios subiecta luce colores,
Quam sol imbrifera fulgens de nube creauit,
Cùm pepulit radijs obstantia nubila claris.

Luce repentina cùm Sol impleuit aquosas
Aduersus nubes, effulget protinus Iris.
Picta ueste decens, & multicoloribus alis.

QVATVOR ANNI TEMPESTATES Ouidij.

Verq; nouum stabat cinctum florente corona.
Stabat nuda Aestas, & spicea serta gerebat.
Stabat & Autumnus calcatis sordibus uuis.
Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.

INCERTI AVTORIS.

Veresinum tellus aperit, floresq; ministrat.

Tempore Solis ager messes fert pinguis opimas:
Fœcundos autumne lacus de uitibus imples.
Vis Hyemis glacie currenteis alligat undas.

Frigoribus pulsis nitidum Ver æthera mulcet:
Scindit agros Aestas Phœbeis ignibus ardens.
Autumno dat Hyems mustum uicina teporem,
Albenteis hæc durat aquas, & flumina nectit.

Ver pingit uario gemmantia prata colore.
Ignea uestit agros culmis Cerealibus Aestas.
Vitibus Autumnus turgenteis detrahit uuas.
Frigore ad hyberna est grauidus niue nubilus æ(ther.

Vere Venus gaudet florentibus aurea sertis.
Flaua Ceres Aestatis habet sua tempore regna.
Vinifero Autumno summa est tibi Bacche potestas.
Imperium sæuis Hyberno tempore uentis.

Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert Aestas torrida messes.
Pomifer Autumnus tenero dat palmite fructum.
Mox humus hybernis albescit operta pruinis.

Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
Et riget Aestiuis hirsutus campus aristis.

Labra

Labra per Autumnum musto spumantia feruent,
Deponunt frondes Hyemali frigore syluæ.

Ver placidum uario nectit de flore coronas.
Spicea serta gerit calidissima solibus Aestas.
Temporaq; Autumno cingũt tua Bacche racemis,
Tristis Hyems montes niueo uelamine uestit.

Ver agrum gemmis nitidum, stellantibus ornat.
At feruens Aestas pinguissima frugibus arua.
Mox Autumnali redolet uindemia fœtu.
Frõde nemus malè nudat hyems, amnesq; rigescũt.

Purpureos flores humus affert Vere comanti.
At Cereris donis horrescunt arua per Aestum.
Bacche tuo tempus fluit Autumnale liquore.
Obtegitur tellus per frigora ueste niuali.

Vere tepet picto Zephyris spirantibus aër.
Decrescunt celeres Aestiuis ignibus amnes,
Temperies Autumne fluit tua nectare dulci.
Perq; Hyemem lentus cœlo niuis aduolat imber.

Veris honos tepidi floret, Vere omnia rident.
Arua sub Aestiuis nudant torrentia flabris.
Vite coronatas Autumnus degranat ulmos,

Decuit ipse rigor syluis Hyemalis honorem.

Flore solum uario depingit odoriferum Ver.
Falciferamq; deam messes remorantur in Aestu.
Dat musto grauidas Autumnus pomifer uuas.
Sythonia glacialis Hyems niue cana senescit.

DE ORTV SOLIS.

AVrora Oceanum croceo uelamine fulgens
Liquerat, et bijugis uecta rubebat equis,
Luce polum nitida perfundit candidus orbis,
Et clarum emicuit Sole oriente iubar.

Rosida puniceo Pallantias exit amictu,
Astrigerum inficiens luce oriente Polum.
Soli insigne caput radiorum ardente corona
Promit ab æquoreis Tethyos ortus aquis.

Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol,
Fugerunt toto protinus astra polo.
Concessere Deo tenebræ, rebusq; colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.

Tithoni coniux roseo sub lumine terras
Inficit, & cœlum lutea sydereum,
Cùm Sol ignifero currus è gurgite magno
Sustulit, & claris astra fugauit equis.

Nox

Nox abit astrifero uelamine cincta micanti,
Et redigit stellas, exoriturq; dies,
Emicat Oceano Phœbi rota clara relicto,
Illustrata nitent lumine cuncta suo.

Aurea fulgebat roseis aurora capillis,
Et matutino rore madebat humus.
Tethyos undiuagæ cùm prosilit æquore Titan,
Flammiferos uultus ore micante ferens.

Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti
Et maria, & terras, stelliferumq; polum.
Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis,
Et nox sydereas occulit atra faces.

Sol oriens, currusq; suos è gurgite tollens
Oceano, claro reddidit orbe diem.
Flammiferumq; iubar, terræq;, poloq; reluxit,
Et pepulit radijs astra repentè suis.

Memmonis ut genitrix infecerat humida cœlum,
Et Roseis manibus sydera dispulerat,
Phœbus Atlanteis è fluctibus aureus orbem
Sustulit igniferum, luxq;, diesq; redit.

Præuia flammiferi cursus Aurora sedebat,

Extuleratq; alto gurgite Phœbus equos.
Noctiuagosq; simul radijs flagrantibus ignes
Depulerat cœlo, reddiderat q; diem.

Vix aurora suo rubefecerat æthera curru,
Summaq; canebat roribus herba nouis,
Prosilit è medijs candens rota Tethyos undis,
Et uaga cesserunt sydera Solis equis.

Surgit ab Oceano Tithoni fulgida coniux,
Et ueste abrosea subruit ipsa pedes.
Tum Phœbus radijs rutilum fulgentibus orbem
Depulit è tenebris, noxq; peracta fuit.

DE LITERA Y.

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni.
Humanæ uitæ speciem præferre uidetur.
Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemq; aditum primùm spectantibus offert,
Sed requiem præbet fessis in uertice summo.
Molle ostentat iter uia lata, sed ultima meta
Præcipitat captos, uoluitq; per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus uirtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemq;, decusq; parabit,
At qui desidiam, luxumq; sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis, inopsq; simul miserabile transiget æuum.

XII. SIGNA COELESTIA.

Primus adest Aries, Taurusq; insignibus auro
Cornibus, et fratres, et cãcer aquatile signũt.
Tum Leo terribilis ueniens, atq; innuba Virgo,
Libra subit, caudaq; animal quod dirigit ictum,
Armatusq; arcu Chiron, & corniger Hircus,
Fusor aquæ simul, & fulgenti Piscis in auro.

Proditor est Helles, & proditor Europæus,
Et gemini Iuuenes, & pressus ab Hercule Cancer.
Horrendusq; Leo sequitur, cum Virgine sancta,
Libraq; lance pari, & uiolentus acumine caudæ,
Inde Sagittiferi facies senis, & Capricornus.
Et qui potat aquam puer Vrniger, & duo Pisces.

Signorum princeps Aries, & Taurus, & unà
Tyndaridæ iuuenes, & feruida brachia Cancri,
Herculeusq; Leo, Nemeæ pauor, almaq; Virgo.
Libra iugo æquali pendens, & Scorpius acer,
Centaurusq; senex Chiron, & cornua capri,
Et iuuenis gestator aquæ, Pisces q; supremi.

Corniger astrorum ductor, Taurusq; secundus,
Tum sydus geminum, & Cãcri gemmantis imago.
Truxq; Leo, & uirgo, quæ spicea munera gestat,
Et Libram, quam Cæsar habet, Chelæq; minaces,

Atq; arcu pollens, & salsi gurgitis Hircus,
Vrnaq; nimbifери, Piscisq; nouissima forma.

Dux Aries, & frons Tauri metuenda minacis,
Et Ledæ soboles, & Cancri torridus ignis,
Terribilisq; Leo, species quoq; Virginis almæ,
Momentumq; sequens, caudaq; timendus aduncæ.
Hinc tendens arcum, liquidi Caper æquoris inde,
Troianusq; puer, geminiq; sub æthere Pisces.

Nubigenùm iuuenum uector, Tauriq; trucis frons,
Et proles duplex Iouis, & Nepa torrida flammis,
Aestifer inde Leo, iusta cum uirgine fulgens,
Quam sequitur Libra, & uiolenta cuspide sæuus
Semifer arcipotens subit, & capricornus aquosus,
Et cui nomen aquæ faciunt, Piscesq; gemelli.

Corniger in primis Aries, & corniger alter
Taurus, itẽ Gemini, sequitnr quos Cancer adustus,
Terribilisq; feræ species, & iusta puella,
Libra simul, nigrumq; ferens in acumine uirus,
Centaurusq; biformis adest, pelagiq; procella,
Atq; amnem fundens, & pisces sydus aquosum.

Cornigeri ductor gregis, Europæ quoq; uector,
Et duo Tyndaridæ, tum Cancer sole perustus,

Herculeaq; manu pressus leo, & optima uirgo,
Hinc Trutinæ species uenit, armatusq; ueneno
Scorpius, at Sagittifer, æquoreiq; Capri frons,
Quiq; urnam gerit, & Pisces duo signa sub uno.

Principium signis ouium sator, inde iuuencus,
Progenies duplex, & aquarum Cancer alumnus,
Pressa sub Herculeis manibus fera, iustaq; Virgo,
Libra subest, caudaq; ferens letale uenenum,
Tum geminus Chiron, & Corniger æquoris alti,
Dilectusq; Ioui puer, & duo sydera pisces.

Dux gregis, et placidũ pandẽs subit æthera taurus
Germaniq; pares, & Cancro iam comes æstus,
Atq; leo primus labor Herculis, & pia Virgo,
Libra comes sequitur, minitans & Scorpius ictu,
Et qui tela gerit Centaurus, & æquoris Hircus,
Deucalionis Aquæ, & Piscis postrema figura.

Velleris aurati fulget pecus aurea cœlo.
Zetus, & Amphyon. Cancriq; figura calentis.
Insequitur Leo sæuus, & almæ Virginis astrum,
Hinc æquale iugum, caudaq; uenenifer unca,
Centaurusq; minax arcu, & Neptunia proles,
Quiq; refundit aquas, & Piscis ultimus ordo.

ARGVMENTA IN BVCOlica, Georgica, & Aeneida Vergilij.

Pastorum Musam uario certamine promit.
Ruris item docilis culturam carmine monstrat.
Arboribus uitem, prolem quoq; iungit oliuæ.
Pastorumq; Palen, & curam tradit equorum.
Tunc apium seriemq;, & mellis dona recenset.
Aeneas profugus intrat Chartaginis oras.
Conuiuio series narratur Troïca belli.
Tertius at complet narrantis in ordine gesta.
Ardet amans Dido fatum sortita supremum.
Quintus habet tumuli uaria spectacula patris.
Infernos Ditis manes, & regna perrerat.
In Latium Aeneas Italas simul intrat in oras.
Intonat hinc bellum tecti de culmine Turnus.
Euryalum, & Nisum deflet cum matre iuuentus.
*Hos duos uersus aliq non habent * Pallanti exitiumq;, & Turni eluditur orsus.
* Euaderq; simul multorum funera deflet.
Mezenti interitus canitur, pòst funera Lausi.
Vltrà dehinc fertur telo mactata Camilla.
Turni uita fugit infernas mœsta sub umbras.

ARGVMENTA IN XII. LIBROS AENEIDOS.

Aeneas Primo Libyes appellitur oris.
Funera Dardaniæ narrat, fletusq; Secundus.
Tertius

Tertius errores canit, amissumq; parentem.
Vritur in quarto Dido, flammasq; fatetur.
Quintus habet ludos, & classem corripit igne.
Quæruntur Sexto manes, & tartara Ditis.
Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.
Præparat Octauo bellum, quos mittat in hostes.
Nonus habet pugnas, nec adest dux ipse tumultu.
Occidit Aeneæ Decimo Mezentius ira.
Vndecimo uicta est non æquo Marte Camilla.
Duodecimo Turnus diuinis occidit armis

IN EOSDEM ARGVMENTA Modestini Iurisconsulti.

IN PRIMVM.

Vir magnus bello, nulli pietate secundus
Aeneas odijs Iunonis pressus iniquæ,
Italiam quærens Siculis errauit in undis.
Iactatus tandem Libyæ peruenit ad oras,
Ignarusq; loci fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognouit Elisæ.
Quimetiam nebula septus, peruenit ad urbem,
Arreptosq; undis socios cum classe recepit.
Hospitioq; usus Didûs per cuncta benignæ,
Excidium Troïæ iussus narrare parabat.

IN SECVNDVM.

Conticuere omnes, tunc sic fortissimus Heros
Fata recensebat Troiæ, easusq; suorum,

Fallax

Fallaces Graios, simulataq; dona Mineruæ.
Lacontis pœnam, & laxantem claustra Sinonem.
Somnum quo monitus acceperat Hectoris atrum.
Iam flammas cœli, Troum, patriæq; ruinas,
Et regis Priami fatum miserabile semper.
Impositumq; patrem collo, dextraq; prehensum
Ascanium, frustra tergum comitante Creusa.
Ereptam hanc fato, socios in monte repertos.

IN TERTIVM.

Post euersa Phrygum regna, fuga cœpta moueri,
Vtq; sit in Thracen primò deuectus, ibiq;
Mœnia condiderit Polydori cæde piata,
Regis & hospitium, ut Phœbi responsa canebant,
Cœptum iter in Creten, rursus noua fata reperta,
Naufragus ut fuerit Strophadas cõpulsus ad undas
Inde fugam, * & diræ enarrat præcepta Celænos,
Liquerit utq; Helenum percepti ordine fatis.
Supplicẽ Achæmenidẽ Polyphemo urgẽte recepit,
Amissumq; patrem Drepani, atq; ut deinde quicuiq;

* atq; iterũ

IN QVARTVM.

At regina graui Veneris iam carpitur igni.
Consulitur soror Anna, placet succumbere amori.
Fiunt sacra Deis, onerantur numina donis.
Itur uenatum, Veneris clàm fœdera iungunt.
Facti fama uolat, monitus tunc numine Diuûm,
Aeneas, classemq; fugæ, sociosq; parabat.

Sensit amans Dido, precibus conata morari,
Postquàm fata iubent, nec iam datur ulla facultas,
Conscenditq; pyram, dixitq; nouissima uerba,
Et uitam infelix multo cum sanguine fudit.

IN QVINTVM.

Nauigat Aeneas, Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios, unà hospes Acestes,
Ludos ad tumulum faciunt, certamina ponunt.
Prodigium est cunctis ardens allapsa sagitta.
Iris anum Beroën habitu mentita senili
Incendit naues, subitus quas uindicat hymber.
In somnis pater Anchises quæ bella gerenda,
Quoq; duce ad manes possit descendere monstrat.
Transcribit matres urbi, populumq; uolentem.
Et placidum Aeneas Palinurum quærit in undis.

IN SEXTVM.

Cumas deinde uenit, fert hinc responsa Sibyllæ,
Misenum sepelit, mons seruat nomen humati.
Ramum etiam diuûm placato numine portat.
At uates longæua unà descendit Auernum,
Agnoscit Palinurum, & ibi solatur Elisam.
Deiphobumq; uidet lacerum crudeliter ora.
Vmbrarum pœnas discit narrante Sibylla,
Conuenit Anchisen, penitusq; in uale uirenti,
Agnoscitq; suam prolem, monstrante parente.
Hæc ubi percepit, graditur, sociosq; reuisit.

IN SEPTIMVM.

Hîc quoq; Caietam ſepelit, tum deinde profectus
Laurentumq; uenit, uerbis cognouit Iuli
Fatalem terram: menſis en ueſcimur, inquit.
Centum oratores ueniam, pacemq; petenteis.
Ad regem mittit lectos cum ſorte Latinum.
Qui cum pace etiam natæ connubia pactus.
Hoc ſortè Alecto Iunonis diſſipat ira.
Concurrunt dictis, quamuis pia fata repugnent.
Belli cauſa fuit uiolatus uulnere ceruus.
Tũ gentes ſociæ arma parãt, fremit arma iuuẽtus.

IN OCTAVVM.

Dat belli ſignum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium, & doceat quæ cauſa petendi.
Aeneas Diuûm monitis adit Arcada regem
Euandrũ. Arcadia profugum, noua regna petentẽs
Accipit auxiliũ, huic natũ & ſocia agmina iungit
Euander. Pallas fatis comes ibat iniquis.
Iamq; habilis bello, & maternis lætus in armis.
Fataq; fortunasq; ducum, caſusq; ſuorum
Sortitus clypeo, diuina intentus in arte eſt.

IN NONVM.

Atq; ea diuerſa penitus dum parte geruntur.
Iunonis monitu Turnus feſtinat in hoſtem.
Teucrorum naues Rutulis iaculantibus ignem.

Nympharum in ſpeciem diuino numine uerſæ.
Euriali, & Niſi cœptis fuit exitus impar.
Pugnatur, caſtra Aeneadæ, uallumq; tuentur.
Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus.
Fit uia ui. Turnus Bitian & Pandaron altum
Deijcit, & totis uictor dat funera caſtris.
Iamq; fatigatus recipit ſe in caſtra ſuorum.

IN DECIMVM.

Concilium Diuis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circùm omnibus inſtant.
Aduenit Aeneas multis cum millibus heros.
Mars uocat, & totis in pugnam uiribus itur.
Interemit Pallanta potens in prælia Turnus.
Cæduntur q; Duces, cadit & ſine nomine uulgus.
Subtrahitur pugnæ Iunonis numine Turnus.
Aeneas perſtat, Mezenti cæde piata.
Et Lauſum inuicta perimit per uulnera dextra,
Mox ultor nati Mezentius occidit ipſe.

IN VNDECIMVM.

Conſtituit Martiſpoliorum ex hoſte trophæum,
Exanimumq; patri natum Pallanta remittit.
Iura ſepulturæ tribuit, tempusq; Latinis.
Euander patrios affectus edit in urbe.
Corpora cæſa uirûm paſſim digeſta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negaſſe.
Drances & Turnus leges æquante Latino.

Concurrunt dictis. Aeneas imminet urbi.
Pugnatur, uincunt Troës, cadit icta Camilla.
Deinde duces castris donec cessere, minantur.

IN DVODECIMVM.

Turnus, iam fractis aduerso Marte Latinis,
Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.
Fœdus percutitur passuris omnia uictis.
Hoc Turni Iuturna soror confundit, & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Aeneas uolucri tardatur membra sagitta.
Anxia pro nato seruauit cura parentis.
Vrbs capitur, uitam laqueo sibi finit Amata.
Aeneas Turnum campo congressus, utrinq;
Circunfusa acie, uita spoliauit, & armis.

EST, Et NON.

Est, & nõ, cũcti monosyllaba nota frequentãt.
His dẽptis, nihil est hominũ q̃ sermo uolutet.
Omnia in his, & ab his sunt omnia, siue negoci,
Siue ocij quicquàm est, seu turbæ, siue quietis,
Alterutro pariter nonnunquam, sæpe seorsim.
Obsistunt dubijs, ut mores, ingeniumq;,
Vel faciles, uel difficiles, contentio nata est.
Si consentitur, mora nulla interuenit, est, est.
Sin controuersum, dissensio subijciet non.
Hinc fora dissultant clamoribus, hinc furiosi
Iurgia sunt Circi, cuneati hinc læta Theatri

Seditio

Seditio, & tales agitat quoq; curia lites.
Coniugia, & nati cum patribus ista quietis
Verba ferunt studijs, salua pietate loquentes.
Hinc etiam placitis schola consona disciplinis,
Dogmaticas agitat placido certamine lites.
Hinc omnis certat dialectica turba sophorum.
Est lux, est ne dies ergo? non conuenit istuc.
Nam facibus multis, aut fulguribus quoties lux,
Est nocturna homini, non est lux ista diei.
Est, & non igitur, quoties lucem esse fatendũ est.
Sed non esse diem, mille hinc certamina surgunt.
Hinc pauci, multi quoq; talia commeditantes,
Murmure concluso rabiosa silentia rodunt.
Qualis uita hominũ, duo quã monosyllaba uersãt.

VIR BONVS.

Vir bonus, et sapiẽs* (qualẽ uix repperit unũ
Millibus è multis hominũ cõsultus Apollo)
Iudex ipse sui, totum se explorat ad unguem.
Quid proceres, uanúq; ferat* quid opinio uulgi,
Securus, mundi instar habens, teres atq; rotundus,
Externæ ne quid labis per leuia sidat.
Ille, dies quàm longus erit sub sydere Cancri,
Quantaq; nox tropico se porrigit in Capricorno,
Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat,
Ne quid biet, ne quid protuberet,* angulus æquis
Partibus ut coëat, nil ut deliret amussis.

* prudens.

* quid leno procax.

* proturbet uel procurat &

Sit ſolidum quodcunq; ſubeſt, nec inania ſubtus
Indicet admotus digitis pellentibus ictus,
Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum,
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.
Quæ prætergreſſus, quid geſtū in tẽpore, quid nō,
Cur iſti facto decus abſuit? aut natio illi?
Quid mihi præteritum? cur hæc ſententia ſedit?
Quàm melius mutare fuit, miſeratus egentem
Cur aliquem fracta perſenſi mente dolorem?
Quid uolui, quod nolle bonum foret? utile honeſto
cur. Cur malus ante tuli? num dicto, aut deniq; uultu
Perſtrictus quiſquam? cur me natura magis, quàm
Diſciplina trahit? ſic dicta & facta per omnia
Ingrediens, ortoq; à ueſpere cuncta reuoluens,
Offenſus prauis, dat palmam, & præmia rectis.

ROSAE.

morſu. VEr erat, & blãdo mordẽtia frigora ſenſu
Spirabat croceo manè reuecta die,
Strictior Eoos præceſſerat aura iugales,
Aeſtiferum ſuadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadra compita in herbis,
Maturo cupiens me uegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere, aut olerum ſtare cacuminibus.
Caulibus & patulis teretes colludere guttas,
Et cœleſtis aquæ pondere tunc grauidas,

Vidi Peſtano gaudere roſaria cultu,
Exoriente nouo roſcida lucifero.
Rara pruinoſis canebat gemma frutetis
Ad primi radios interitura die.
Ambigeres, raperet ne roſis aurora ruborem,
An daret, & flores tingeret orta dies.
Ros unus, color unus, & unum manè duorum,
Syderis, & floris eſt domina una Venus.
Forſan & unus odor, ſed celſior ille per auras
Difflatur, ſpirat proximus iſte magis.
Communis Paphiæ Dea ſyderis, & Dea floris
Præcipit unius Muricis eſſe habitum.
Momentum intereat, quo ſe naſcentia florum
Germina comparibus diuiderent ſpacijs.
Hæc uiret anguſto foliorum tecta galero,
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Hæc aperit primi faſtigia celſa obeliſci,
Mucronem abſoluens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exſinuabat amictus,
Iam meditans ſolijs ſe numerare ſuis.
Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens incluſi ſemina denſa croci.
Hæc, modo quæ toto rutilauerat igne comarum,
Pallida collapſis deſeritur ſolijs.
Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam,
Et dum naſcuntur, conſenuiſſe roſas.

Cur primi, & die, ſit legendum, ut de P. Bembi librum de culice Verg.

Ecce & defluxit rutuli coma punica floris,
Dum loquor, & tellus tecta rubore micat.
Tot ſpecies, tantosq; ortus, uariosq; nouatus
Ipſa dies aperit, conficit ipſa dies.
Cõquerimur, natura, breuis quòd gratia florũ eſt,
Oſtentata oculis illico dona rapis,
Quàm longa una dies, ætas tam longa roſarum,
Quas pubeſcenteis iuncta ſenecta premit.
Quam modò naſcentem rutilus conſpexit eous,
Hanc rediens ſero ueſpere uidit anum.
Sed bene, quod paucis licet interitura diebus,
Succedens æuum prorogat ipſa ſuum.
Collige uirgo roſas, dũ flos nouus, & noua pubes,
Et memor eſto æuum ſic properare tuum.

PVB. VER. MARONIS. CVLEX, PER DOCTISS. uirum Petrum Bembum emaculata.

VSimus, Octaui, gracili modulante Thalia,
Atq; ut araneoli tenuem formauimus orſum,
Luſimus, hæc propter Culicis ſint carmina dicta.

Omnis ut hiſtoriæ per ludum conſonet ordo,
Notitiæq; ducum uoces, licet inuidus adſit,
Quiſquis erit culpare iocos, Muſamq; paratus,
Pondere uel culicis leuior, famaq; feretur
Poſterius grauiore ſono tibi Muſa loquetur
Noſtra, dabũt cùm ſecuros mihi tempora fructus,
Vt tibi digna tuo poliantur carmina ſenſu,
Latonæ, magniq; decus Iouis, aurea proles,
Phœbus erit noſtri princeps, & carminis autor.
Et recinente lyra fautor, ſiue educat illum
Alma Chimæreo Xanthus perfuſa liquore,
Seu nemus Aſteriæ, ſeu qua Parnaſia rupes,
Hinc, atq; hinc patula præpandit cornua fronte,
Caſtaliæq; ſonans liquido pede labitur unda.
Quare Pierij laticis decus ite ſorores
Naiades, & celebrate Deum ludente* chorea. *Plaudente
Et tibi ſancta Pales, ad quam uentura recurrit
Agreſtum bona cura, ſequi ſit cura tenentis
Aërios nemorum tractus, ſyluas q; uirenteis
Te cultrice uagus ſaltus feror inter & aſtra.
At tu, cui meritis oritur fiducia chartis
Octaui uenerande meis allabere cœptis,
Sancte puer, tibi nanq; canut non pagina bellum,
Phlegra Giganteo ſparſa eſt quo ſanguine tellus,
Nec Centaureos Lapithas compellit in enſes,
Vrit Erichthonias oriens non ignibus arces,

Non perfossus Athos, nec magno uincula Ponto
Iacta, meo quærent iam sera uolumine famam,
Non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Græcia cùm timuit uenientes undiq; Persas.
Mollia sed tenui pede currere carmina uersu
Viribus apta suis Phœbo duce ludere gaudet.
Et tu sancte puer uenerabilis, & tibi certet
Gloria perpetuum lucis mansura per æuum.
Et tibi sede pia maneat locus, & tibi sospes
Debita felices memoretur uita per annos,
Grata bonis lucens, sed nos ad cœpta feramur.
Igneus æthereas iam Sol penetrarat in arces,
Candidaq; aurato quatiebat lumina curru,
Crimibus & roseis tenebras aurora fugarat.
Propulit è stabulis ad pabula lætas capellas
Pastor, & excelsi montis iuga summa petiuit,
Lurida quà patulos uelabant gramina colles.
Iam syluis, dumisq; uagæ, iam uallibus abdunt
Corpora, iamq; omni celeres è parte uagantes
Scrupea desertæ perrepunt ad caua rupis,
Tondentur tenero uiridantia gramina morsu.
Pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis,
Densaq; uirgultis auidè labrusca petuntur.
Hæc suspensa rapit carpente cacumina morsu,
Vel salicis lentæ, uel quæ noua nascitur alnus,
Hæc teneras fruticum sentes rimatur, at illa

Immio

Imminet in riui præstantis imaginis undam.
O bona pastoris, si quis non pauperis usum
Mente prius docta fastidiat, & probet illis
Omnia (luxuriæ pretijs) incognita curis,
Quæ lacerant auidas inimico pectore mentes.
Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data uellera, si nitor auri
Sub laqueare domus animum non tingit auarum,
Picturæq; decus, lapidum nec fulgor in ulla
Cognitus utilitate manet, nec pocula gratum
Alconis referent, Bœtiq; toreuma, nec Indi
Conchea bacca maris pretio est, at pectore puro
Sæpe super tenero prosternit gramine corpus,
Florida cùm tellus gemmanteis picta per herbas
Vere notat dulci distincta coloribus arua,
Atq; illum calamo lætum canente palustri,
Otiaq; inuidia degentem, ac fraude remota,
Pollentemq; sibi uiridi cum palmite lucens,
Vitea pampineo subter coma uelat amictu.
Illi sunt gratæ rorantes lacte capellæ,
Et nemus, & fœcunda Pales, & uallibus imis
Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior æuo,
Quàm qui mente procul pura, sensuq; profundo
Non auidas agnouit opes, non tristia bella,
Nec funesta timet uallidæ certamina classis?

Nou

Non, ſpolijs dum ſancta Deûm fulgentibus ornet
Templa: uel euectus finem transcendit habendi,
Aduersum sæuis ultrò caput hostibus offert.
Illi falce Deus colitur, non arte politus.
Ille colit lucos, illi Panchaïca thura
Floribus agreſtes herbæ uariantibus adsunt.
Illi dulcis adest requies, & pura uoluptas,
Libera simplicibus curis, huic immunet omnis
Dirigit huc sensus, hæc cura est subdita cordi:
Quolibet ut requie uictu contentus abundet,
Iucundoq; loeet languentia corpora somno.
O pecudes, ô Panes, & ô gratißima Tempe
Fontis Hamadryadum: quarum non diuite cultu
Aemulus Ascræo pastor sibi quisq; poëtæ
Securam placido traducit pectore uitam.
Talibus in studijs baculo dum nixus apricas
Pastor agit curas, & dum non arte canora
Compacta solitum modulatur harundine carmen,
Tendit in euectus radios Hyperionis ardor.
Lucidaq; ætherio ponit discrimina mundo,
Quà iacit oceanum flammas in utrumq; rapaces.
Et iam compellente uagæ pastore capellæ
Ima susurrantis repetebant ad uada lymphæ,
Quæ subter uiridem residebant cœrula muscum.
Iam medias operum partes euectus erat Sol,
Cùm densas pastor pecudes cogebat in umbras,

Vt pro-

Vt procul aspexit luco residere uirenti
Delia diua tuo, quo quondam uicta furore
Vênit Nyctileum fugiens Cadmêis Agaue
Infandas scelerata manus è cæde cruenta,
Quæ gelidis bachata iugis requieuit in antro,
Posterius pœnam nati se morte futuram.
Hic etiam uiridi ludentes Panes in herba,
Et Satyri, Dryadesq; choros egêre puellæ,
Naiadum cœtu, tantum non Orphëus Hebrum
Restantem tenuit ripas, syluasq; canendo,
Quantum te Peneu remorantem Diæ choreæ,
Multa tibi læto fundentes gaudia uultu.
Ipsa loci natura domum resonante susurro
Queis dabat, & dulci fessas refouebat in umbra.
Nam primùm prona surgebant ualle patentes
Aëriæ Platanus, inter quas impia Lothos,
Impia, quæ socios Ithaci mœrentis abegit,
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus insigni curru protectus equorum
Ambustus Phaëton luctu mutauerat artus,
Heliades teneris amplexæ brachia truncis,
Candida fundebant tentis uelamina ramis.
Posterius cui Demophoon æterna reliquit
Perfidiam lamentandi mala perfida multis.
Quam comitabantur fatalia carmina quercus,
Quercus antè datæ, Cereris quàm semina uitæ.

Illæ

Illas Triptolemi mutauit sulcus aristas.
Hîc magnum Argoæ naui decus edita pinus
Proceras decorat syluas hirsuta per artus.
Appetit aërijs contingere montibus astra.
Ilicis & nigræ species, & læta cupressus,
Vmbrosæq; manent fagus, hæderæq; ligantis
Brachia, fraternos plangat ne populus ictus,
Ipsæq; excedunt ad summa cacumina lentæ,
Pinguntq; aureolos uiridi pallore corymbos.
Queis aderat ueteris Myrtus non nescia fati.
At uolucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per uarios edunt resonantia cantus.
His suberat gelidis manans è fontibus unda,
Quæ leuibus placidum riuis sonat orta liquorem
Et quanquam geminas auium uox obstrepit aures,
Hac querulæ referunt uoces, quicis nantia limo
Corpora lympha fouet, sonitus alit aëris Echo.
Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.
At circa passim fessæ cubuere capellæ,
Excelsisq; super dumis, quos leniter adflans
Aura susurrantis posit confundere uenti.
Pastor ut ad fontem densa requieuit in umbra,
Mitem concepit proiectus membra soporem.
Anxius insidijs nullis, sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus.
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem,

Ni sors

Ni sors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum uoluens ad tempus tractibus ijsdem
Immanis uario maculatus corpore serpens,
Mersus ut in limo magno subsideret æstu,
Obuia uibranti carpens grauis aëra lingua,
Squamosos latè torquebat motibus orbes.
Tollebant auræ uenientis ad omnia uisus.
Iam magis atq; magis corpus reuolubile uoluens,
Attollit nitidis pectus fulgoribus, & se
Sublimi ceruice rapit, cui crista supernè
Edita purpureo lucens maculatur amictu,
Aspectuq; micant flammantia lumina toruo.
Metabat sese circum loca, cùm uidet ingens
Aduersum recubare ducem gregis, acrior instat
Lumina diffundens intendere, & obuia toruo
Sæpius arripiens infrendere, quòd sua quisquam
Ad uada uenisset, naturæ comparat arma,
Ardet mente, furit stridoribus, intonat ore,
Flexibus euersis torquetur corporis orbis,
Manant sanguineæ per tractus undiq; guttæ,
Spiritibus rumpit fauces cui cuncta paranti
Paruulus hunc prior humeris conterret alumnus,
Et mortem uitare monet per acumina, nanq;
Quà diducta genas pandebant lumina gemmis,
Hâc leuioris erat naturæ, pupula telo
Icta leui, tum prosiluit furibundus, & illum

Obtri-

Obtritum morti misit, cui dissitus omnis
Spiritus excessit sensus, tum torua tenentem
Lumina respexit serpentem comminus, inde
Impiger, exanimis, uix compos mente refugit,
Et ualidum dextra truncum detraxit ab orno,
Qui casus sociaret opem, numenue Deorum,
Nanq; illi dederat ne uiam, casusue, Deusue,
Prodere sit dubium, uoluit sed uincere tales,
Horrida squamosi uoluentia membra draconis,
Atq; reluctantis crebris, fœdeq; petentis
Ictibus ossa ferit, cingunt quà tempora cristam,
Et quod erat tardus, omni languore remoto.
Nescius, aspiciens, timor obcæcauerat artus.
Hoc minus implicuit dira formidine mentem.
Quem postquam uidit cæsum languescere, sedit.
Iã quatit, et bijuges oriens Herebo cit equos nox,
Et piger aurato procedit uesper ab Oeta,
Cùm grege compulso pastor duplicantibus umbris
Vadit, & infessos requiem dare comparat artus.
Cuius ut intrauit leuior per corpora somnus,
Languidaq; effuso requierunt membra sopore,
Effigies ad eum Culicis deuenit, & illi
Tristis ab euentu cecinit conuitia mortis,
Inquit: quid meritus, ad quæ delatus acerbas
Cogor adire uices? tua dum mihi charior ipsa
Vita fuit uita, rapior per inania uentis.

Tu lentus

Tu lentus refoues iucunda membra quiete,
Ereptus tetris è cladibus, at mea manes
Viscera lethæas cogunt transnare per undas,
Præda Charontis agor, uiden' ut flagrantia tedis
Lumina collucent infestis omnia templis?
Obuia Tisyphone serpentibus undiq; compta,
Et flammas & sæua quatit mihi uerbera pœna
Cerberus, & diris flagrant latratibus ora:
Anguibus hinc, atq; hinc horrent cui colla reflexis
Sanguineumq; micant ardorem luminis orbes.
Heu quid ab officio digressa est gratia? cùm te
Restitui superis leti iam limine ab ipso?
Præmia sunt pietatis ubi, pietatis honores
In uanas abiere uices, & rure recessit
Iustitiæ prior illa fides, instantia uidi
Alterius sine respectu mea fata relinquens.
Ad pariles agor euentus, sit pœna merenti.
Pœna sit exitium, modo sit cum grata uoluntas,
Ex ista par officium: feror auia carpens,
Auia Cymerios inter distantia lucos.
Quem circa tristes densentur in omnia pœnæ.
Nam uinctus sedet immanis serpentibus Othos,
Deuinctum mœstus procul aspiciens Ephialten,
Conati quondam cùm sint incendere mundum,
Et Tityos Latonæ tuæ memor anxius iræ,
(Implacabilis ira animis) iacet alitis esca.

Terreor à tantis insistere, terreor umbris
Ad Stygias reuocatus aquas, uix ultimus amnis
Restat, Nectareas Diuûm qui prodidit escas,
Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
Quid, saxum procul aduerso qui monte reuoluit?
Contempsisse dolor quem numine uincit acerbus,
Ocia quærentem frustra? Vos ite puellæ,
Ite, quibus tedas accendit tristis Erinnys,
Sicut Hymen præfata dedit connubia mortis,
Atq; alias alio densat super agmine turmas
Impietate fera uecordem Colchida matrem
Anxia sollicitis meditantem uulnera natis.
Iam Pandionias miseranda prole puellas,
Quarum uox Ityn & Ityn, quod Bistonius rex,
Orbus Epops mœret uolucres euectus in auras.
At discordantes Cadmeo sanguine fratres
Iam truculenta ferunt, infestáq; uulnera corpus
Alter in alterius, iamq; aduersatus uterq;,
Impia germani manat quòd sanguine dextra.
Eheu mutandus nunquam labor, auferor ultra
In diuersa magis, distantia numina* cerno,
Elysiam tranandus agor delatus ad undam.
Obuia Persephone comites Heroidas urget
Aduersas perferre faces. Alcestis ab omni
Inuiolata uacat rura, quòd sæua mariti
Ipsa suis fatis Admeti fata morata est.

*Flumina.

Ecce Ithaci coniux semper decus Icariotis
Fœmineum incorrupta decus manet, et procul illâ
Turba ferox iuuenum telis confixa procorum.
Quin misera Eurydice tanto mœrore receßit,
Pœnáq; respectus, & nunc manet Orpheüs in te,
Audax ille quidem, qui mutem Cerberon unquam
Credidit, aut ulli Ditis placabile numen,
Nec timuit Phlegethonta furêtem ardêtibus undis
Nec mœsta obtentu Ditis, & ferrugine regna,
Defossasq; domos, ac tartara nocte cruenta
Obsita, nec faciles Ditis sine iudice sedes,
Iudice, qui uitæ post mortem uindicat acta.
Sed fortuna ualens audacem fecerat Orphea,
Iam rapidi steterant amnes, & turba ferarum
Blanda uoce sequar regionem insederat Orphei.
Iamq; imam, uiridi radicem mouerat altè
Quercus humo, steterantq; amnes, sylvæq; sonoræ
Sponte sua cantus rapiebant cortice auara.
Labentes bijuges etiam per sydera Luna
Ineßit equos & tu currentis menstrua uirgo
Auditura lyram tenuisti nocte relicta.
Hæc eadem potuit Ditis te uincere coniux,
Eurydicenq; ultrò ducendam reddere, non fas,
Non erat in uitam diuæ exorabile numen.
Illa quidem nimium manes experta seueros
Præceptum signabat iter, nec rettulit intus

Lumina, nec diuæ corrupit munera lingua.
Sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu
Oscula chara petens, rupisti iussa Deorum.
Dignus amor uenia, paruum si tartara nossent
Peccatum ignouisse, sed & uos sede piorum,
Vos manet Heroum contrà manus, hic & uterq;
Aeacides, Peleus nanq; & Telamonia uirtus
Per secura patris lætantur numina, quorum
Connubijs Venus, & uirtus iniunxit honorem,
Hunc rapuit serua, ast illum Nereis amauit.
Aßidet hac iuuenis, sociat quem gloria, fortis,
Acer, inexcussus, refrens à nauibus igneis
Argolicis Phrygios torua feritate repulsos.
O quis non referat talis diuortia belli,
Quæ Troiæ uidere uiri, uidêrèq; Graij?
Teucria cùm magno manaret sanguine tellus,
Et Simois, Xanthiq; liquor, Sigæaq; præter
Littora, cùm Troës sæui uos Hectoris ira
Vidêre in classes inimica mente Pelasgas
Vulnera, tela, neces, ignes inferre paratos.
Ipsa iugis nanq; Ida potens feritatis, & ipsa
Aequa faces altrix cupidis præbebat alumnis,
Omnis ut in cineres Rhœtei littoris ora
Classibus ambustis flamma superante daretur.
Hinc erat oppositus contrà Telamonius heros,
Obiectoq; dabat clypeo certamina, & illinc
Hector

Hector erat Troiæ summum decus, acer uterq;
Fulminibus cœlo ueluti fragor editus alto,
Ignibus hîc, telisq; super, si classibus Argos
Eripiat reditus, ille ut Vulcania ferro
Vulnera protectus depellere nauibus instet.
Hoc erat Aeacides alter lætatus honore,
Dardanæq; alter fuso quòd sanguine campis
Hectoreo uictor lustrauit corpore Troiam.
Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod lædat et
Alma dolis Ithaci uirtus quòd cõcidit icta. (huius
Huic gerit auersos proles Laërtia uultus,
Et iam Strymonij Rhesi uictorq; Dolonis
Pallade iam lætatur ouans, rursusq; tremiscit
Iam Ciconas, iam iamq; horret Læstrigonas atros
Illum Scylla rapax canibus subcincta Molossis,
Aetnæusq; Cyclops, illum metuenda Charybdis,
Pallentesq; lacus, & squalida tartara terrent.
Hîc & Tantalei generis decus amplus Atrides
Aßidet Arguûm lumen, quo flamma regente
Doris Erichthonias prostrauit funditus arces.
Reddidit heu grauius pœnas tibi Troia ruenti
Helleſpontiacis obiturus reddidit undis.
Illa uices hominum testata est copia quondam,
Ne quisquam propriæ fortunæ munere diues
Iret ineuectus cœlum super, omne propinquo
Frangitur inuidiæ telo decus ibat in altum

Vis Argoa petens patriam, ditataq; præda
Arcis Erichthoniæ, comes huic erat aura secunda
Per placidum cursu pelagus, Nereis ad undas
Signa dabat, pars inflexis superacta carinis.
Cùm seu cœlesti fato, seu syderis ortu
Vndiq; mutatur cœli nitor, omnia uentis
Omnia turbinibus sunt anxia, iam maris unda
Syderibus certat consurgere, iamq; supernè
Corruere hæc & Soli, & Sydera cũcta minantur.
Ac uenit in terras cœli fragor, hic modò lætûm
Copia nunc miseris circundatur anxia fatis.
Immoriturq; super fluctus, & saxa Caphar ei.
Euboicas & per cautes, Hæreaq; latè
Littora, cùm Phrygiæ passim uaga præda perẽptæ
Fluctuat omnis in æquoreo iam naufraga tractu.
Hîc alij sidunt pariles uirtutis honore
Heroës, medijsq; siti sunt sedibus omnes,
Omnis Roma decus magni quos suscipit orbis.
Hîc Fabij, Decijq;, hîc est Horatia uirtus.
Hîc & fama uctus nunquam morituta Camilli,
Curtius, & medijs quem quondam sedibus urbis
Deuotum bellis consumpsit gurgitis haustus,
Mutius & prudens ardorem corpore passus,
Legittimè cessit cui fracta potentia Regis.
Hîc Curius claræ socius uirtutis, & ille
Flamminius, deuota dedit qui corpora flammæ.

Iure

Iure igitur talis sedes pictatis honores,
Illi Scipiadæq; duces, deuota triumphis
Mœnia, quos rapidos Libycæ Carthaginis hor-
Illi laude sua uigeant, ego Ditis opacos (rent.
Cogor adire lacus, uiduos à lumine Phœbi,
Et uastum Phlegethonta pati, quos maxima Minos
Conscelerata pia discernit uincula sede.
Ergo iam causam mortis, me dicere uinctæ
Verberibus sæuo cogunt ab iudice pœnæ
Cùm mihi tu sis causa mali, nec conscius adsis,
Nec tolerabilibus curis hæc immemor audis:
Quæ tamen ut uanis dimittens omnia uentis
Digredior nunquam rediturus, tu cole fontes,
Et uirides nemorum syluas, & pascua lætus,
Et mea diffusas rapiantur dicta per auras.
Dixit, & extrema tristis cum uoce recessit.
Hunc ubi sollicitum dimisit inertia uitæ,
Interius grauiter mentem æger, nec tulit ultrà
Sensibus infusum Culicis de morte dolorem,
Quantumcunq; sibi uires tribuêre seniles,
Quîs tamen infestum pugnans deuicerat hostem,
Riuum propter aquæ uiridi sub fronde latentem,
Conformare locũ capit impiger, hunc & in orbem
Destinat, ac ferri capulum repetiuit in usum,
Gramineam ut uiridi fœderet de cespite terram.
Iam memor inceptum peragens sibi cura laborem

Congestum cumulauit opus, atq; aggere multo,
Telluris tumulis formatum creuit in orbem,
Quem circùm lapidem leui de marmore formans
Conserit assiduè curæ memor, hic & acantus,
Et rosa purpureo crescit rubicunda colore,
Et uiolæ omne genus, hic est & spartica myrtus,
Atq; Hyacinthus, et hic Cilici Crocus editus aruo.
Laurus itē Phœbi surgēs decus, hic Rhododaphne
Liliaq;, & roris non auia cura marini,
Herbaq; thuris, opes priscis imitata Sabinis.
Chrysanthusq;, Hederæq; nitor, pallēte Corymbo
Et Bochus Libiæ regis memor, hic Amaranthus,
Buphthalmusq; uirens, & semper florida pinus.
Non illinc Narcissus abest, cui gloria formæ
Igne Cupidineo proprios exarsit in artus,
Et quoscunq; nouant uernantia tempora flores.
His tumulus super inscritur, tum fronte locatur
Elogium, tacita format quod littera uoce:
Parue Culex pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium uitæ pro munere reddit.

P. VERGILII MARONIS DIRAE ad Battarum.

BAttare Cycneas repetamus carmine uoces,
Diuisas iterum sedes, & rura canamus,
Rura, quibus diras indiximus, impia uota.

Antè

Antè lupos rapient hœdi, tituli antè leones,
Delphini fugient pisces, aquilæ antè columbas,
Et conuersa retro rerum discordia gliscet
Multa prius, fuerit quàm non mea libera auena.
Montibus, & syluis dicam tua facta Lycurge
Impia. Trinacriæ sterilescant gaudia nobis.
Nec fœcunda senis nostri, felicia rura,
Semina parturiant segetes, non pascua colles,
Non arbusta nouas fruges, non pampinus uuas,
Ipsæ non syluæ frondes, non flumina montes.
Rursus, et hoc iterū repetamus Battare carmē
Effœtas Cereris sulci condatis auenas,
Pallida flauescant æstu sitientia prata,
Immatura cadant ramis pendentia mala,
Desint & syluis frondes, & fontibus humor,
Nec desit uostris deuotum carmen auenis.
Hæc Veneris uario florentia serta decore,
Purpureo campos quæ pingit auena colore.
Hinc auræ dulces, hinc suauis spiritus agri.
Mutent pestiferos æstus, & tetra uenena,
Dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur.
Sic precor, & nostris superent hæc carmina uotis.
Ludimus, & multum nostris cantata libellis,
Optima syluarum, formosis densa uiretis.
Tondemus uirides umbras, *nec læta comantes *herbæ.
Lactabis molleis ramos inflantibus auris.

Nec mihi sæpe meum resonabit Battare carmen,
Militis impia cùm succedet dextera ferro.
Formosæq; cadent umbræ, formosior illis
Ipse cades iterum, domini felicia ligna,
Nequicquam nostris toties deuota libellis.
Ignibus æthereis flagrabit, Iuppiter ipse,
Iuppiter hanc aluit, cinis hæc tibi fiat oportet.
Thracis tum Boreæ spirent immania uires.
Eurus agat mistam fulua caligine nubem,
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem.
Cùm tua Cyaneo resplendens æthere sylua
*Non iterum dicens crebrò tua Lydia dixti
Vicinæ flammæ rapiant ex ordine uites,
Pascantur segetes, diffusis ignibus aura
Transuolet arboribus, cõiungat & arbor aristas.
Pertica, qua nostros metata est impia agellos,
Qua nostri fines olim, cinis omnia fiant.
Sic precor, et nostris, superent hæc carmina uotis.
Vndiq; quæ nostris pulsatis littora lymphis,
Littora quæ dulceis auras diffunditis agris,
Accipite has uoces, migret Neptunus in arua
Fluctibus, & spissa campos perfundat arena.
Qua Vulcanus agros pastor Iouis ignibus areet.
Barbara dicatur Libycæ soror altera syrtis.
Tristius hoc memini, reuocasti Battare carmen.
Nigro multa mari dicunt portenta natare

*Noscet iter ducens Erebo tua Lydia Diis.

Monstra, repentinis terrentia sæpe figuris,
Cùm subitò emersere furenti corpora ponto.
Hæc agat in festa Neptunus cæca tridenti,
Atrum conuertens æstum maris undiq; uentis,
Et fuscum cinerem canis exhauriat undis.
Dicantur mea rura ferum mare, nauta caueto,
Rura quibus diras indiximus impia uota.
Si minus heu Neptune tuis infundimus aris,
Battare fluminibus tu nostros trade dolores.
Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amica.
Nil est quod perdam ulterius, merita omnia dixi.
Flectite currentes lymphas, uaga flumina retro
Fectite, & aduersis rursum diffundite campis.
Incurrant amnes passim remeantibus undis,
Nec nostros seruire sinant erroribus agros.
Dulcius hoc, memini, reuocasti Battare carmen.
Emanent subitò sicca tellure paludes,
Et metat hic iuncos spicas ubi legimus olim,
Occupet arguti grilli caua garrula rana.
Tristius hoc rursum dicat mea fistula carmen.
Præcipitent altis spumantes montibus imbres
Et latè teneant diffuso gurgite campos,
Queis dominis infesta minantes stagna relinquant,
Vnde relapsa meos agros peruenerit unda.
Piscetur nostris in finibus aduena arator,
Aduena, ciuili qui semper crimine creuit.

O male deuoti pratorum carmina agelli.
Tuq; inimica tui semper discordia ciuis,
Exul ego, indemnatus, egens mea rura reliqui.
Miles ut accipiat funesti præmia belli.
Hinc ego de tumulo mea rura nouissima uisam,
Hinc ibo in syluas, obstabunt iam mihi colles,
Obstabunt montes, campos nec adire licebit.
Dulcia rura ualete, & Lydia dulcior illis,
Et casti fontes, & felix nomen agelli.
Tardus ab miseræ descendite monte capellæ,
Mollia non iterum carpetis pabula nota.
Tuq; resiste pater, hæc prima, nouissima nobis
Intueor campos, longum manet hostis in illis.
Rura ualete iterum, tuq; optima Lydia salue,
Siue eris, & si non mecum morieris, utrunq;
Extremum carmen reuocemus Battare auena.
Dulcia amara prius fient, & mollia dura,
Candida nigra oculi cernent, & dextera læua,
Migrabunt casus alienq; in corpora rerum,
Quàm tua de nostris emigret cura medullis.
Quamuis ignis eris, quamuis aqua, semper amabo.
Gaudia semper enim tua me meminisse iuuabit.
Inuideo uobis agri, formosaq; prata,
Hoc formosa magis, mea quòd formosa puella
Est uobis, tacitè uestrum suspirat amorem.
Vos nunc illa uidet, uobis mea Lydia ludit,

Vos nunc alloquitur, uos nunc arridet ocellis,
Et mea summissa meditatur carmina uoce.
Cantat & interea, mihi quæ cantabat in aurem.
Inuideo uobis agri, discetis amare.
O fortunati nimium, multumq; beati,
In quibus illa pedis niuei uestigia ponet,
Aut roseis digitis uiridem decerpserit uuam,
Dulci nanq; tumet nondum uiticula Baccho,
Aut inter uarios Veneris stipendia flores,
Membra reclinarit, teneramq; illiserit herbam,
Et secreta meos furtim narrabit amores.
Gaudebunt syluæ, gaudebunt mollia prata,
Et gelidi fontes, auiumq; silentia fient,
Tardabunt riui labentes currere lymphæ,
Dum mea iucundas exponat cura querelas.
Inuideo uobis agri, mea gaudia habetis,
Et uobis nunc est, mea quæ fuit antè uoluptas.
Heu malè tabescunt morientia membra dolore,
Et calor infuso decedit frigore mortis,
Quòd mea non mecum domina est, non ulla puellæ
Doctior in terris fuit, ac formosior, ac (si
Fabula non uana est) Tauro Ioue digna, uel auro.
Iuppiter auertas aureis, mea sola puella est.
Felix Taure pater magni gregis, & decus, à te
Vaccula nonnunquam secreta cubilia captans,
Frustra te patitur syluis mugire dolore.

Et pater hœdorum felix, semperq; beate,
Siue petis montes præruptos, saxa pererrans,
Siue tibi syluis noua pabula fastidire,
Siue libet campis, tecum tua læta capella est,
Et mas quocunq; est, illi sua fœmina iuncta,
Interpellatos nunquam plorauit amores.
Cur non & nobis facilis natura fuisset?
Cur ego crudelem patior tam sæpe dolorem?
Sydera per uiridem redeunt cùm pallida mundum
Inq; uicem Phœbe excurrens, atq; aureus orbis
Luna tui tecum est, cur non est & mea mecum?
Luna, dolor nosti quid sit, miserere dolentis.
Phœbe gerens in te Laurus celebrauit amorem,
Et quem pompa Deûm non syluis fama locuta est.
Omnia uos estis, secum sua gaudia gestat.
Aut inspersa uidet mundo, quæ dicere longum est.
Aurea quin etiam cùm secula uoluebantur,
Conditio similisq; foret mortalibus illis.
Hæc quoq; præterea notum Minoidos astrum,
Quæq; uirûm uirgo sicut captiua secuta est,
Lædere cœlicolæ potuit uos nostra quid ætas?
Conditio nobis uitæ quæ durior esset?
Ausus ego primos castos uiolare pudores?
Sacratamq; meæ uitam tentare puellæ?
Immatura meæ quoq; noxæ soluere fata?
Ictius atq; utinam facti mea culpa magistra

Prima foret, letum mihi uita dulcius esset,
Non mea non ullo morere tur tempore fama,
Dulcia cum Veneris furatus gaudia primus
Dicerer, atq; ex me dulcis foret orta uoluptas:
Nam mihi non tantum tribuerunt impia uota,
Autor ut occulti noster foret error amoris.
Iuppiter ante sui semper mendacia furti
Cum Iunone, prius coniux quàm dictus uterq; est,
Gaudia libauit dulcem furatus amorem,
Et mecum tenera gauisa est ludere in herba,
Purpureos flores, quos insuper accumbebat,
Candida formoso supponens brachia collo.
Tum credo fuerat Mauors distentus in armis.
Nam certè Vulcanus opus faciebat, & illi
Tristi turpabatq; mala fuligine barbam.
Non Aurora nouos etiam plorauit amores,
Atq; rubens oculos roseo cælauit amictu.
Talia cœlicolæ nunquid minus aurea promo.
Ergo quod Deus, atq; heros, cur non minor ætas?
Infelix ego, non illo qui tempore natus,
Quo facilis natura fuit, sors ò mea læua
Nascendi, miserumq; genus, quo sera libido est.
Tanta meæ uitæ cordis fecere rapinam,
Vt maneam, quod uix oculis cognoscere possis.

PVE.

PVB. VERG. MARONIS.

AETNA.

AEtna mihi, ruptiq; cauis fornacibus ignes,
Et quæ tam fortes uoluant incendia causæ,
Quod fremat imperiũ, quid raucos torqueat æstus
Carmen erit, dexter ueniasq; mihi carminis autor
Seu te Cynthos habet, seu Delos gratior illa,
Seu tibi Dodone potior, tecumq; fauentes
In noua Pierio properent à fonte sorores
Vota, per insolitum Phœbo duce cautius itur.
Aurea securi quis nescit secula regis?
Cùm domitis nemo Cererem iactaret in aruis,
Venturisq; malas prohiberet frugibus herbas,
Annua sed saturæ complerent horrea messes,
Ipse suo flueret Bacchus pede, mellaq; lentis
Penderent foliis, & pingui Pallas oliua.
Secretos amnes ageret cum gratia ruris.
Non cessit cuiquam melius sua tempora nosse.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colchos?
Quis non Argolico defleuit Pergamon igni
Impositam? & tristi natorum funere matrem?
Auersumúe diem, sparsumúe in semine dentem?
Quis non periuræ doluit mendacia puppis,
Derfertam uacuo Minoida littore questus?
Quicquid in antiquum iactata est fabula carmen.
Fortius ignotas molitur pectore curas.

Qui

Qui tanto motus operi, quæ causa perennis
Explicet in densum flammas, & ructet ab imo
Ingenti sonitu moles, & proxima quæq;
Ignibus irriguis urat, mens carminus hæc est.
Principiò, ne quem capiat fallacia uatum,
Sedes esse Dei, tumidisq; è faucibus ignem
Vulcani ruere, & clausis resonare cauernis
Festinantis opus, non est tam sordida Diuis
Cura, neq; extremas ius est demittere in artes
Sydera, subducto regnant sublimia cœlo
Illa, neq; artificum curant tractare laborem.
Discrepat à prima facies hæc altera uatum,
Illis Cyclopas memorant fornacibus usos.
Cùm super incudem numerosa in uerbera fortes,
Horrendum magno quaterent sub pondere fulmẽ,
Armarentq; Iouem, turpe est sine pignore carmẽ:
Proxima uiuaces Aetnei uerticis ignes
Impia sollicitat Phlegæis fabula castris.
Tentauere (nefas) olim detrudere mundo
Sydera, captiuiq; Iouis transferre Gigantes
Imperium, & uicto leges imponere cœlo.
His natura sua est, aluo tenus ima per orbes
Squameus intortos sinuat uestigia serpens.
Constituitur magnis ad prælia montibus agger,
Pelion Ossa terit, summus premit Ossan Olympus.
Iam coaceruatas nituntur scandere moles.

Poëtarum mendacia.

Impius & miles metuentia comminus astra
Prouocat infestus cunctos ad prælia Diuos.
Prouocat *admotis*
Iuppiter è cœlo metuit, dextramq; coruſca
Armatus flamma reuocat* caligine mundum,
Incurſant uasto primùm clamore Gigantes.
Hîc magno tonat ore pater, geminatq; fauentes
Vndiq; diſcordes comitum ſimul agmine uentos.
Denſa per attonitas funduntur fulmina nubes.
Atq; in arma ruit quæcunq; potentia Diuûm,
Et Mars ſæuus erat, iam cætera turba Deorum.
Stant utrinq; metus, ualidos tum Iuppiter igneis
Increpat, & iacto perturbat fulmine montes.
Illinc deuictæ uerterunt terga ruinæ
Infectæ Diuis acies, atq; impius hoſtis
Præceps cum caſtris agitur, materq; iacentem
Impellens uictos, tum pax eſt reddita mundo,
Tum liber celſa uenit per ſydera cœli.
Deſenſiq; decus mundi nunc redditur aſtris.
Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aetna
Obruit Enceladum, uaſti qui pondere montis
Aeſtuat, & patulis expirat faucibus igneis.
Hæc eſt mendoſæ uulgata licentia famæ.
Vatibus ingenium eſt, hinc auget* nobile carmen
Plurima pars ſcenæ, uerum eſt fallacia, uates
Sub terris nigros uiderunt carmine manes,

* remouet.

* audit.

Atq;

Atq; inter cineres Ditis pallentia regna
Mentiti uates, Stygias, undasq;, canesq;.
Hi Ityon ſeptem ſtrauere in iugera fœdum.
Sollicitant magna te circum Tantale pœna,
Sollicitantq; ſiti, Minos, tuaq; Aeace in umbris
Iura canunt, ijdemq; rotant Ixionis orbem,
Quicquid & interius falſi ſibi conſcia terra eſt.
Non eſt terra ſatis, ſpeculantur numina Diuûm,
Nec metuunt oculos alieno admittere cœlo.
Norunt bella Deûm, norunt abſcondita nobis
Coniugia, & falſa quoties ſub imagine peccent
Taurus in Europen, in Ledam candidus ales,
Iuppiter ut Danaæ pretioſus fluxerit imber.
Debita carminibus libertas iſta, ſed omnis
In uero mihi cura, canam quo feruida motu
Aeſtuat Aetna, nouosq; rapax ſibi congerat ignes.
Quacunq; immenſus terræ ſe porrigit orbis,
Extremiq; maris curuis incingitur undis,
Non totum inſolidum defit, nanq; omnis hiatus
Secta eſt omnis humus, penitusq; cauata latebris,
Exiles ſuſpenſa uias agit, utq; animantis
Per tota errantes percurrunt corpora uenæ:
Ad uitam ſanguisq; omnis qua commeat idem,
Terra uoraginibus conceptas digerit auras.
Scilicet haud olim diuiſo corpore mundi
In Maria, ac terras, & ſydera, ſors data cœlo

Prima, secuta maris, desedit q; infima tellus,
Sed totis rimosa cauis, & qualis aceruus
Exilit imparibus iactis ex tempore saxis,
Vt crebro introrsus spacio uacuata corymbos
Pendeat in sese, simili quoq; terra figura
In tenueis laxata uias, non omnis in arctum
Nec stipata coit, siue illi causa uetusta est,
Nec nata est facies, seu liber spiritus intra
Effugiens molitur iter, seu lympha perenni
Edit humum limo, furtim q; obstantia mollit.
Aut etiam inclusi solidum exedère uapores,
Atq; igni quæsita uia est, siue omnia certis
Pugnauere locis, non est hic causa docendi,
Dum stet opus causæ, quis enim non credat inanes
Esse sinus? penitus tantos emergere fontes
Cùm uidet? ac torrentem imo se emergere hiatu.
Non ille ex tenui, uocem q; agat acta necesse est
Cùm fluit, errantes arcessant undiq; & undas,
Et trahat ex pleno quod fontem contrahat amne.
Flumina quinetiam latis currentia riuis
Occasus habuere suos, aut illa uorago
Directa in præceps fatali condidit ore.
Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis,
Atq; inopinatos referunt procul edita cursus,
Quòd si diuersos emittat terra canales
Hospitium fluuiorum, aut semita nulla profectò

Fontibus,

Fontibus, & riuis constet uia, pigraq; tellus
Conferta insolidum segnis sub pondere cesset.
Quòd si præcipiti conduntur flumina terræ,
Condita si redeunt, si qua etiam incõdita* surgũt, *antè inco-
Haud mirum clausis etiam si libera uentis gnita,
Spiramenta latent, certis tibi pignora rebus
Atq; oculis hæsura uias dabit ordine tellus.
Immensum plærumq; sinus, & iugera pessum
Intercepta leget, densæq; abscondita nocti
Prospectare procul chaos, ac sine fine ruinæ
Ceruus & in syluis spaciosa cubilia retro,
Antraq; demissis pedibus fodisse latebris.
Incomperta uia est operum, tantum influit intra.
Argumenta dabunt ignoti uera profundi.
Tu modò subtiles animo duce percipe curas,
Occultamq; fidem manifestis adstrue rebus.
Nam quo liberior, quoq; est animosior ignis,
Semper & inclusus, nec uectus, sæuior ira est
Sub terra, penitusq; mouent hoc plura, necesse est
Vincla magis soluãt, magis hoc obstantia pellãt.
Nec tamen in rigidos exit contenta canales
Vis animæ flamma auertit, quâ proxima cedunt,
Obliquumq; secat, quâ uisa tenerrima causa est.
Hinc terræ tremor, hinc motus ubi densus hiatu
Spiritus exagitat uenas, cessantiaq; urget.
Quòd si spissa foret, solidoq; instaret inani,

Nulla daret miranda sui spectacula tellus,
Pigraq; & in pondus confestim mobilis esset.
Sed summis si fortè putas concredere causis
Tantum opus, & summis alimentum uiribus oris.
Quæ ualida in promptu cernis, ualidosq; recessus
Fallere, sed nondum tibi lumine, certaq; recto.
Nanq; illud quodcunq; uacat specus omnis hiatũ,
Et res introitu soluunt, aditúq; patenti.
Conuersæ languent uires, animosq; remittunt.
Quippe ubi cõtineat uentos, qua quæq; moranteis
In uacuo desint, cessat, tantumq; profundi
Explicat errantes, & in ipso limite tardant.
Angustis opus est turbare in faucibus illos.
Feruet opus, densiq; fremunt, premiturq; ruina.
Hinc furtim boreæ, atq; noto, nunc unus uterq; est
Hinc uenti rabies, hinc sæuo quaßat hiatu.
Fundamenta solo, trepidant urbesq; caducæ.
Inde neq; est aliud, si fas est credere mundo
Venturam antiquam faciem, ueracius omen
Hæc primò species rerum, naturaq; terræ,
Introrsus ceßante solo trahit undiq; uenas.
Aetna sui manifesta fides, & proxima uero est.
Non illic duce me occultas scrutabere causas.
Occurrent oculis ipsæ, cogentq; fateri.
Plurima nanq; patent illi miracula monti.
Hinc uasti terrent aditus, mergunt q; profundo,

Cor-

Corrigit hinc artus, penitusq; quod exigit ultra
Hinc spissæ rupes obstant, discordiaq; ingens
Inter opus, nectunt uarios, mediosq; coërcent
Pars igni domitæ, pars ignes ferre coactæ,
Vt maior species Aetnæ succurrat manis.
Hic illis sedes, tantarumq; area rerum est.
Hunc opus artificem incendit, causamq; reposcit.
Non illam parui aut tenuis discriminis ignes
Mille sub exiguo ponent tibi tempore ueras
Res, oculiq; docent, res ipsæ credere cogunt.
Quinetiam tactu moneant contingere toto
Si liceat, Prohibent flammæ, custodiaq; ignis,
Illi operum est, arcent aditu diuinaq; rerum,
Vt maior species Aetnæ succurrat manis.
Cura sine arbitrio est, eadẽ procul omnia cernis,
Nec tamen est dubiũ penitus quis torqueat Aetnã.
Aut quis mirandus tantæ faber imperet arti.
Pellitur exustæ glomeratus nimbus arenæ.
Flagrantes properant moles, uoluuntur ab imo
Fundamenta, fragor tota nunc rumpitur Aetna,
Nunc fusca pallent incendia mista ruina.
Ipse procul magnos miratur Iuppiter igneis.
Ne ue sepulta noui surgant in bella Gigantes,
Neu Ditem regni pudeat, neu tartara cœlo
Vertat in occulto, tantùm premit omnia dextra.
Congeries operis saxorum, & putris arena,

(Quæ nec ſponte ſua faciunt, nec corporis ulli
Suſtentata cadunt robuſtis uiribus) omnis
Exigitur, uertit uaſa omnia uertice ſæuo,
In denſum congeſta rotant, uoluuntq; profundo.
Hac cauſa expectata ruunt incendia montis.
Spiritus inflati nomen languentibus aër.
Nam propè natura par eſt uiolentia ſemper.
Ingenium uelox illi, motusq; perennis.
Verum opus auxilio eſt ut pellat corpore, nullus
Impetus eſt ipſi, qua ſpiritus imperat, audit.
Nũc princeps magnusq; ſub hoc duce militat ignis
Huic quoniam in promptu eſt operi natura, ſoliq;
Vnà ipſi uenti, quæ res incendia paſcit,
Cùm ſubitò cohibetur, ineſt quæ cauſa ſilenti
Subſequar, immenſus labor eſt, ſed fertilis idem.
Digna laborantis reſpondent præmia curis.
Non oculis ſolùm pecudum miranda fuere
More, nec effuſis in humũ graue paſcere corpus,
Noſſe fidem rebus, dubias q; exquirere cauſas.
ingentem. Sacra per urgentem, capitiq; attollere cœlum.
Scire quot, & quæ ſint, cur magno talia mundo
Principia, occaſus metuunt, ad ſecula pergunt,
Et firma æterno religata eſt machina mundo.
Solis ſcire modũ, & quãto minor orbita Lunæ eſt,
Cur illi breuior, cur iſti peruolet orbis
Annus, ille monet quæ certo ſydera currant

Ordine

Ordine, quæ ue ſuo, careant incondita cura,
Scire uices etiam ſignorum, & tradita iura.
Nubila cur cœlo, terræ denunciat imbres.
Quo rubeat Phœbe, quo frater palleat igni.
Tempora cur uariant anni, primaq; iuuentæ
Ver præit æſtatem, cur æſtas ipſa ſeneſcit,
Autumnoq; obrepit hyems, & in orbe recurrit.
Axem ſcire Helices, & triſtem noſſe Cometen,
Lucifer unde micet, quaúe Heſperus, unde Bootes:
Saturni cur ſtella tenax, cur Martia pugnax,
Quò rapiant nautæ, quo ſydere lintea tendant.
Scire uias maris, & cœli prædicere curſus.
Quò uolet Orion, quò Sirius incubet index.
Et quæcunq; iacent tanto miracula mundo,
Non digeſta pati, nec aceruo condita rerum,
Sed manifeſta notis certa diſponere ſede
Singula, diuini eſt animi, ac iucunda uoluptas.
Sed prior hæc hominis cura cognoſcere terram,
Et quæ nunc miranda tulit natura, notare.
Hæc nobis magna affinis cœleſtibus aſtris.
Nam quæ mortali ſpes eſt? quæ amentia maior?
In Iouis errantem regno perquirere uelle?
Tãtum opus antè pedes trãſire, et perdere ſegnes?
Torquemur miſeri in paruis, premimurq; labãtes
Dum ſeſe pretio redimant, uerumq; profeſſa eſt.
Tum demum uiles taccant, inopesq; relictæ.

Noctes, atq; dies, festinant arua coloni.
Callent rure manus, glebarum expellimur usu.
Fertilis hæc, segetiq; feracior, altera uiti,
Hæc platanis humus, hæc herbis dignissima tellus,
Hæc diti melior pecori, syluisq; fidelis.
Aridiora tenent oleæ, succosior ulmis
Grata, leues cruciant animos, & corpora causæ,
Horrea uti saturent, tumeant & dolia musto,
Plenaq; defecto surgant fœnilia campo.
Sic auidi semper, qua uisum est carius istis.
Implendus sibi quisq; bonis est artibus, illæ
Sunt animi fruges, hæc rerum maxima merces.
Scire quid occulto naturæ terra coërcet,
Nullum fallere opus, non multos cernere sacros
Aetnæi montis fremitus, animamq; furentis,
Non subito pallere sono, non credere subter
Scrutamur rimas, euertimus omne profundum.
Quæritur argenti semen, nunc aurea uena.
Torquentur flamma terræ, ferroq; domantur
Cœlesti migrasse minas ad tartara mundi
Nósse quid impediat uentos, quid nutriat igneis,
Vndè repente quies, & multo fœdere pax sit.
Concrescant animi penitus, seu fortè cauernæ,
Introitusq; ipsi seruent, seu terra minutis
Ne uenis ab Rara foraminibus, né ue in se distrahat aura*
strahat au Plenius hoc etiam rigido qua uertice surgit.
ras. Illinc

Illinc infestus, atq; hic obnoxius intus
Vndiq; diuersas admittere cogitat auras.
Et coniuratis addit concordia uires.
Siue introrsus agunt nubes, & nubilus Auster,
Seu forsan flexere caput, tergoq; feruntur.
Præcipiti delata sono premit una, fugatq;
Torrentes auras, pulsataq; corpora densat.
Nam ueluti sonatore* diu Tritona canoro, *Sonatura,
Pellit opes collectus aquæ, uictusq; mouere
Spiritus, & longas emugit buccina uoces,
Carmineq; irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Quæ tenuem impellens animam subremigat unda.
Haud aliter summota furens torrentibus aura
Pugnat in angusto, & magnũ cõmurmurat Aetna.
Credendum est etiam uentorum existere causas
Sub terris similes harum, quas cernimus extra.
Vt cùm densa cremant inter se corpora, turba
Elisa in uacuum fugiant, & proxima secum
Nomina tota trahunt, tutaq; in sede resistunt.
Quòd si fortè mihi quædam discordia tecum est,
Principijsq; alijs credas consurgere uentos,
Non dubium rupes aliquas, penitusq; cauernas
Proruere ingenti sonitu, casuq; propinquas
Diffugere, impelliq; animas, hinc cernere uentos,
Aut humore etiam nebulas effundere largo,
Vt cæno

Vt campis, agrisq; solent, quos obruit amnis.
Vallibus exoriens caligat nubilus aër,
Flumina parua ferunt auras, uis proxima uĕto est,
Eminus aspirat fortis, & uerberat humor,
Atq; hæc in uacuo si tanta potentia rerum est,
Hoc plura efficiant infrà, clausiq; necesse est.
His agitur causis extrà, penitusq; coactis
Exagitant uentos, pugnant in faucibus arctè,
Pugnantes suffocat, & intus ut unda profundo
Terq; quaterq; exusta graues ubi perbibit Euros,
Ingeminat fluctus, & primos ultimus urget.
Haud secus adstrictus certamine tangitur ictu
Spiritus, inuoluens q; suo sibi pondere uires
Densa per ardentes exercet corpora uenas*
Et quacunq; iter est properat, transitq; morantem
Donec confluuio reuolutis æstibus amnis
Exilit, atq; furens tota uomit igneus Aetna.
Quòd si fortè putas ijsdem decurrere* uentos
Faucibus, atq; ijsdem pulsis remeare, notandas
Res oculis locus ipse dabit, cogetq; negare.
Quamuis cœruleo siccus sic frigeat æther,
Purpureoq; rubens surgat iubar aureus ostro,
Illinc obscura semper caligine nubes,
Pigraq; de fuso circum stupet humida multu:
Prospectat sublimis opus uastosq; recessus.
Non illam uidet Aetna, nec ullo intercipit æstu,

Obsequio

* Neruos.

*Decernere

Obsequitur quacunq; iubet leuis aura, reditq;.
Placantes etiam cœlestia numina thure
Summo cerne iugo, uel quàliberrimus Aetna
Improspectus hiat, tantarum semina rerum
Si nihil irritet flammas, stupeatq; profundum:
Huic igitur credis torrens ut spiritus illi
Qui rupes, terramq; uorat, qui fulminat igneis
Cur egit uires, & præceps flexit habenas.
Præsertim ipsa suo decliuia pondere nunquam
Corpora diripiant, ualidoq; absolueret arcu
Quòd, nisi fallor, adest species, tantusq; ruinis,
Impetus attentos oculorum transfugit ictus.
Nec leuitas tantos igitur ferit aura, mouetq;,
Sparsa liquore manu sacros ubi uentilat ignes.
Verberat ore tamen, pulsataq; corpora nostra
Incursant, adeo tenuis uim causa repellit.
Non cinerem, stipulamue leuem, non arida sorbet
Gramina, non tenuis plantis humor exit eisdem.
Surgit adoratis sublimis fumus ab aris.
Tanta quies illi est, & fax innoxia rapti,
Siue peregrinis agitur proprijsq; potentis
Coniurant animæ causis, ille impetus ignis
Et monitis partes atras subuertit arena.
Vastaq; concursu trepidantia saxa fragoris.
Ardentesq; simul flammas ac fulmina rumpunt.
Haud aliter, quàm cùm prono iacuere sub Austro,

Aut

Aut Aquilone fremunt syluæ, dant brachia nodo
Implicitæ, hæc serpunt iunctis incendia ramis.
Nec te decipiant stolidi mendacia uulgi,
Exhaustos cessare sinus, dare tempora rursus,
Vt rapiant uires, repetant q; in prælia uicti.
Pelle nefas animo, mendacemq; exue famam.
Non est diuinis tam sordida rebus egestas,
Nec paruas mendicat opes, nec congregat auras.
Præsto sunt operi uentorum examina semper.
Causa latet, quærunt pariter, cogunt q; morari.
Sæpe premit fauces, magnis exhausta *ruinis *extructa.
Congeries, clauditq; uias luctamine ab imo,
Et scisso ueluti tecto sub pondere præsto est.
Haud secus, ac teneros cùm secum frigida montis
Desidia est, tutoq; licet discedere montes.
Pòst ubi continuere moram, uelocius urgent.
Pellunt oppositas moles, ac uincula rumpunt,
Quicquid in obliquũ est, frangunt iter, acrior ictu
Impetus exoritur, magnis operata rapinis
Flamma micat, latosq; ruens exundat in agros.
Sicessant à iure ferunt spectacula uenti,
Nunc superant quæcunq; regunt incendia syluæ.
Quæ flammis alimenta uocent, quid nutriat Aetna
Incendi poterunt illis uernacula causis
Materia, appositumq; igni genus utile terrent,
Vritur assiduè calidus nunc sulphuris humor.

Nunc

Nunc spissus crebro præbetur uimine succus.
Pingue bitumen adest, & quicquid cominus atras
Irritat flammas, illius corporis Aetna est,
Atq; hanc materiam penitus discurrere fontes
Infectæ erumpunt & aquæ radice sub ipsa,
Pars oculis manifesta iacet, quæ corpore dura est.
Ac lapis, in pingui feruent incendia succo.
Quinetiam uario quædam sint nomine *saxa *uimine?
Toto monte liquant, illis custodia flammæ
Vera, tenax q; data est, sed maxima quippe molaris
Illius incendi lapidis, sic uindicat Aetnam.
Quem si fortè manu teneas, & robore cernas,
Nec seruare putes ignem, nec spargere posse,
Sed simul ac ferro quæras, respondet & ictu
Scintillat calor, hunc multis circundare flammis
Et potes extorquere animos, atq; exue robur,
Fundetur ferro citius, nam mobilis illi,
Et metuens natura mali est, ubi cogitur igni.
Sed simulatq; hausit flammas, non tutior haustu
Vlla domus seruans aciem, duramq; tenaci
Septa fides, tutum est illi patientia uicto.
Vix unquam redit in uires, atq; euomit ignem.
Totus enim denso stipatur robore tardans
Per tenues admissa uias incendia nutrit,
Cunctanter q; eadem, & pigrè accepta remittit.
Nec tamen hoc uno quòd montis plurima pars est,

Vincit,

Vincit: & incendij causam tenet illa profecto.
Miranda est lapidum uiuax, animosaq; uirtus.
Cætera materies quæcunq; est fertilis igni,
Vt semel accensa est, moritur, nec restat in illa,
Quod repetas, tantũ cinis, & sine semine terra est.
Sic semel, atq; iterum patiens, ac mille perhaustis
Ignibus instaurat uires, nec desinit antè,
Quàm leuis excocto * defecit robore pumex,
In cinerem, putresq; iacet delapsus arenas.
Cerne locis etiam similes arsisse cauernas.
Illic materiæ nascentis copia maior,
Sed genus hoc lapidis certissima signa coloris.
Quòd nullas adiunxit opes & languit ignis.
Dicitur insidijs flagrans Aenaria quondam
Nunc extincta super, tectisq; Neapolim inter
Et Cumas locus ac multis iam frigidus annis,
Quamuis æternum, pinguescat ab ubere sulfur
In mercem legitur: tanto est fœcundius Aetnæ
Insula, cui nomen facies dedit ipsa rotunda.
Sulfur enim solum, nec obesa cacumine terra est,
Et lapis accretus retegendis ignibus aptus.
Sed rarò fumat, qui uix succenditur, ardet
In breue, mortales flammas, quod copia nutrit,
Insula durata Vulcani nomina sacra.
Pars tamen incendi maior refrixit, & alto
Iactatas recipit classes, portuq; tuetur.

* haustio.

Quæ

Quæ restat minor est, & diues ubere terra est.
Sed non Aetneis uires quæ conferat illi
Atq; hæc ipsa tamen iam quondam extincta fuisset,
Ni furtim generet secretis callibus humor
Materiam, syluamq; suam, presso q; canali
Huc illuc ageret uentos, & poscere ignes.
Sed melius res ipsa nota est, spectataq; ueris
Occurrit signis, nec tentat fallere pestem.
Nam circa latera, atq; imis radicibus Aetnæ
Candentes efflant lapides, disiectaq; saxa
Intereunt uenis, manifesta ut credere possis
Pabula, & ardendi causam lapidem esse molarem.
Cuius defectus, ieiunus colligit ignis.
Ille ubi collegit flammas, iacit, & simul ictu
Materiam accendit, cogitq; liquescere secum.
Haud equidem mirum factu, quod cernimus extrà.
Si lentur opus, restat magis, uritur illic,
Solicitatq; magis uicina incendia saxum,
Certaq; uenturæ præmittit pignora flammæ.
Nam simul atq; mouet curis turbamq; minutus
Diffugit, exemplo solum trahit, ictaq; ramis,
Et graue sub terra murmur demonstrat, & ignes
Tum pauidum fugere & sacris tum credere rebus
Parêre, & tuto speculaberis omnia colli.
Nam subitò efferuent onerosa incendia raptis.
Accensæ subeunt moles, truncæq; ruinæ,

Prouoluunt: atq; atra sonant examina arenæ,
Nec recipit flammas, mons hic desissus anhelat,
Atq; aperit se hostis, decrescit spiritus illic.
Haud aliter, quàm cùm læto deuicta trophæo
Prona iacet campis acies, & castra subipsa.
Tum si quis lapidum summo pertabuit igni
Asperior sopita est, & quædam sordida sax est,
Qualem purgato cernes discedere ferro.
Verùm ubi paulatim exiluit sublata caduci
Congeries saxi, angustoq; è uertice surgunt.
Sic ueluti in fornace lapis torretur, & omnis
Exuitur, penitus uenis subit altius humor,
Amissis opibus, leuis sine pondere pumex
Excoquitur, liquor ille magis seruare, magisq;
Fluminis in speciem mitis procedere tandem
Incipit, & primus demittit collibus undas,
Illæ paulatim bis sena in millia pergunt
Quippe nihil reuocat, curtis nihil ignibus obstat,
Nulla tenet frustra moles, simul omnia pugnant,
Nunc syluas, rupesq; uorat hæc tela solumq;
Ipsa adiutat opes, faciles q; sibi induit annos.
Quòd si fortè cauis cunctatus uasibus hæsit,
Vtpote inæquales uoluens perpascitur agros,
Ingeminat fluctus, & stantibus increpat undis.
Sicut cùm curuo rapidum mare cernitur æstu.
Ad primum tenuis sinus agit ulteriores,

Progre-

Progrediens latè diffunditur, & succernens.
Flumina consistunt ripis, ac frigore durant,
Paulatimq; ignes coëunt, ac flammea messis
Exuitur facies tunc prima, ut quæq; rigescit
Effumat moles, atq; ipso pondere tracta
Voluitur ingenti strepitu, præcepsq; sonanti
Cum solido inflexa est, pulsantes dissipat ictus,
Et qua discluſa est, candenti robore fulget.
Et micat examen plagis ardentia saxa.
Scintillat procul esse fide procul esse ruentes.
Incolumi feruore cadunt, uerùm impetus ignes
Si fumant quondam ut ripas traiecerit amnis,
Vix iunctis quisquam fixo dimouerit illas.
Vicenos persæpe dies iacet obruta moles,
Sed frustra certis disponere singula causis
Tentamus, si firma manet tibi fabula mendax,
Materiam ut credas aliam furere igne fauillam,
Plurima pro pietate simul concrescere, sicq;
Commistum uento flagrare bitumine sulfur.
Nam post exhaustam cretam quoq; robora fundit
Et figulos huic esse fidem, dein frigoris usu
Duriciem reuocare suam, & constringere uenas,
Sed signum commune leue est, atq; irrita causa,
Quæ trepidat uerum ubi certo pignore constat.
Nam uelut arguti natura est æris & ignis
Cùm domitum constat, cademq;, & robore salua

Vtranq; ut possis aëris cognoscere portam.
Haud aliter lapis ille tenet, seu fortè madentes
Effluit in flammas, seu sit securus ab illis,
Conseruatq; notas, nec iultu perdidit ignes.
Quinetiam externam multis color ipse resoluit,
Non odor, aut leuitas, putris magis ille, magisq;
Vna operis facies, eadem perq; omnia terra est.
Nec tamen inficior lapides ardescere certos,
Interius furere accensos, hæc propria uirtus.
Quin ipsis quædam Siculi cognomina saxis
Imposuere, fricas etiam ipso nomine signant
Fusilium esse notas, nunquam tamen illa liquescūt.
Quamuis materies foueat succosior intus,
Nec penitus uenæ fuerint commissa molari.
Quòd si quis lapidis miratur fusile robur,
Cogitet obscuri uerissima dicta libelli
Heracleti, & ibi nihil insuperabile gigni
Omnia quæ rerum naturæ semina iacta.
Sed nimium hoc mirum, densissima corpora sæpe
Et solido uicina, tamen compescimus igni.
Non animos æris flammis succumbere cernis?
Lenticiem plumbi non exuit? ipsaq; ferri
Materies prædura tamen subuertitur igni?
Spissaq; suspensis fornacibus aurea saxa
Exudant precium? quædam fortasse profundo,
Insomperta iacent, simulatq; obnoxia sorti.

Nec

Nec locus ingenio est, oculi te iudice uincent.
Nec lapis ille riget perculsus, & ignibus obstat,
Si paruis torrere uelis, cœloq; patenti
Candentem, pressumq;, agedum fornace coërce,
Nec sufferre potest, nec sæuum durat in hostem.
Vincitur, & soluit uires, captusq; liquescit.
Quæ maiora putas autem tormenta moueri
Posse manu? quæ tanta putas incendia nostris
Sustentare opibus? quantis fornacibus Aetna
Vtitur, & sacro nunquam non fertilis igne.
Sed non qui nostro feruet moderatior usu,
Sed cœlo propior, uel quali Iuppiter ipse
Armatus flamma est, his uiribus additus ingens
Spiritus adstrictis illisus faucibus, ut cùm
Fabriles operas rudibus contendere massis
Festinant, ignes quatiunt, folles q; trementes
Exanimant, pressoq; instigant agmine uentos.
Hæc operis fama est, sic nobilis uritur Aetna:
Terra foraminibus uires trahit, urget in arctum
Spiritus incendi uiuit per maxima saxa.
Magnificas laudes, operosaq; uisere templa
Diuitijs hominum, aut sacra memorare uetusta
Traduce materia, & terris per proxima fatis
Currimus, atq; auidi ueteris mendacia famæ
Eruimus, cunctasq; libet percurrere gentes.
Nunc iuuat Ogygijs circundata mœnia Thebis

Cernere cq; & fratres, ille impiger, ille canorus
Condere felices alieno interserit æuo.
Inuitata pio nunc carmine saxa, lyracq;
Nunc gemina ex uno fumantia saxa uapore
Miramur, septemcq; duces, raptumcq; profundo.
Detinet Eurotas illic & sparsa Lycurgi.
Et sacer in bellum numerus sua turba recenti.
Nunc hic Cecropiæ uarijs spectantur Athenæ
Carminibus, gaudentcq; sui uictrice Minerua,
Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theseu
Candida solicito permuttere uela parenti.
Tu quoq; Athenarum carmen tam nobile sydus
Erigone, sedes uestra Amphiona* canoris
Euocat in syluis, & tu soror hospita tectis
Acciperis, solis Tereus ferus exulat agris.
Miramur Troiæ cineres, & flebile uictis (mum
Pergamon, extinctosq; suos Phrygas. Hectora priam
Conspicimus magni tumulū ducis, hic & Achilles
Impiger, & uictus magni iacet Hectoris ultor.
Quinetiam Graiæ fixos tenuere tabellæ,
Signaūe, nunc Paphiæ rorantes parte capilli,
Sub truce nunc parui ludentes Colchide nati,
Nunc tristes circa subiectæ altaria ceruæ,
Velatusq; pater, nunc gloria uiua minoris*
Quinetiam illa manus operum, turbæcq; morantem
Hæc uisenda putas terræ dubiusq;, maris cq;,

Artifi-

* en Philomena.

* Mironis.

Artificis naturæ ingens opus aspice, nulla
Cùm tanta humanis Phœbus spectacula cernes.
Præcipuecq; uigil feruens cum Sirius ardens.
Insequitur, miranda tamen sua fabula montem,
Nec minus ille pius, quanquam sors nobilis ignis,
Nam quando ruptis exeanduit Aetna cauernis,
Et uelut euersis penitus fornacibus ignes,
Et uecta in longum rapidis feruoribus unda,
Haud aliter sæuo quàm cum Ioue fulgurat æther,
Et nitidum obscura cœlum caligine torquet.
Ardebant aruis segetes, & millia cultu
Iugera cum dominis, syluæ, collesq; uirentes.
Vix dum castra putant hostem mouisse, tremebant,
Et iam finitimæ portas euaserat urbis.
Tum uerò, ut cuiq; est animus, uiresq; rapinæ
Tutari conantur opes, gemit ille sub auro,
Colligit ille arma, & stulta ceruice reponit,
Defectum raptis illum sua carmina tardant.
Hic uelox nimium properat sub pondere pauper,
Et quodcunq; fuit cari fugit ipse sub illo,
Sed non incolumis dominum sua præda secuta est.
Cunctantes uorat ignis, & undiq; torret auaros,
Consequitur fugisse ratos, & præmia captis
Concrepat, ac nullis parsura incendia pascunt,
Vel solis parsura Deis * namq; optima proles
Amphion, fraterq; pari sub munere sortes,

* Pijs.

Cùm iam uicinis ſtreperent incendia tectis,
Aſpiciunt pigrumq; patrem, matremq;, ſenemque
Heu heu deſeſſos, poſuiſſe in limine membra,
Pareite auara manus, dites attollite prædas,
Illis diuitiæ ſolæ materque paterque.
Hanc rapies prædam, mediumque exire per ignem
Ipſo dante fidem properant, ô maxima rerum,
Et meritò pietas homini tutiſſima uirtus.
Erubuere pios iuuenes attingere flammæ,
Et quacunq; ferunt illi ueſtigia, cedunt.
Felix illa dies, illa eſt innoxia terræ
Dextra ſæua tenent, læuaque incendia ſeruent,
Ille per obliquos igneis fraterque triumphans
Tutus uterque pio ſub pondere ſufficit illam,
Et circa geminos auidus ſibi temperat igneis.
Incolumes abeunt tandem, & ſua numina ſecum
Saluaferunt, illos mirantur carmina uatum.
Ille ſe poſuit claro ſub nomine Ditis.
Nec ſanctos iuuenes attingunt ſordida fata,
Sed uerè ceſſere domus, & iura piorum.

P. VERGILII MARONIS CIRIS, ad Meſſalam.

ET ſi me uario iactatum laudis amore,
Irritaq; expertum fallacis præmia uulgi,
Cecropius ſuaues expirans hortulus auras

Floren-

Florentes uiridis ſophiæ complectitur umbras,
Tum mea quæret eo dignum ſibi quærere carmen.
Longe aliud ſtudium, atq; alios accincta labores,
Altius ad magni ſuſpendit ſydera mundi,
Et placitum multis* auſa eſt aſcendere collem. *paucis.
Non tamen abſiſtam cœptum detexere munus,
In quo iure meas utinam requieſcere muſas,
Et leuiter blandum liceat deponere morem.
Quòd ſi mirificum proferre ualent genus omnes,
Mirificum ſecli modò ſit tibi uelle libido,
Si me iam ſumma ſapientia pangeret arte
Quattuor antiquis quæ hæredibus eſt data cõſors
Vnde hominum errores longè, lateq; per orbem
Diſpicere, atq; humiles poſſum contemnere curas,
Non ego te talem uenerarer munere tali,
Non equidem, quamuis interdum ludere nobis,
Et gracilem molli liceat pede claudere uerſum.
Sed magno intexens (ſi fas eſt dicere) peplo,
Qualis Erichtheis olim portatur Athenis, *nota.
Debita cùm caſtæ ſoluuntur dona* Mineruæ,
Tarda ue confecto redeunt quinquennia luſtro,
Cum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro,
Et prono grauidum prouexit pondere curſum.
Felix ille dies, felix & dicitur annus,
Felices qui talem annum uidêre, diemq;
Ergo Palladiæ texuntur in ordine pugnæ,

Magna Giganteis ornantur pepla Trophæis,
Horrida sanguineo pinguntur prælia cocco,* *succo.
Additur aurata delectus cuspide Typho,
Qui pirus Ossæis consternens æthera saxis
Emathio celsum duplicabat uertice Olympum.
Tale Deæ uelum solenni in tempore portant,
Tali te uellem iuuenum doctissime ritu
Purpureos inter Soles, & candida Lunæ
Sydera, cœruleis orbem pulsantia signis,* *bigis.
Naturæ rerum magnis intexere chartis.
Aeternum sophiæ coniunctum carmine nomen
Nostra tuum senibus loqueretur pagina seclis,
Sed quoniã ad tãtas nunc primùm nascimur artes
Nunc primùm teneros firmamus robore neruos,
Hæc tamen interea quæ possumus, in quibus æui
Prima rudimenta, & primos exegimus annos,
Accipe dona meo multum uigilata labore,
Et præmissa tuis non magna exordia rebus.
Impia prodigijs ut quondam exterruit amplis
Scylla, nouos auium sublimis in aëre cœtus
Viderit, & tenui conscendens sydera* penna *æthera.
Cœruleis sua tecta super uolitauerit alis.
Hunc pro purpureo pœnam scelerata capillo,
Proq; patris soluens excisa funditus urbe.
Complures illam, & magni Messala poëtæ,
(Nam uerum fateamur, amat Polyhymnia uerum)

Longe

Longè alia perhibent mutatam membra figura.
Scyllæum monstra in saxum conuersa uocari.
Illam esse ærumnis quam sæpe legamus Vlyssi
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates, & gurgite in alto
Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
Sed neq; Mæoniæ hæc patiuntur credere chartæ.
Nec malus istorum dubijs erroribus autor.
Nanq; alias alij uulgò finxere puellas,
Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.
Ipse Cratinei matrem, sed siue Erichthæi, * Quidã sic.
Siue illam monstro genuit grandæua biformi, * Ipsi seu la
Siue est neutra parens, atq; hoc in carmine toto mia mater
Inguinis est uitium, & Veneris descripta libido. sit, siue Cra
Siue etiam exactis speciem mutata uenenis es.
Infelix uirgo (quid enim commiserat illa?) Siue illam
Ipse pater timidam* sæua complexus arena monstro ge
Coniugium charæ uiolauerat Amphitrites. nuit Persæa
Attamen exegit longo post tempore pœnas. biformi.
Vt cùm cura suæ uehueretur coniugis alto, * nudam.
Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum.
Seu uerò, ut perhibent, forma cum uinceret omnes,
Et cupidos quæstu passim spoliaret* amantes, * populã-
Piscibus & canibus rabidis uallata repente est, ret.
Horribiles circùm uidit sibi sistere formas.
Heu quoties mirata nouos expalluit artus,

Ipsa

Ipsa suos? quoties heu pertimuisse latratus?
Ausa quod est mulier numen fraudare Deorum,
Et dictam Veneri uotorum uertere pœnam,
Quam mala multiplici iuuenũ quod septa caterua
Dixerat, atq; animo meretrix iactata ferarum.
Infamem tali meritorum more fuisse
*Docta Palæpaphiæ testatur uoce Pachynus.
Quicquid & ut quisquis tali de clade locutus
Omnia sint potius, liceat notescere Cirin,
Atq; unam ex multis Scyllam non esse puellis.
Quare & quæ cantus meditanti mittere certos
Magna mihi cupido tribuistis præmia Diuæ
Pierides, quarum castos altaria postes
Munere sæpe meo inficiunt, foribusq; Hyacinthi
Deponunt flores, aut suaue rubens Narcissus,
Aut crocus alterna coniungens lilia calta,
Sparsaq; luminibus floret rosa, nunc age Diuæ
Præcipuè nostro nunc aspirate labori,
Atq; nouum æterno prætexite honore uolumen.
Sunt Pandionijs uicinæ sedibus urbes
Actæos inter colles, & candida Thesei,
Purpureis latè ridentia littora conchis,
Quarum non ulli fama concedere digna
Stat Megara, Actæi quondam munita labore
Alcathoë, Phœbiq; decus, nanq; affuit illi,
Vnde etiam citharæ uoces imitantur acutas.

*Docta Palephatia testatur uoce papyrus

Sæpe

Sæpe lapis recrepat Cyllenia munere pul'u.
Et ueterem sonitu Phœbi testatur honorem.
Hanc urbem ante alios qui tum florebat in armis,
Fecerat infestam populator remige Minos.
Hospitioq; feni fuit Hypolidosaq; uicto *
Carpathium fugiens, & flumina Cerathea
Texerat, hunc bello repetens Cortinius heros,
Attica Cretæa sternebat rura sagitta.
Sed neq; tunc ciues, neq; tunc rex ipse ueretur
Infesto ad muros uolitantes agmine turmas
Ducere, & indomita uirtute retundere mentes,
Responsum quoniam satis est meminisse Deorum.
Nam capite à summo regis (mirabile dictu)
Candida cæsaries florebant tempora lauro,
Et roseus medio fulgebat uertice crinis.
Cuius quàm seruata diu natura fuisset,
Tam patriam incolumen Nisi, regnumq; futurum,
Concordes stabili firmarunt numine Parcæ.
Ergo omnis cano *residebat cura capillo, *charo.
Aurea solenni comptum quoq; fibula ritu
Corsellæ *tereti nectebat dente cicadæ. *Mopso-
Nec ucrò hæc nobis custodia uana fuisset, pio.
Nec fuerat, nisi Scylla nouo concepta furore.
Scylla patris miseri, patriæq; inuenta sepulchrum.
O nimium cupidis si non inhiasset ocellis.
Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater

Iratum

Iratum potuit, quem nec pater, atq; auus idem
Iuppiter, ille etiam Pœnos domitare leones,
Et ualidas docuit uires mansuescere Tigris,
Ille etiam diuos homines, sed dicere magnum est.
Idem tum superis acuebat paruulus iras
Iunonis magnæ, cuius periuria Diuæ
Olim se meminere diu per iura puellæ,
Non ulli liceat, uiolauerat inscia sedem
Dum sacris operata Deæ lasciuit, & extra
Procedit longè matrum, comitumq; cateruam,
Suspensam gaudens in corpore ludere uestem,
Et tumidos agitante sinus Aquilone relaxans.
gustauerat Nec dum etiam castos agitauerat ignis honores,
Nec dum solenni lympha perfusa sacerdos
Pallentis sõlijs caput exornarat oliuæ,
Cùm lapsa è manibus fugit pila, cunq; relapsa
Procurrit uirgo, quo utinam ne prodita ludo
Aurea iam gracili soluisset corpora palla.
Omnia quæ retinere gradum, cursumq; morari
Possent, ò tecum uellem tua semper haberes,
Nonunquam uiolata manu sacraria Diuæ
Iurando infelix nequicquam iura piasses.
Et si quis nocuisse tibi periuria credat,
Causa pia est, timuit fratri te ostendere Iunõ:
adolescen tum. At leuis ille Deus, cui semper ad ulciscendum
Quæritur ex omni uerborum iniuria dicto,

Aurea

Aurea fulgenti depromens tela pharetra,
Heu nimium teneri nimium Tirynthia uisu
Virginis in tenera defixerat omnia mente.
Quæ simul ac uenis hausit sitientibus ignem,
Et ualidum penitus concepit in ossa furorem,
Sæua uelut gelidi Cidonum Bistonus honores
Iactaúe barbarico Cybeles antisia buxo.
Infelix uirgo tota bacchatur in urbe.
Non Storace Idæo flagrantes picta capillos
Cognita, non teneris pedibus, sic omnia *seruans, *siciona.
Non niueo retinens baccata monilia collo.
Multum illi incerto trepidant uestigia cursu.
Sæpe redit patrios ascendere prodita muros,
Aëriasq; facit causam se uisere turres.
Sæpe etiam tristes uoluens in nocte querelas,
Sedibus ex altis cœli speculatur amorem,
Castraq; prospectat crebris lucentia flammis.
Nulla colum nouit, charum nec respicit aurum.
Non arguta sonant tenui psalteria chorda,
Non Libyco molles plauduntur pectine telæ.
Nullus in ore rubor, ubi enim rubor obstat amori,
Atq; ubi nulla malis reperit solatia tantis,
Tabidulamq; uidet labi per uiscera mortem,
Quò uocat ire dolor, subigunt quò tendere fata,
Fertur, & horribili præceps impellitur æstro,
Vt patris ah demens crimen de uertice seruet

Furtim

Furtim, atq; arguto detonsum mitteret hosti,
Nanq; hæc conditio miseræ proponitur una,
Sine illa ignorans, quis non bonus omnia malit
Credere, quàm scelere tanto damnare puellam?
Seu tamen infelix, quid enim imprudentia prodest
Nisi pater, cui direpta crudeliter urbe
Vix erit una super sedes in turribus altis,
Fessus ubi extructo possis conscendere nido,
Tu quòq; auis moriere, dabit tibi filia pœnas.
Gaudete ò celeres subnixæ nubibus altis,
Quæ mare, quæ uirides syluas, lucosq; sonantes
Incolitis, gaudete uagæ, blandæq; uolucres.
Vosq; adeo humani mutati corporis artus.
Vos ò crudeli fatorum lege puellæ
Dauliades crudele uenit charissima uobis
Cognatos augens reges, numerumq; suorum,
Ciris, & ipse pater, uos ò pulcherrima quondam
Corpora, cœruleas præuertite in æthera nubes,
Quà nouus ad superum sedes Calcheius, & quâ
Candida concessos ascendat Ciris honores.
Iamq; adeò dulci deuinctus lumina somno
Nisus erat, uigilumq; procul custodia primis
Excubias foribus fludio iactabat inani.
Cùm furtim tacito descendens Scylla cubili,
Auribus arrectis nocturna silentia tentat,
Et pressis tenuem singultibus aëra captat,

Tum suspensa leuans digitis uestigia primis
Egreditur, ferroq; manus armata bidenti
Euolat, at demptæ subita in formidine uires,
Cœruleas sua furta prius testatur ad umbras.
Nam quà se ad patrium tendebat semita limen,
Vestibulo in thalami paulum remoratur, & altum
Suspicit ad culti nutantia sydera mundi,
Non accepta pijs promittens munera Diuis.
Quam simul Ogygij Phœnicis filia Charme
Surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
Marmoreo æratus stridens in limine cardo)
Corripit extemplò fessam languore puellam,
Et simul, ò nobis sacrum caput, inquit, alumna
Non tibi nequicquam uiridis per uiscera pallor
Aegrotas tenui suffudit sanguine uenas.
Nec leuis hoc faceret, neq; enim potè cura subegit
Haud fallor quòd te potius Rhamnusia fallit.
Nam qua te causa, nec dulcis pocula Bacchi,
Nec grauidos Cereris dicam contingere fœtus?
Quæ causa ad patrium solam uigilare cubile?
Tempore quo fessas mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus.
Dic agè nunc miseræ saltem, quod sæpe petenti
Iurabas nihil esse mihi, cum mœsta parentis
Formosos circum uirgo morarere capillos?
Hei mihi, ne furor ille tuus inuaserit artus,

Ille Arabis Myrrhæ quondam qui cœpit ocellos,
Vt scelere infando, quod nec sinit Adrastea,
Lædere utrunq; uno studeas errore parentem.
Quòd si alio quouis animo iactaris amore,
Nam te iactari non est Amathuntia nostra
Tam rudis, ut nullo possim cognoscere signo,
Sin concessus amor noto te macerat igne,
Per tibi Dictynnæ præsentia numina iuro,
Prima Deûm quæ te mihi dulcem donet alumnam,
Omnia me potius digna, atq; indigna laborum
Millia uisuram, quàm te tam tristibus istis
Sordibus, & scoria patiar tabescere tali.
Hæc loquitur, molliq; ut se uelauit amictu,
Frigidulam iniecta circundat ueste puellam.
Quæ prius ut tenuis teterat succincta corona,
Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens,
Persequitur miseræ causas exquirere tales.
Nec tamen antè ullas patitur sibi reddere uoces,
Marmoreũ tremebunda pedẽ quàm rettulit intrà.
Illa autẽ, quid nunc me, inquit, nutricula torques?
Quid tantum properas nostros nouisse furores?
Non ego consueto mortalibus uror amore,
Nec mihi notorum deflectunt lumina uultus,
Nec genitor cordi est, ultro nanq; odimus omnes,
Nil amat hic animus nutrix quod oportet amari,
In quo falsa tamen lateat pietatis imago.

Sed

Sed media ex acie medijs ex hostibus, heu heu,
Quid dicam? quo ue ipsa malũ hoc exordiar ore?
Dicã equidem, quoniã quid non tibi dicere nutrix
Non finis? extremũ hoc munus morientis habeto,
Ille uides nostris qui mœnibus assidet hostis,
Quem pater ipse Deûm sceptri donauit honore,
Cui Parcæ tribuere nec ullo uulnere lædi,
Dicendum est, frustra circumuehor omnia uerbis:
Ille mea ille idem oppugnat præcordia Minos.
Quod te per Diuûm crebros obtestor amores,
Perq; tuum memoris haustum mihi pectus alumnæ,
Vt me si seruare potes, ne perdere malis.
Sin autem optatæ spes est incisa salutis,
Nec mihi, quam merui, inuideas nutricula mortẽ.
Nam si te nobis malus ò malus optima Charme
Ante hunc conspectum casus ue deus ue tulisset,
Aut ferro hoc (aperit ferrum, quod ueste latebat)
Purpureum patris dempsissem uertice crinem.
Aut mihi præsenti peperissem uulnere letum.
Vix hæc ediderat, cum clade exterrita tristi
Intonsos multo deturpat puluere crines,
Et grauiter questu Charme complorat anili.
O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
O iterum nostræ Minos inimice senectæ
Semper, & aut olim nata, ò te propter eundem,
Aut amor insanæ luctum potauit alumnæ.

Te ne ego tam longè capta, atq; auecta, nequiui
Tam graue seruitium, tam duros paßa labores,
Effugere? Obsistam exitium crudele meorum.
Iam iam nec nobis ea quæ senioribus ullum
Viuendi copiam uiuit genus, ut quid ego amens
*Te erepta ò Britomarti me ne spes una salutis,
Te Britomarti diem potui producere uitæ?
Atq; utinam Cereri, nec tantum grata Dianæ
Venatus eßes uirgo sectata uirorum.
Gnosia neu Partho contendens spicula cornu
Dictæas ageres ad gramina nota capellas.
Nunquam tam obnixè fugeres Minois amores,
Præceps aërijs specula de montibus ißes.
Vnde alij fugiße ferunt, & numina Phocæ
Virginis aßignant, alij quo notior eßes,
Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam.
Sint hæc uera uelim, mihi certè nata peristi.
Nunquã ego te summo uolitantẽ in uertice mõtis
Hircanos inter comites agmenq́; ferarum
Conspiciam, nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verùm hæc tum nobis grauia, atq; indigna fuere,
Tum mea alumna, tui cùm spes intẽgra maneret,
Et uox ista meas nondum uiolauerat aures.
Te ne etiam fortuna mihi crudelis ademit?
Te ne ò sola meæ uiuendi causa senectæ?
Sæpe tuo dulci nequicquam capta sopore,

*Te erepta Britomartis spes est una sepulchri.

Vel. Te erepta Britomarte mea est spes uana sepulchri.

Cùm

Cùm premeret natura, mori me uelle negaui,
Vt tibi Corytio glomerarem flammea luto.
Quò nunc me infelix, aut quæ me numina seruant?
An nescis qua lege patris de uertice summo
Edita candentes prætexat purpura canos?
Quæ tenui patriæ spes sit suspensa capillo?
Si nescis, aliquam possum sperare salutem,
Inscia quandoquidem scelus es conata nefandum.
Sin est quod metuo, per me mea alumna, tuumq́;
Expertum multis miseræ mihi rebus amorem,
Per me, sacra precor per flumina Ilithyiæ,
Ne tantum in facinus tam nulla mente sequaris.
Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
Flectere amor, neq; sit cum Dijs contẽdere nostrũ,
Sed patris incolumi potius te nubere regno,
Atq; aliquos tamen eße uelis tibi alumna penates,
Hoc unum exitio docta, atq; experta monebo.
Quòd si non alia poteris ratione parentem
Flectere, sed poteris (quid enim non unica poßis?)
Tunc potius tamen ipsa, pio cùm iure licebit,
Cùm facti causam, tempusq́; doloris habebis,
Tunc potius conata tua, atq; incepta referto.
Meq́; Deosq́; tibi comites mea alumna futuros
Polliceor, nihil est quod texas ordine longum.
His ubi sollicitos animi releuauerat æstus
Vocibus, & blanda pectus spe uinxerat ægrum,

Paulatim tremebunda genis obducere uestem
Virginis, & placidam tenebris captare quietem,
Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo.
Incipit ad crebros insani pectoris ictus
Ferre manum, assiduis mulcens præcordia palmis,
Noctem illam sic mœsta super morientis alumnæ
Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
Postera lux ubi læta diem mortalibus almum,
Et gelido ueniens mane quatiebat ab Oeta,
Quem pauidæ alternis fugitant, optantq; puellæ,
Hesperium uitant, optant ardescere solem,
Præceptis paret uirgo nutricis, & omnes
Vndiq; conquirit nubendi sedula causas.
Tentantur patriæ summissis uocibus aures,
Laudanturq; bonæ pacis bona multis inepta
Virginis insolitæ sermo nouus errat in ore.
Nunc tremere instantis belli certamina dicit,
Communemq; timere Deum, nunc regis amicos,
(Nanq; ipso uerita est orbari mœsta parente)
Cum Ioue communes qui quondã habuere nepotes.
Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
Inuenit, & diuum terret formidine ciues.
Nunc alia ex alijs, nec desunt, omnia quærit.
Quinetiam castos ausa est corrumpere uates,
Et cùm cæsa pio occidisset uictima ferro,
Essent qui generum Minoa autoribus extis

Iungere, & ancipites suaderent tollere pugnas.

At nutrix patula componens sulfura testa,
Narcissum Casiamq; herbas incendit olentes,
Terq; nouena ligat triplici diuersa colore
Fila, ter in gremium mecum inquit despue uirgo,
Despue ter uirgo, numero Deus impare gaudet.
*Hinc magno generata Ioui frigidula sacra,
Sacra nec Idæis senibus, nec cognita Graijs.
Pergit Amycleo spargens altaria thallo,
Regis Iolchiacis animum defigere uotis.
Verùm ubi nulla mouet stabilem fallacia Nisum,
Nec possunt homines, nec possunt flectere Diui,
Tanta est in paruo fiducia crine cauendi,
Rursus ad inceptum sociam se adiungit alumnæ,
Purpureumq; parat rursus tondere capillum.
Cum longo quòd iam captat succurrere amori.
Non minus illa tamen reuehi quòd mœnia crescant
Gaudeat, & cineri patriæ est iucunda sepulchro
Ergo metu capiti Scylla est inimica paterno.
Tum coma Sidonio florens succiditur ostro.
Tũ capitur Megara, & Diuũ responsa probãtur
Tum suspensa nouo ritu de nauibus altis,
Per mare cœruleum trahitur Niseia uirgo.
Complures illam Nymphæ mirantur in undis,
Miratur pater Oceanus, & candida Tethys,
Et cupidas secum rapiens Galathea sorores,

*alias sic, Inde Ioue geminat magno frigidula sacra.

Illa etiam iunctis magnum quæ piſcibus æquor
Et glauco bipedum curru metitur equorum,
Leucothoë, pariuſq; Dea cum matre Palæmon.
Illi etiam alternas ſortiti uiuere luces.
Chara Iouis ſoboles, magnum Iouis incrementum
Tyndaridæ niueos mirantur uirginis artus.
Has adeò uoces, atq; hæc lamenta per auras
Fluctibus in medijs queſtu uoluebat inani
Ad cœlum infelix ardentia lumina tollens,
Lumina, nam teneras arcebant uincula palmas,
Supprimite, ò paulum turbata ò flamina uenti,
Dum queror, & Diuos, quanquàm nil teſtibus illis
Proſeci, extrema moriens tamen alloquor hora.
Vos ego, uos adeo uenti teſtabor, & auræ,
Vos Numantina ſiqui de gente uenitis,
Cernitis, illa ego ſum cognato ſanguine uobis
Scylla, quòd ah ſalua liceat tibi dicere Progne,
Illa ego ſum Niſi pollentis filia quondam,
Certatim ex omni petijt quam Græcia regno,
Quâ curuus terras amplectitur Helleſpontus.
Illa ego ſum Minos ſacrato fœdere coniux
Dicta tibi, tamen hæc, & ſi non accipis, audis.
Vincta ne tam magni tranabo gurgitis undas?
Vincta tot aſſiduas pendebo ex ordine luces?
Non equidem me alio poſſum contendere dignam
Supplicio, quòd ſic patriam, charos q; penates

Hoſtibus, immitiq; addixi ignara tyranno.
Verùm eſt hoc Minos, illos ſcelerata putaui,
Si noſtra antè aliquis nudaſſet fœdera caſus,
Facturos, quorum direptis mœnibus urbis,
O ego crudelis flamma delubra petiui.
Te uerò uictore prius uel ſydera curſus
Mutatura ſuos, quàm te mihi talia captæ
Facturum metui, iam iam ſcelus omnia uincit.
Ten' ego plus patrio dilexi perdita regno?
Ten' ego? nec mirum, uultu decepta puella,
Vt uidi, ut perij, ut me malus abſtulit error.
Non equidem ex iſto ſperaui corpore poſſe
Tale malum naſci forma, uel ſydere fallor.
Non me delicijs commouit regia diues.
Coralio fragili, & lachrymoſo mouit electro,
Me non florentes æquali corpore nymphæ.
Non metus incenſam potuit retinere Deorum.
Omnia uincit amor, quid enim non uinceret ille?
Non mihi iam pingui ſudabunt tempora myrrha,
Pronuba nec caſtos accendet pinus honores* *odores.
Nec Libys Aſſyrio ſternetur lectulus oſtro.
Magna queror, nec et illa quidem cõmunis alumna
Omnibus iecta tellus tumulabit harena.
Me né inter comites* ancillarumq; cateruas, *matres.
Mé ne alias inter famularum munere fungi,
Coniugis atq; tuæ (quæcunq; erit illa) beatæ?

Non licuit grauidos penſo deuoluere fuſos?
At belli ſaltem captiuam lege neceſſes.
Iam feſſæ tandem fugiunt de corpore uires,
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit,
Marmorea adductis labaſcunt brachia nodis.
Aequoreæ peſtes* immania corpora ponti
Vndiq; conueniunt, & glauco in gurgite circùm
Verbera caudarum, atq; oris minitantur hiatu.
Iam tandem caſus hominum, iam reſpice Minos
Sit ſatis hoc: tantum ſolam uidiſſe malorum,
Vel fato fuerit nobis hæc debita peſtis,
Vel caſu incepto, merita uel denique culpa.
Omnia nam potius, quàm te læſiſſe, putabo.
Labitur interea reuoluta ab littore claſſis,
Magna repentino ſinuantur lintea Coro.
Flectitur in uiridi remus ſale, languida feſſæ
Virginis in curſu moritur querimonia longo.
Deſerit angustis incluſum faucibus Iſthmon
Cypſelide magni florentia regna Corinthi,
Præterit abruptas Scyronis protinus arces,
Infeſtumq; ſuis diræ teſtudinis exit
Spelæum, multoq; cruentas hoſpite cautes.
Iamq; adeo tutum longè Piræea cernit,
Et notas ſecum, heu fruſtrà, reſpectat Athenas.
Iam procul è fluctu Minoïa reſpicit arua,
Florentesq; uidet iã Cycladas, hinc Strophadasq;.

*æquorei pisces.

Hinc ſinus, hinc ſtatio, contrà patet Hermonia,
Linquitur antè alias longè gratiſſima Delos
Nereidum matri, & Neptunio Aegeo.
Proſpicit incinctam ſpumanti littore Cythnon,
Marmoreãq; Paron, uiridemq; allapſa Donyſam,
Aegnamq; ſimul, ſementiferamq; Seriphum
Fertur, & incertis iactatur ad omnia uentis.
Cymba uelut magnas ſequitur cùm parua claſſes
Aſer, & hyberno bacchatur in æquore turbo.
Donec tale decus formæ uexauit, & ægros
Non tulit, & miſeros mutauit uirginis artus,
Cæruleo pollens coniux Neptunia regno.
Sed tamen externam ſquamis ueſtire puellam,
Infidosq; inter teneram committere piſces
Non ſtatuit, nimium eſt auidum pecus Amphitrites
Aërijs potius ſublimem ſuſtulit alis,
Eſſet ut in terris facti de nomine Ciris,
Ciris Amyclæo formoſior anſere Lædæ.
Hic uelut in mueo, tener eſt cùm primitus, ouo
Effigies animantis, & internodia membris
Imperfecta nouo fluitant concreta calore*
Sic liquido Scyllæ circumfuſum æquore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndiq; mutabant, atq; undiq; mutabantur.
Oris honos primùm & multis optata labella,
Et patulæ frontis ſpecies concreſcere in unum

*colore.

Cœpere, & gracili mentum producere rostro.
Tum, quà se medium capitis discrimen agebat,
Ecce repentè uelut patrios imitatus honores
Punicam. Purpuream concussit apex in uertice cristam,
At mollis uarios intexens pluma colores,
Marmoreum uolucri uestuit tegmine corpus
Lentaq; perpetuas fuderunt brachia pennas.
Inde alias partes, minioq; infecta rubenti
Crura, nouamq; aciem obduxit squallida pellis,
Et pedibus teneris ungues confixit acutos.
Et tamen hoc demum miseræ succurrere pacto
Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
Nunquàm illam posthac oculi uidere suorum
Purpureas flauo retinentem uertice uittas,
Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo,
Nullæ illam sedes, quid enim iam sedibus illis?
Quæ simul ut sese cano de gurgite uelox
Cùm sonitu ad cœlum stridentibus extulit alis,
Et multum latè dispersit in æquore rorem,
Infelix uirgo nequicquam morte recepta
Incultum solis in rupibus exigit æuum,
Rupibus, & scopulis, & littoribus desertis.
Nec tamen hoc iterum pœna sine, uanq; Deûm rex
Omnia qui imperio terrarum millia uersat,
Commotus talem ad superos uolitare puellam,
Cùm pater extinctus cæca sub nocte lateret,

Illi

Illi pro pietate sua, nam sæpe tepenti
Sanguine taurorum supplex respersérat auras,
Sæpe Deùm largo decorarat munere sedes,
Reddidit optatam mutato corpore uitam.
Fecit & in terris Haliætus ales ut esset.
Quippe aquilo semper gaudet Deus ille coruscus.
Huic uerò miseræ quoniam damnata Deorum
Iudicio, natiq;, & coniugis antè fuisset,
Infesti apposuit q; odium crudele parentis.
Nanq; ut in ætherio signorum munere præstans
Vnum quem duplici stellarum sydere uidi,
Scorpius, alternis clarum fugiant Oriona,
Sic inter sese tristes Haliætus iras,
Et Ciris memori seruant ad secula fato,
Quacunq; illa leuem fugiens secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus, qua se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.

P. VERGILII MARONIS MORETVM.

IAm nox hybernas bis quinq; peregerat horas,
Excubitorq; diem cantu prædixerat ales,
Similus exigui cultor cùm rusticus horti,
Tristia uenturæ metuens ieiunia lucis,
Membra leuat sensim uili demissa grabato,

Sollici-

Sollicitaq; manu tenebras explorat inertes,
Vestigatq; focum, læsus quem denique sensit,
Paruulus exusto remanebat stipite fumus,
Et cinis obductæ celabat lumina prunæ,
Admouet his pronam summissa fronte lucernam,
Et producit acu stuppas humore carenteis,
Excitat & crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebræ fulgore recedunt,
Oppositaq; manu lumen defendit ab aura,
Et referat clausa, quæ præuidet hostia clauis.
Fusus erat terra frumenti pauper aceruus,
Hinc sibi depromit, quantum mensura petebat,
Quæ bis in octonas excurrit pondere libras,
Inde abit, astititq; molæ, paruaq; tabella,
Quam fixam paries illos seruabat in usus,
Lumina fida locat, geminos tunc uestit lacertos
Liberat, & cinctus uillosæ tegmine capræ
Peruerrit cauda silices, gremiumq; molarum.
Admouet inde manus operi, partitus utranq;
Læua ministerio, dextra est intenta labori.
Hæc rotat astiduis gyris, & concitat orbem.
Trita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu.
Interdum fessæ succedit læua sorori.
Alternatq; uices, modò rustica carmina cantat.
Agrestiq; suum solatur uoce laborem.
Interea clamat Cybele (hæc erat unica custos,

Afra

Afra genus, tota patriam testante figura,
Torta comam, labroq; tumens, & fusca colore,
Pectora lata iacens mammis, compressior aluo,
Cruribus exilis, spacioſa prodiga planta,
Continuis rimis calcanea scissa rigebant,
Hanc uocat, atq; arsura focis imponere ligna
Imperat, & flamma gelidos adolere liquores.
Postquam impleuit opus iustum uersatile finem,
Transfert inde manu fusas in cribra farinas,
Et quatit, ac remanent summo purgamina dorso,
Subsidit syncera, foraminibusq; liquatur
Emundata Ceres, leui tum protinus illam
Componit tabula, tepidas superingerit undas,
Contrahit admistos tum fontes, atq; farinas.
Transuersat durata manu, liquidoq; coacto
Interdum grumos spargit sale, iamq; subactum
Format opus, palmisq; suum dilatat in orbem,
Et notat impressis æquo discrimine quadris.
Infert inde foco (Cybele mundauerat aptum
Antè locum) testisq; tegens, superaggerat ignes.
Dumq; suas peragit Vulcanus Vestaq; * partes,

* testa

Simulus interea uacua non cessat in hora,
Verùm aliam sibi quærit opem, neu sola palato
Sit non grata Ceres, quas iungat, comparat escas.
Non illi suspensa focum carnaria iuxta
Durati sale terga suis, truncisq; uacabant.

Traies

Traiectus medium sparto sed caseus orbem,
Et uetus adstricti fascis pendebat anethi.
Ergo aliam molitur opem sibi prouidus heros.
Hortus erat iunctus casulæ, quem uimina pauca,
Et calamo redimita leui munibat arundo,
Exiguus spatio, uarijs sed fertilis herbis.
Non illi decerat quod pauperis exigit usus.
Interdum locuples à paupere plura petebat,
Nec sumptus erat illud opus, sed regula curæ.
Si quando uacuum casula pluuiæue tenebant,
Festaue lux, si fortè labor cessabat aratri,
Horti opus illud erat, uarias disponere plantas
Norat, & occultæ committere semina terræ.
Vicinosq; aptè cura summittere riuos.
Hîc olus, hîc latè fundentes brachia betæ,
Fœcundumq; rumex, maluæq; inulæq; uirebant.
Hîc cicer, & capiti nomen debentia cæpe,
Hîc etiam nocuum capiti, gelidumq; papauer,
Gratæq; nobilium requies lactuca ciborum,
Et grauis in latum demissa cucurbita uentrem.
Verùm hîc non domini (quis enim cõtractior illo)
Sed populi prouentus erat, notisq; diebus *certis.
Venaleis olerum fasces portabat in urbem,
Inde domum ceruice leuis, grauis ære redibat.
Vix unquam urbani comitatus mercemacelli.
Copa rubens, sectiq; famem domat area porri,

Quæq; trahunt acri uultus nasturtia morsu,
Intybaq;, & Venerem reuocans eruca morantem.
Tum quoq; tale aliquid meditans intrauerat hor-
Ac primùm leuiter digitis tellure refossa, (tum.
Quattuor educit cum spissis allia fibris.
Inde comas Apij gracileis, rutamq; uirentem* *rigentem.
Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.
Hæc ubi collegit, lætum consedit ad ignem,
Et clara famulam poscit mortaria uoce.
Singula tum capitum numerosa cortice nudat,
Et summis spoliat corijs, contemptaq; passim
Spargit humi, atq; adicit seruatum gramine bulbũ
Tingit aquam, lapidisq; cauum demittit in orbem.
Hinc salis inspergit q; micas, sale durus adeso
Caseus adijcitur, dictas superingerit herbas,
Et læua uestem setosa sub inguina fulcit.
Dextra pistillo primùm fragrantia mollit
Allia, tum pariter misto terit omnia succo.
It manus in gyrum, paulatim singula uires
Deperdunt proprias, color est è pluribus unus.
Nec totus uiridis quia lactea frustra repugnant,
Nec de lacte nitens, quia tot uariatur ab herbis.
Sæpe uiri nares acer iaculatur apertas
Spiritus, & simo damnat sua prandia uultu.
Sæpe manu summa lachrymantia lumina tergit,
Immeritoq; furens dicit conuitia fumo.

Procedebat opus, non iam salebrosius ut antè,
Sed grauior lentus ibat pistillus in orbes.
Ergò Palladij guttas instillat Oliui,
Exiguúq; super uires infundit aceti,
Atq; iterum commiscet opus, mistumq; retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit, inq; globum distantia contrahit unum:
Constet ut effecti species, nomenq; Moreti.
Eruit interea Cybele quoq; sedula panem,
Quem lotis recipit manibus, pulsoq; timore
Hinc famis, inq; diem securus Simulus illam,
Ambit crura ocreis paribus, tectusq; galero
Sub iuga parenteis cogit lorata iuuencos,
Atq; agit in segetes, & terræ condit aratrum.

COPA.

COpa Syrisca caput Graia redimita mitella
Crispum sub crotalo docta mouere latus,
Ebria famosa saltat lasciua taberna,
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat æstiuo defessum puluere abesse,
Quàm potius bibulo decubuisse thoro?
Sunt cuppæ, calices, cyathi, rosa, tibia, chordæ,
Triclinia umbrosis frigida arundinibus.
Est & Mænalio quæ garrit dulce sub antro,
Rustica pastoris fistula more sonans.

Est &

Est & uappa cado nuper diffusa picato,
Est strepidens rauco murmure riuus aquæ.
Sunt etiam croceo uiolæ de flore corollæ,
Sertaq; purpurea lutea mista rosa,
Et quæ uirgineo libata Achelois ab amne
Lilia uimineis attulit in calathis.
Sunt & cascoli, quos iuncea fiscina siccat,
Sunt autumnali cerea pruna die,
Castaneæq; nuces, & suaue rubentia mala.
Est hîc munda Ceres, est amor, est Bromius:
Sunt & mora cruenta, & lentis uua racemis,
Est pendens iunco cæruleus cucumis,
Est tuguri custos armatus falce saligna,
Sed non & uasto est inguine terribilis.
Hûc Alibida ueni, fessus iam sudat asellus,
Parce illi, uestrum delitium est asinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadæ,
Nunc uere in gelida sede lacerta sedet.
Si sapis æstiuo recubans nunc proluc uitro,
Seu uis crystallo ferre nouos calices.
Eia agè pampinea fessus requiesce sub umbra,
Et grauidum roseo necte caput strophio,
Candida formosæ decerpens ora puellæ,
Ah pereat cui sunt prisca* supercilia. *crispa.
Quid cineri ingrato seruas bene olentia serta?
An nè coronato uis lapide ista tegi?

Pone merum, & talos, pereat qui crastina curat.
Mors aurem uellens, uiuite ait, uenio.

DIVERSORVM VETERVM POETARVM in Priapum lusus.

Elephantidos libelli.

AD LECTOREM.

CArminis incompti lusus lecture procaces
Conueniens Latio pone supercilium.
Non soror hoc habitat Phœbi, non Vesta sacello,
Nec quæ de patrio uertice nata Dea est.
Sed ruber hortorum custos membrosior æquo,
Qui tectum nullis uestibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegendæ,
Aut quibus hanc oculis aspicis, ista lege.

AD PRIAPVM.

LVdens hæc ego teste te Priape
Horto carmina digna, non libello
Scripsi, non nimium laboriose.
Nec Musas tamen, ut solent Poëtæ,
Ad non uirgineum locum uocaui.
Nam sensus mihi, corq; defuisset,
Castas Pieridum chorum sorores
Ausus ducere mentulam ad Priapi.
Ergo quicquid id est, quod ociosus

Templi parietibus tui notaui,
In partem accipias bonam, rogamus.

PRIAPVS.

Obscurè poteram tibi dicere, da mihi, quod tu
Des licet assiduè, nil tamen inde perit.
Da mihi quod cupies frustra dare forsitan olim,
Dum tenet obsessas inuida barba genas.
Quodq; Ioui dederat, qui raptus ab alite sacra,
Miscet amatori pocula grata suo.
Quod uirgo prima cupido dat nocte marito,
Dum timet alterius uulnus inepta loci.
Simplicius multò est, da pædicare, Latino
Dicere, quid faciam? crassa Minerua mea est.

AD PRIAPVM.

Obscœnas rigido Deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage, rogatq; tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

DE PRIAPO.

Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
Versibus hinc infra scripta duobus erit.
Quod meus hortus habet, sumas impune licebit,
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

PRIAPVS.

Quòd sim ligneus, ut uides, Priapus,
Et salix lignea, ligneusq; penis,

Prendam te tamen, & tenebo prensam,
Totamq; hanc sine fraude, quantacunq; est,
Tormento, citharaq; tensiorem,
Ad costam tibi septimam recondam.

PRIAPVS.

Cùm loquor una mihi peccatur littera, nam T,
P, dico semper, blæsaq; lingua mea est.

AD MATRONAS.

Matronæ procul hinc abite castæ,
Turpe est uos legere impudica uerba.
Non assis faciunt, eunt q; recta.
Nimirum sapiunt, uidentq; magnam
Matronæ quoq; mentulam libenter.

PRIAPVS.

Cur obscœna mihi pars sit sine ueste requiris,
Quæro tegat nullus cur sua signa Deus?
Fulmen habet mundi dominus, tenet illud apertè,
Nec datur æquoreo fuscina tecta Deo,
Nec Mauors illum, per quem ualet, occulit ensem,
Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phœbum portare sagittas?
Clam uel solet pharetram ferre Diana suam?
Nunc tegit Alcides nodosæ robora clauæ?
Sub tunica uirgam num Deus ales habet?
Quis Bacchum gracili uestem prætẽdere Thyrso?
Quis te celata cum face uidit Amor?
Nec mihi sit crimẽ, quòd mentula semper aperta est

Hoc mihi si telum desit, inermis ero.

AD PVELLAM.

Iusissima quid puella rides?
Non me Praxiteles, Scopasue fecit,
Nec sum Phidiaca manu politus:
Sed lignum rude uillicus dolauit,
Et dixit mihi, tu Priapus esto.
Spectas me tamen, & subinde rides.
Nimirum tibi salsa res uidetur
Adstans inguinibus columna nostris.

PRIAPVS.

Ne prensère caue, prenso nec fuste nocebo,
Sæua nec incurua uulnera falce dabo.
Traiectus conto sic extendère pedali,
Vt culum rugas non habuisse putes.

PRIAPVS.

Quædam sæuior Hectoris parente,
Cumeæ soror, ut puto, Sibyllæ
Aequalis tibi, quam domum reuertens
Theseus repperit in rogo iacentem.
Infirmo solet huc gradu uenire,
Rugosasq; manus ad astra tollens,
Ne desit sibi, mentulam rogare.
Hesterna quoq; luce dum precatur,
Dentem de tribus eseruit unum.
Tolle inquam procul, ac iube latere,

Scissa sub tunica, stolaq; ruffa,
Vt semper solet, & timere lucem,
Qui tanto patet indecens hiatu,
Barbato macer eminente naso,
Vt credas Epicuron oscitari.

PRIAPVS.

Pædicêre puer moneo, futuêre puella,
Barbatum furem tertia pœna manet.

PRIAPVS.

Huchuc quisquis es in dei salacis
Diuerti graue ne puta sacellum.
Et si nocte fuit puella tecum,
Hac re quod metuas adire non est.
Istuc cœlitibus datur seueris.
Nos uappæ sumus, & pusilla culti
Ruris nomina, nos pudore pulso
Stamus sub Ioue coleis apertis.
Ergo cuilibet huc licebit intret
Nigra fornicis oblitus faulla.

PRIAPVS.

Commisso mihi non satis modestas
Quicunq; attulerit manus agello,
Is me sentiet esse non spadonem.
Hic inter frutices loco remoto,
Dicat forsitan hæc sibi ipse, nemo
Præcisum sciet esse me, sed errat,

Magnis

Magnis testibus ista res agetur.

AD PRIAPVM.

Qualibus Hippomanes rapuit Schœneida pomis,
Qualis Hesperidum nobilis hortus erat,
Qualia credibile est spaciantem rura paterno
Nausicaam pleno sæpe tulisse sinu,
Quale fuit malum, quod littora pinxit Aconti,
Qua lecta cupido pacta puella uiro est,
Taliacunq; puer dominus florentis agelli
Imposuit mensæ nude Priape tuæ.

PRIAPVS.

Quid mecum tibi circitor molestę?
Ad me quid prohibes uenire furem?
Accedat sine, laxior redibit.

PRIAPVS.

Commoditas hæc est in nostro maxima pene,
Laxa quòd esse mihi fœmina nulla potest.

AD PRIAPVM.

Hîc quando Theletusa circulatrix,
Quæ clunem tunica tegente nulla
Extis aptius, altiusq; motat,
Crissabit tibi fluctuante lumbo.
Sic ut non modò te Priape posset,
Priuiguum quoq; sed mouere Phedræ.

PRIAPVS.

Fulmina sub Ioue sunt, Neptuni fuscina telum,

Enſe potens Mars eſt, haſta Minerua tua eſt,
Subtilibus Liber committit prælia Thyrſis,
Fertur Apollinea miſſa ſagitta manu,
Herculis armata eſt inuicta dextera claua,
At me terribilem mentula tenta facit.

AD PRIAPVM.

Copia me perdit, tu ſuffragare rogatus,
Indicio nec me prode Priape tuo.
Hæc quæcunq; tibi poſui uernacula poma.
De ſacra nulli dixeris eſſe uia.

PRIAPVS.

Fœmina ſi furtum faciet mihi, uirq;, puerq;,
Hæc cunnum, caput hic præbeat, ille nates.

PRIAPVS.

Quicunq; hîc uiolam ue carpet,
Furtiuum ue holus, aut incmpta poma,
Deſœti, pueriq;, fœminæq;,
Hac tentigine, quam uidetis in me,
Rumpatur precor uſq;, mentulaq;
Nequicquam ſibi pulſet umbilicum.

PRIAPVS.

Hîc me cuſtodem fœcundi uillicus horti
Mandati curam iuſſit habere loci.
Fur abeas, pœnam licet indignere, feramq;
Propter holus dicas, hanc ego propter holus.

PRIAPVS.

Hoc ſceptrum quod ab arbore eſt reciſum,
Nulla iam poterit uirere fronde.
Sceptrum quod Pathicæ petunt puellæ,
Quod quidam cupiunt tenere reges,
Cui dant oſcula nobiles Cinædi,
Intra uiſcera furis ibit uſq;
Ad pubem, capulumq; coleorum.

PRIAPVS.

Porrò (nam quis erit modus Quirites?)
Aut præcidite ſeminale membrum,
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinæ ſine fine prurientes,
Vernis paſſeribus ſalaciores,
Aut rumpar, nec habebitis Priapum.
Ipſi cernitis exſututus ut ſim,
Confectusq;, macerq;, pallidusq;,
Qui quondam ruber & ualens ſolebam
Fures cædere, quamlibet ualentes.
Defecit latus, & periculoſam
Cum tuſſi miſer expuo ſaluam.

AD PRIAPVM.

Delitiæ populi magno notiſſima circo
Quintia, uibratas docta mouere nates,
Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
Ponit, & adducta tympana pulſa manu.
Pro quibus, ut ſemper placeat ſpectantibus, orat

Tantaq; ad exemplum sit sua turba Dei.

PRIAPVS.

Tu qui non bene cogitas, & ægrè
Carpendo tibi temperas ab horto,
Pædicabere fuscina pedali.
Quòd si tam grauis, & molesta pœna
Non profecerit, altiora tangam.

AD PRIAPVM.

Obscœnis peream Priape, si non
Vti me pudet, improbisq; uerbis,
Sed cùm tu posito Deus pudore,
Ostendas mihi coleos patenteis,
Cum cunno mihi mentula est uocanda.

AD PRIAPVM.

Falce minax, & parte tui maiore Priape
Ad fontem quæso, dic mihi quà sit iter.

PRIAPVS.

Vade per has uites, quarum si carpseris uuas,
Quas aliter sumas, hospes habebis aquas.

PRIAPVS.

Donec proterua nihil mihi manu carpes,
Licebit ipsa sis pudicior Vesta.
Sin, hæc mei te uentris arma laxabunt,
Exire ut ipsa de tuo queas culo.

PRIAPVS.

Vuis aridior puella pasis,

Buxo pallidior, nouaq; cæra,
Collatas sibi quæ suisq; membris
Formicas facit altiles uideri,
Cuius uiscera non aperta Thuscus
Per pellem poterit uideri aruspex,
Quæ succo caret, ut putrisq; pumex,
Nemo uiderit hanc, ut expuentem,
Quam pro sanguine pluuerem, scobemq;
In uenis medici putant habere,
Ad me nocte solet uenire, & affert
Pallorem, maciemq; larualem,
Ductor ferreus insularis æquè
Laternæ uideor fricare cornu.

PRIAPVS.

Naiades antiqui, Dryadesq; habuere Priapi,
Et quo tenta Dei uena subiret, erat.
Nunc adeo nihil est, adeo mihi plana libido,
Vt Nymphas omneis interisse putem.
Turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar,
Falce manu posita, fiet amica manus.

AD PRIAPVM.

Cùm sacrum fieret Deo salaci,
Conducta es pretio puella paruo,
Communis satis omnibus futura.
Quæ quot nocte uiros peregit una,
Tot uerpas tibi dedicat saligna.

PRIAPVS.

Notas habemus quisq; corporis formas,
Phœbus comosus, Hercules lacertosus,
Trahitq; Bacchus uirginis tener formam,
Minerua flauo lumine est, Venus peto,
At fronte crinita Arcades uides Faunos,
Habet decenteis nuntius Deûm plantas,
Tutela Lemni dispares mouet gressus,
Intonsa semper Aesculapio barba est,
Nemo est feroci pectorosior Marte,
Quòd si quis inter hæc locus mihi restat,
Deus Priapo mentulatior non est.

VOTI SOLVTIO.

Cur pictum memori sit in tabella,
Membrum quæritis, unde procreamur,
Cùm penis mihi fortè læsus esset,
Chirurgiq; manum miser timerem,
Dijs me legitimus, nimisq; magnis,
Vt Phœbo puta, filioq; Phœbi,
Curatum dare mentulam uerebar.
Hinc dixi, fer opem Priape parti,
Cuius tu pater, ipse par uideris,
Qua salua sine sectione facta
Ponetur tibi picta, quam leuaris,
Parq;, consimilisq;, concolorq;
Promusit fore, mentulamq; monit

Pro nutu Deus, & uota fecit.

PRIAPVS.

Simpliciter tibi me quodcunq; est, dicere oportet,
Natura est quoniam semper aperta mihi.
Pædicare uolo, tu uis decerpere poma.
Quod peto si dederis, quod petis accipies.

PRIAPVS.

Forma Mercurius potest placere,
Forma conspiciendus est Apollo,
Formosus quoq; pingitur Lyæus,
Formosissimus omnium est Cupido,
Me pulchra fateor carere forma,
Verùm mentula luculenta nostra est,
Hanc maulit sibi quàm Deos priores
Si qua est non fatui puella cunni.

AD PRIAPVM.

Nota suburranas inter Theletusa puellas,
Quæ puto de quæstu libera facta suo est,
Cingit in aurata penem tibi sancte corona,
Hunc Pathicæ summi numinis instar habent.

PRIAPVS.

Quisquis uenerit huc, poëta fiat,
Et uersus mihi dedicet iocosos.
Qui non fecerit, inter eruditos
Ficosissimus ambulet poëtas.

AD PRIAPVM.

Lætus Aristogaras natis bene uillicus uuis
De cæra facta dat tibi poma Deus.
At tu sacrati contentus imagine pomi.
Fac ueros fructus ille Priape ferat.

PRIAPVS.

Nolite omnia quæ loquor, putare
Per lusum mihi, per iocumq; dici.
Deprensos quoq; ter, quaterq; fures
Omnes, ne dubitetis, irrumabo.

PRIAPVS.

Velle quid hanc dicas, quamuis sim ligneus hastã,
Oscula dat medio si qua puella mihi,
Augure non opus est, in me mihi credite, dixi
Vtetur ueris usibus hasta rudis.

PRIAPVS.

Cum quædam rigidus Deus uideret
Feruenti caput ustulare ferro,
Vt Mauræ similis foret puella,
Heus, inquit, tibi dicimus Cinæde
Vras te licet, usq; torquearis,
Num tamen prior es puella quæso,
Quàm sunt, mentula quos habet, capilli?

PRIAPVS.

O Non candidior puella Mauro,
morbasior O sed mollior omnibus Cinædis,
Pygmæo breuior gruem timenti,

Vrsis asperior, pilosiorq;,
Medis laxior, Indicisq; bracchis,
Manes hîc licet, ut libenter ires.
Nam quamuis uidear satis paratus,
Erucarum opus est decem maniplis,
Fossas inguinis ut teram, dolemq;
Cunni uermiculos scaturientes.

PRIAPVS.

Quicunq; uestrum, qui uenitis ad cœnam,
Libare nullos sustinet mihi uersus,
Illius uxor, aut amica, riualem
Lasciuiendo languidum precor reddat,
Et ipse longa nocte dormiat solus,
Libidinosis incitatus crucis.

PRIAPVS.

Quòd partem madidam mei uidetis,
Per quam significor Priapus esse,
Non ros est, mihi crede, nec pruina,
Sed quod sponte sua solet remitti,
Cùm mens est Pathicæ memor puellæ.

PRIAPVS.

Tu quicunq; uides circa tentoria nostra
Non nimium casti carmina plena ioci,
Versibus obscœnis offendi desine, non est
Mentula subducti nostra supercilij.

AD PRIAPVM.

Quædam, si placet hoc tibi Priape.
Ficosissima me puella ludit,
Et non dat mihi, nec negat daturam,
Causas q; inuenit usq; differendi.
Quæ si contigerit fruenda nobis,
Totam comparibus Priape nostris
Cingemus tibi mentulam coronis.

PRIAPVS.

Quid hoc negotij est? qua ue suspicer causa
Venire in hortum plurimos meum fures?
Cùm quisquis in nos incidit, luat pœnas,
Et usq; curuos excauetur ad lumbos.
Non ficus hîc est præferenda uicinæ,
Vuæ q;, quales flaua non legit Crete,
Non mala truncis asserenda Picenis,
Pyrum ue tanto quod periculo captes,
Magis q; cera luteum noua prunum,
Sorbum ue uentres lubricos moraturum.
Præpingues rami nec mei ferunt morum,
Nucem ue longam, quæ uocatur alua,*
Amygdalum ue flore purpureo fulgens:
Non braßicæ fero guloßiòr caules,
Betas ue, quantas hortis educat nullus,
Crescens ue, semper in suum caput porrum.
Nec seminosas ad cucurbitas quenquam,
Ad ocymum ue, cucumerem ue humi fusos,

*quam uocant auellanam.

Venire crede, sessiles ue lactucas,
Nec ut salaces nocte tollat erucas,
Mentam q; olentem, cum salubribus rutis,
Acres q; cæpas, allium q; furatum.
Quæ cuncta quamuis nostro habemus in septo,
Non pauciora proximi ferunt horti,
Quibus relictis in mihi laboratum
Locum uenitis improbissimi fures.
Nimirum apertam conuolatis ad pœnam,
Et uos hoc ipsum, quod minamur, inuitat.

PRAPVS.

Heus tu, non bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horto,
Iam primùm stator hic libidinosus
Alternis & eundo, & redeundo,
Porta te faciet patentiorem.
Accedunt duo, qui latus tuentur,
Pulchrè pensilibus peculiati.
Qui cùm te malè foderint iacentem,
Ad partem ueniet salax asellus,
Nihil est deterius Mutoniatis.
Quare si sapiet, malum cauebit,
Cùm tantum sciat esse mentularum.

AD PRIAPVM.

Contentus modico Bacchus solet esse racemo,
Cùm capiant alti uix sua musta lacus.

Magnaq; fœcundis cum meßibus area deſit,
In Cereris crines, una corona datur.
Tu quoq; Diue minor maiorum exempla ſecutus.
Quamuis pauca damus, conſule poma boni.

PRIAPVS.

E, D, ſi ſcribas, temonemq; inſuper addas,
Qui medium T, uult ſcindere, pictus erit.

PRIAPVS.

Credere quis poſſet, falcem quoq; turpe fateri
De digitis fures ſurripuiſſe meis?
Nec mouet amiſſi tam me iactura, pudorq;,
Quàm præbent iuſtos altera tela metus.
Quæ ſi perdidero, patria multabor, & olim
Ille tuus ciuis Lampſace, Gallus ero.

PRIAPVS.

Derides quoq; fur, & impudicum
Oſtendis digitum mihi minanti.
Heu heu me miſerum quid iſta lignum eſt?
Quæ me terribilem facit uideri.
Mandabo domino tamen ſalaci,
Vt pro me uelit irrumare fures.

PRIAPVS.

Cornix, & caries, uetuſq; buſtum,
Turbæ & putrida facta ſacculorum,
Quæ forſan potuiſſet eſſe nutrix
Tithoni, Priamiq;, Neſtoriſq;

ſeculorũ.

Illis ni pueris annus fuiſſet,
Ne deſit ſibi me rogat fututor.
Quid ſi nunc roget, ut puella fiat?
Si nummos tamen hæc habet, puella eſt.

PRIAPVS.

Quicunq; fur fefellerit fidem noſtram,
Effœminato emineat procul culo.
Quæq; hæc proteruo carpſerit manu poma
Puella, nullum inueniat fututorem.
Prædictum tibi ne negare poßis.
Si fur ueneris, impudicus ibis.

AD PRIAPVM.

Si quot habes uerſus, tot haberes poma Priape.
Eſſes antiquo ditior Achinoo.

MALVS.

Quid fruſtra quereris colone mecum,
Quòd quondam bene fructuoſa malus,
Autumnis ſterilis duobus adſtem?
Non me prægrauat, ut putas, ſenectus,
Nec ſum grandine uerberata dura.
Nec gemmas modo germine exeunteis
Seri frigoris uſtulauit aura,
Nec uenti, pluuiæ ue, ſiccitas ue,
Quod de ſe quererer, malum dederunt,
Non ſturnus mihi, graculus ue raptor,
Aut cornix anus, aut aquoſus anſer.

Aut coruus nocuit fiticulosus.
Sed quod carmina pessimi poëtæ
Ramis sustineo laboriosis.

PRIAPVS.

Securi dormite canes, custodiat hortum
Cum sibi dilecta Sirius Erigone.

PRIAPVS.

Parum est miser fixi quòd hic mihi sedem
Agente terra per caniculam rimas,
Siticulosam sustinens diu æstatem.
Parum quòd imi perfluunt sinus hymbres,
Et in capillos grandines cadunt nostros,
Rigetq; dura barba iuncta crystallo,
Parum quod acta sub laboribus luce,
Parem diebus priuigil traho noctem.
Hûc adde, quod me terribilem fuste
Manus sine arte rusticæ dolauerunt,
Interq; cunctos uilius Deos numen
Cucurbitarum ligneus uocor custos.
Accedit istis impudentiæ signum
Libidinoso tenta pyramis neruo.
Ad hanc puella (penè nomen adieci)
Solet uenire cum suo fututore,
Quæ tot figuris quot Philenis enarrat,
Non inuentis pruriginosa discedit.

PRIAPVS.

Quidam mollior anseris medulla
Furatum uenit huc amore pœnæ.
Furetur licet usq;, non uidebo.

AD PRIAPVM.

Hic tibi qui rostro crescentia lilia mersit.
Cædetur tepida uictima porcus hara.
Ne tamen exanimum* facias pecus omne Priape
Horti sit facias ianua clausa tui.

*extinctum

AD PRIAPO.

Tu quæ, ne uideas notam uirilem,
Hinc auerteris, ut decet pudicam,
Nimirum, nisi quod times uidere,
Intra uiscera habere concupiscis.

PRIAPVS.

Penelopes primam, Didonis prima sequatur,
Et primam Cani, syllaba prima Remi,
Quodq; fit ex illis, mihi tu deprensus in horto
Fur dabis, hac pœna culpa luenda tua est.

PRIAPVS.

Rusticus indoctò si quid dixisse uidebor,
Da ueniam, libros non lego poma lego.
Sed rudis hîc dominum toties audire legentem
Constituiq;, meras edidiciq; notas.
Psoleon ille uocat, quod nos psoloënta uocamus,
Id quod nos calum, culeon ille uocat.
Smerdaleon certè nisi res non munda uocatur,

Et pædiconum mentula merdalea est.

PRIAPVS.

Quid? nisi Tænario placuisset Troïca cunno
Mentula, quod caneret non habuisset opus.
Mentula Tantalidæ bene si non nota fuisset,
Nil senior Chryses quod quereretur erat.
Hæc eadem socium tenera spoliauit amica,
Quæq; erat Aeacidæ, maluit esse suam.
Illa Pelethroniam cecinit miserabile carmen
Ad citharam, cithara tentior ipsa sua.
Nobilis hinc nata nempe incipit Ilias ira,
Principium sacri carminis illa fuit.
Altera materia est error fallentis Vlyssei.
Si uerum quæras, hunc quoq; mouit amor.
Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit,
Quem cum moly uocat, mentula moly fuit.
Hinc legimus Circen, Atlantiademq; Calypso
Grandia Dulichij iussa tulisse uiri
Huius & Alcinoi mirata est filia membrum
Frondenti ramo uix potuisse tegi.
Ad uetulam tamẽ ille suam properabat, & omnis
Spes* erat in cunno Penelopea tuo.
Quæ sic casta manes, ut iam conuiuia uisas,
Vtq; fututorum sit tua plena domus.
E quibus ut scires quicunq; ualentior esset.
Hæc es ad arrectos uerba locuta procos:

* mens.

Nemo meum melius neruum tendebat Vlysse.
Siue illi laterum, seu fuit artis opus.
Qui quoniam perijt, modò uos intendite, qualem
Esse uirum sciero, uir sit ut ille meus.
Hac ego Penelope potui tibi lege placere,
Illo sed nondum tempore factus eram.

PRIAPVS.

Dum fici tibi suauitas subibit,
Et iam porrigere huc manum libebit,
Ad me respice fur, & æstimato
Quot pondo tibi mentula est cacanda:

PRIAPVS.

Si pauper mihi, si sit inquilinus,
Qui libum dederat, molaq; fusa,
Quare partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc subinde uenit
Nidorem puto prosecutus fumi,
Qui libamine mentulæ comesso,
Tota nocte mihi litat rigendo.
At uos amplius hoc loco cauete
Quicquam ponere, ne famelicorum
Ad me turba uelit canum uenire.
Ne, dum me colitis, meumq; numen,
Custodes habeatis irrumatos.

PRIAPVS.

Si commissa meæ carpes pomaria curæ,
Dulcia quid doleam perdere, doctus eris.

AD PRIAPVM.

Cura Priape diligens pomarium
Furi rubricato minare mutino.

PRIAPVS.

Quód mouear non est, quia si furaberis ipse
Grandia mala, tibi brachica mala dabo.

PRIAPVS.

Obliquis pathicæ quid me spectatis ocellis?
Non stat in inguinibus mentula tenta meis.
Quæ tamen exanimis nunc est, & inutile lignum
Vtilis hæc, aram si dederitis, erit.
Per medios ibit pueros, me diasq; puellas
Mentula barbatis non nisi summa petet.

DA PRIAPVM.

Dodona tibi Iuppiter sacrata est,
Iunoni Samos, & Mycena diues,
Vndæ Tenaros æquorisq; regi.
Pallas Cecropias tuetur arces.
Delphos Pythius orbis umbilicum.
Creten Delia, Cynthiosq; colles.
Faunus Menalon, Arcadumq; syluas.
Tutela Rhodos est beata Solis.
Gades Herculis, humidumq; Tybur.
Cyllene celeri Deo niuosa

Tardo

Tardo gratior æstuosa Lemnos.
Aetnæa Cererem nurus frequentant.
Raptam Cocytos ostreosa Diuam.
Formosam Venerem Gnidos, Paphosq;.
Mortales tibi Lampsacum dicarunt.

PRIAPVS.

Quòd sim iam senior, meumq; canis
Cum barba caput albicat capillis,
Deprensos ego perforare possum
Tithonum, Priamumq;, Nestoremq;.
Immanem stomachum mihi uidetis,
Qui densam facitis subinde sepem,
Et fures prohibetis huc adire,
Hoc est lædere, dum iuuatis, hoc est
Non admittere ad aucupem uolucres.
Obstructa est uia, nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.
Ergo qui prius usq;, & usq;, & usq;
Furum scindere podices solebam,
Per noctes aliquot, diesq; cesso.
Pœnas do quoq;, quod satis superq; est.
In semenq; abeo, salaxq; quondam
Non uitam perago. quis hoc putaret,
Vt lusu citharœdus abstineret?
At uos, ne peream situ senili,
Quæso desinite esse diligentes.

Nec us

Ne ue imponite fibulam Priapo.

PRIAPVS.

At Dij, Deæq; dentibus tuis escas
Negent amicas cunni linguæ uicinæ,
Per quem puella fortis antè, nec mendax,
Et quæ solebat impigro celer passu
Ad nos uenire, nunc misella Lamdace
præfossis. Vix posse iurat ambulare pro soccis

AD PRIAPVM.

Priape, quòd sis fascino grauis tento,
Quod exprobrauit hic tibi suo uersu
Poëta noster, erubescere hoc noli.
Non est poëta sarcinosior nostro.

PRIAPVS.

At non longa satis, non stat bene mentula crassa,
Et quam si tractes crescere posse putes.
Me miserum cupidas fallit mensura puellas,
Non habet hæc aliud mentula maius eo.
Vtilior Tydeus, qui, siquid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.
Sed potuit damno nobis nouitasq;, pudorq;
Esse, repellendus sæpius iste mihi.

AD PRIAPVM.

Dum uiuis, sperare decet, tu rustice custos
Huc ades, & neruis tente Priape fauc.

PRIAPVS.

Aerarij

Aerarij quondam custos, nunc cultor agelli
Hæc tibi perspectus templa Priape dico.
Pro quibus officijs si fas est, sancte paciscor,
Assiduus custos ruris ut esse uelis.
Improbus ut si quis nostrum uiolarit agellum,
Hunc tu, sed taceo, scis puto, quod sequitur.

Officies. Vide apud Bebelium lib. de culice Vergiliana.

QVERELA PRIAPI.

Quid hoc noui est? quid ira nunciat Deum?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cum iaceret abditus sinu,
Venus erat quieta, nec uiriliter
Iners senile penis extulit caput.
Placet Priape, qui sub arboris comis
Soles sacrum reuinctus pampino caput
Ruber sedere cum rubente fascino.
At ô Priape sæpe floribus nouis
Tuas sine arte deligauimus comas,
Abegimusq; uoce sæpe, cum tibi
Senexue coruus, impigerue gracculus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale nefande destitutor inguinum,
Vale Priape, debeo tibi nihil.
Iacebis inter arua squallidus situ.
Canis aut tibi sæuus usq; bene
Fricabit obliquum latus, lutosus
Scelestè penis, ô cui meum malum,

Licet

Licet querare, nec tibi tener puer
Patebit ullus, imminente qui toro
Iuuante uerset arte mobilem natem.
Puella nec iocosa te leui manu
Fouebit, apprimetúe lucidum femur.
Bidens amica Romuli senis memor
Paratur inter arua, cuius inguina
Vacuáq; pelle tectus inguinum gelu
Araneosus obsidet foras situs.
Tibi hæc parantur, ut tuum ter aut quater
Voret profunda fossa lubricum caput.
Hebes licebit aut dolentior cubes,
* ah ah. Gemes & usq; ah* miser miser muser,
Triplexq; quadruplexq;, compleas specum.
Superbia ista proderit nihil, simul
Vagum sonante merseris caput luto.
Quid quæso iners? piget né lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel.
Sed ille cum redibit aureus puer,
Simul sonante senseris iter pede,
Repentè neruus excitet libidinem,
Et inquietus inguina arrigat tumor,
Neq; hic mutari possit, usq; dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

P. VER-

P. VERGILII MARONIS CATALECTA.

PRIAPVS LOQVITVR.

Vere rosa, Autumno pomis, æstate frequẽtor
Spicis, uua mihi est horrida pestis hyems,
Nam frigens metuo, & uereor ne ligneus ignem
Hic Deus ignaris præbear agricolis.

PRIAPVS.

Ego hæc, ego arte fabricata rustica.
Ego arida ô uiator ecce populus.
Agellulum hunc sinistra tute quem uides,
Heriq; uillulam, hortulumq; pauperis
Tueor, malasq; furis arceo manus.
Mihi cor olla picta uerè ponitur.
Mihi rubens arista sole feruido.
Mihi uirente dulcis uua pampino.
Mihi glauca oliua cocta duro frigore.
Meis capella delicata pascuis
In urbem adulta lacte portant ubera,
Meisq; pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit ære dexteram.
Tenera quæ matre mugiente uaccula
Deûm profundit ante templa sanguinem.
Proin uiator hunc Deum uereberis,
Manumq; sursum habebis, hoc tibi expedit.

Parata

Parata nanq; crux est antè mentula.
Velim Pol inquis, at Pol ecce uillicus
Venit: ualenti cui reuulsa brachio
Fuit ista mentula apta claua dexteræ.

PRIAPVS.

Hunc iuuenes locum, uillulamq; palustrem
Tectam uimine iunceo caricisq; maniplis
Quercus arida rustica formata securi
Nutrior magis ac magis ut beata quotannis.
Huius nam domini colunt me, Deumq; salutant
Pauperis tuguri pater, filiusq;*
Alter assidua colens diligentia, ut herba
Dumosa, asperaq; à meo sit remota sacello:
Alter parua ferens semper munera larga,
Florido mihi posuit picta uere corolla
Primitiæ & tenera uirens spica mollis arista.
Luteæ uiolæ mihi, lacteumq; papauer,
Pallentesq; cucurbitæ, & suaue olentia mala,
Vua Pampinea, rubens educata sub umbra.
Sanguinea etiam mihi (sed tacebitis) arma
Barbatus linit hirculus, cornipesq; capella.
Pro quibus omni honoribus hoc necesse Priape
Præstare, & domum hortulum, uineamq; tueri.
Quare hinc ô pueri mala abstinete rapina,
Vicinus prope dives est, negligensq; Priapus.
Inde sumite, semitam hæc deinde uos feret ipsa.

AD

AD TVCCAM.

De qua Tucca* tibi uenit, sed sæpe uidere
Non licet, occulitur lumine clausa uiri,
De qua sæpe tibi, non uenit adhuc mihi, nanq;
Si occulitur, longè est tangere, quod nequeas.
Venerit aut tibi, sed iamiam mihi nuncius esto.
Quid prodest? illi dicite quæ rediit.

*sæpe.

*

Corinthiorum* amator iste uerborum
Iste iste rhetor, nanq; quatenus totus
Thucydides tyrannus Atticæ febris
Thau Gallicum spinæ ipsemet malè illisit.
Ista omnia, uerba ista miscuit fratri.

*Hormethiorum.

*

Aspice quem uideo subnixum gloria regno,
Altius & cœli sedibus extulerat.
Terrarum hic bello magnum concusserat orbem,
Hic reges Asiæ, fregerat hic populos,
Hic graue seruitium tibi iam tibi Roma ferebat,
Cætera nanq; uiri cuspide conciderant.
Cùm subitò in medio rerum certamine præceps
Corruit, & patria pulsus in exilium.
Tale Deùm numen, tali mortalia nutu
Fallax momento temporis hora dedit.

*

Quocunq; ire ferunt uaria nos tempora uitæ,

Tangere quas terras, quosq; videre homines.
Dispeream si te fuerit mihi carior alter.
Alter enim quis te dulcior esse potest?
Cui Venus antè alios, Diui, Diuum atq; sorores
Cuncta neq; indigno multa debere bona.
Cuncta, quibus gaudet Phœbus, chorus ipseq; Phœ (bi.
Doctior ô quis te Musa fuisse potest?
O quis te in terris loquitur iucundior uno?
Clio nam certè candida non loquitur.
Quare illud satis est, si te permittis amari,
Non contrà ut sit amor mutuus inde mihi.

Ite hinc inanes Rhetorum manipli.
Inflata rore non Achaico uerba,
Et uos seliquati, Arquitiq;, Varoq;
Scholasticorumq; uario madens pingue.
Ite hinc inanis cymbalon iuuentutis,
Tuq; ô mearum dura Sexte curarum.
Vale Sabine: iam ualete formosi.
Nos ad beatos uela mittimus portus
Magni petentes docta dicta Scironis.
Vitamq; ab omni uendicabimus cura.
Ite hinc camœnæ, uos quoq; limite sæuæ,
Dulces camœnæ (nam fatebimur uerum)
Dulces fuistis, & tamen meas chartas
Reuisitote, sed pudenter & rarò.

Soces

Socer beate nec tibi, nec alteri,
Generq; noctu impudicum caput
Tu nunc puella talis, & tuo
Stupore pressa rus habitet mihi.
Vt ille uersus usquequaq; pertinet.
Gener, socerq; perdidistis omnia.

AD VARIVM.

Scilicet hoc sine fraude Vari dulcissime dicam
Dispeream, nisi me perdidit iste potus.
Sin autem præcepta uetant me dicere, sanè
Non dicam, sed me perdidit iste puer.

AD VILLAM SCIRONIS.

Villula quæ Scironis eras, & pauper agellæ,
Verum illi domino tu quoq; diuitiæ,
Me tibi, & hos unà mecum, quos semper amaui,
Si quid de patria tristius audiero,
Commendo, imprimisq; patrem, tu nunc eris illi
Mantua quod fuerat, quodq; Cremona prius.

Pauca mihi niueo sed non incognita Phœbo,
Pauca mihi doctæ dicite Pegasides.
Victor adest magni, magnum decus ecce triumphi
Victor quà terræ, quaq; patent maria,
Horrida barbaricæ portans insignia pugnæ
Magnus ut Aeneides, utq; superbus Eryx.

Nec minus idcirco nostros expromere cantus
Maximus, & sanctos dignus inire choros.
Hoc itaq; insuetis iactor magis optime curis,
Quid de te posim scribere, quid ue tibi.
Nanq; (fatebor enim) quæ maxima deterrendi
Debuit, hortandi maxima causa fuit.
Pauca tua in nostras uenerunt carmina chartas,
Carmina cum lingua, tum sale Cecropio,
Carmina quæ Pylium seclis accepta futuris,
Carmina quæ Pylium uincere digna senem,
Molliter huic uiridi patulæ sub tegmine quercus
Mœris pastores, & Melibœus erant,
Dulcia iactantes alterno carmina uersu,
Qualia Trinacriæ doctus amat iuuenis.
Certatim ornabant omnes Heroida Diuæ,
Certatim Diuæ munere quæq; suo.
Felicem ante alias tanto scriptore puellam,
Alterno famam dixerit ipse prior.
Non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
Quæ uolucrem cursu uicerat Hippomanem.
Candida cygneo non edita Tyndaris ouo,
Non supero fulgens Cassiopea polo.
Non defensa diu multum certamine equorum
Optabant grauidæ quod sibi quenq; manus.
Sæpe animam generi pro qua pater impius hausit,
Sæpe rubro similis sanguine fluxit humus.

Raptas

Raptato curru nimiumq; per æthera terræ
Immitti expectant fulmine, & hymbre Iouem
Non ocius raptum pulsi liquere penates
Tarquini patrios filius atq; pater.
Illo, quo primum dominatus Roma superbos
Mutauit placidis tempora Consulibus.
Multa nec immeritis donauit mater alumnis
Præmia Messalis maxima Publicolis.
Nam quid ego immensi memorem studia ista laboris
Horrida quid duræ tempora militiæ?
Castra foro, solitos urbi præponere castra
Tam procul hoc nato, tam procul hac patria?
Immoderata pati iam frigora, iamq; calores
Sternere uel dura posse super silice?
Sæpe trucem aduerso perlabens sydere pontum,
Sæpe audendo mare & uincere sæpe hyemem?
Sæpe etiam densos immittere corpus in hostes,
Communem belli nec timuisse Deum?
Nunc celeres Afros perituræ in millia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex alia bellando quærere gentem,
Vincere & Oceani finibus ulterius?
Non nostrum est, inquam, tantas attingere laudes,
Quin ausim hoc etiam dicere, uix hominũ est.
Ipsa hæc ipsa ferent rerum monimenta per orbem,
Ipsa etiam egregum facta decus parient.

Nos ea quæ tecum finxerunt carmina diuè
Cynthius & Musæ, Bacchus, & Aegale.
Si laudes aspirem humilis, sed adire camœnas.
Si patrio Graios carmine adire sales
Possumus: optatis plus iam procedimus ipsis.
Hoc satis est, pingui nil mihi cum populo.

Quis Deus Octaui* te nobis abstulit? an quæ
Dicunt, ah numio pocula dura mero?
Vobis si culpa est bilis, sua quenq; sequuntur
Fata, quid immeriti crimen habent cyathi?
Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te
Raptum, & Romanam flebimus historiam.
Sed tu nullus eris, peruersi dicite manes,
Nunc superesse patri quod fuit inuidia.

RERVM AC VERBO-

RVM IN HISCE VERGILII OPE-ribus obseruandorum Index.

Abas columna 423
Abies 63
Acca Camillæ comes 486
Achantis 96
Achantus 65. 111
Acerræ ciuitas 69
Acetes Euandri armiger 454
Acheron 80. 296
Acherontis cymba 296
Achates Aeneæ comes 136
Achæmenides 216
Achilles 19
Aclides tela 350
Aconteus 477
Acrisius 336
Acron 445
Actiaci ludi 204
Actor 494
Adamastus 216
Admissarius equus 80. 82
Adonis 38
Adrastus 305
Aeacus 615
Aeæa insula 208
Aegon 13
Aegeon gigas centimanus 439
Aegeria nympha 350
Aegina insula 697
Aegle Naias 24
Aegyptus 114
Aeolus uentorum rex 139
Aeolia ibidem
Aeolus ab Aenea occisus 511
Aemonides 438
Aemus 50
Aenariam quondã arsisse 640
Aeneadũ urbs in Thracia 193
Aeneæ uirtus 178. 429. 437. 439
Aeneæ constantia 227
Aeneæ religio 196

Aeneæ pietas in patrẽ 186. 188
Aeneæ pietas & industria erga suos 137. 138
Aeneæ urbs ædificata 327
Aeneæ arma à Cyclopibus fabricata 371
Aeneæ & Achillis μονομαχία 281. & Turni 480
Aeneæ ad Euandrum profectio 358. oratio 359
Aeneæ ab inimico laus 464
Aeneæ & Latini congressus 546
Aeneas ad arma redire prohibitus ab uxore 187
Aeneas Helenam occidere prohibetur à matre 184
Aeneas amissam Creusam requirit 175
Aeneas classem reparat 236
Aeneas inconspicuus redditur 145
Aeneas Didoni profectionem fatetur 234
Aeneas recedit à Didone 243
Aeneas redit in Siciliam 250
Aeneas Ilium ædificandum designat 279
Aeneas Cumas delatus 284
Aeneas Sibyllam accedit ibi.
Aeneas infernũ ingreditur 294
Aeneas Italiam uenit 322
Aeneas Pallantem mortuum alloquitur 454
Aeneas uulneratur 503
Aeneas curatur à Venere 506
Aeneas Latinorum urbem oppugnat 513
Aeneas designat urbem aratro
Ae. Latino succedit 552. (550
Aeneas Apollini collatus 226
Aeneas ad Apollinem 286
Aeneas ad Oratores Latinorum 424
Aeneas eiusdem sanguinis cum Euandro 360
Aeneas ad Andromachen et Helenum 218
Aeneas indiges à Ioue uocatus 522. 554
Aeneas in Deorum numerum relatus 513
Aeneas Syluius 315
Aesculus 72. Ioui sacra 61
Aesculapius 686
Aestatis descriptio 85. 581
Aetas hominis, cornicis, cerui, phœnicis 561. 562
Aetna 58. 215. deq; ea uariæ poetarũ opiniones 574. 575
Aetnæ incendium 581. 582
Aetna in tutela Cereris 699
Aethon equus 458
Afri 9. 96
Aganippe 37
Agathyrsi 226
Agaues fabula 605
Agenoris urbs 143
Aglina ciuitas 373
Agragas mons, & ciuitas in eodem 220
Agriculturam negligi tempore belli 60
Agriculturæ laus 80. 82
Agrippa 381
Aiacis Oilei interitus 131
Aiax 612
Aiax ignem nauibus repellit ibi.
Alba 140
Albæ origo 208. 356
Albanus mons 459
Alcandrus 414
Alcanor 410
Alcanoris interitus 430
Alcathous 446
Alcestes 250
Alcestis sagitta arsit 270
Alcestis 610
Alcides 300
Alcimedon 15
Alcippe 28
Alcon 20
Alecto furia 418
Alecto Amatam furore corripit 338
Alecto in Calybem anum se transformat 338
Alecto Turnum accedit. ibi.
Alexis 10
Allia 349
Almon 342
Alnus 65. 78

Aloidæ gigantes 397
Alphæa urbs 424
Alphæus 83. 89. 218
Alphesiboëus 23
Alsus 502
Aluearia quomodo facienda 85
Aluearum castratio 114
Amadriadum ætas 562
Amantium inconstantia 39
Amaracus 157
Amaryllis 78
Amasenus fluuius 475
Amastrus 480
Amata furijs correpta 335
Turno pacẽ dissuadet 492
Amata laqueo uitam finit 514
Amazones 479
Ambarualia 54
Ambrachiæ ludi celebrantur 204
Amellum 116
Amicitiæ typus Euryalus & Nisus 400
Amiternæ 349
Ammonis templũ in Lydia 228
Amoris ortus 32
Amoris uis in Didone 28
Amore pereuntes ubi sint apud inferos 302
Amphrysius pastor Apollo 82
Amphrysia 300
Amyclæus canis 96
Amphion II. Amycus 414
Amycus occisus 510
Amycli populi 439
Anna Didoni nuptias dissuadet 222
Anna ad Aeneam mittitur 237
Anagnia 348
Anchemoli incestus cum nouerca 432
Anchisæ mortis contẽptus 185
Anchisæ statura 360
Anchisæ obitus 220
Anchises ex incendio liberatur 188
Anchises Aeneæ insomnis apparet 278
Anchises Aeneam apud inferos alloquitur 312
Ancus Martius 317
Ancyle 328

Androgei cædes 135
Andromache Hectoris uxor 178
Andromache Aeneam excipit 204
Andromache munera 212
Angitia 351
Anguis cœleste signum 48
Anij regis ac sacerdotis hospitalitas 196
Animarum ad superos reditus in alia atq; alia corpora 313, &c.
Animalium pestis 192 &c.
Anienus fluuius 348
Ansancti uallis descriptio 343
Antandrus 193
Antemnæ 346
Antenor Patauiæ urbis conditor 139
Antenoridæ 303
Anthonius contra Bactrianos 381
Anthor, eiusq; cædes 443
Antina ciuitas 346
Antigene 23
Antrum Cyclopis 217
Antri descriptio 286
Anubis contra Neptunum Venerem atq; Minerua 382
Annus 76
Anni partes 589
Apenninus 518
Aper 92
Apes quomodo à frigore æstuque munendæ 107
Apes quomodo obseruandæ ne auolent 109
Apes collatæ Cyclopibus 112
Apes quomodo in aluearia reuocandæ 108
Apes ab Aristæo inuentæ 118
Apum ortus, ætas 113
Apum duo genera 109
Apum discordia ibi.
Apum Reges 113
Apum generatio in putrido iuuenco 117
Apum opera 109
Apum pugna 108
Apum industria 112

Apum morbi & remedia 116
Apibus amica, aduersa 106
Apum examen in lauro Laurenti 323
Apibus cibatur Iuppiter in fans 111
Aphidnus 411
Apiarij locus 106
Apium 110
Apollo Tymbræus 118
Apollo idem agresti carminis amator 24
Apollo in Buten 410
Apollini sacra loca 624
Apollinis sagittæ 682
Aquarius 94
Aquila Troianorũ insigne 550
Aquilo 90
Aquilonis impetus 133
Aranea 115
Aratro designata urbs 550
Araxes 383
Arbores non ubiq; crescere 65
Arboris eiusdẽ uarij fructus 63
Arborũ genera singularumq; uariæ species 64
Arborum uaria procreatio 61
Arborum translatio 71
Arborum insitio & inoculatio 63
Arbutus ibi.
Arcades cantandi periti 38
Arcadum Deus Faunus 698
Arcens 407
Archetius 508
Archippus 351
Arctos 46.50
Arcturus 48
Ardea ciuitas 337
Ardeæ incendium 537
Ardea ædificata Danĕæ 337
Arar 9
Aræ in mari saxa 133
Arethusa Nympha 119
Arethusa fluuius 220
Argileti 368
Argina 348
Agrippa 463
Argumenta Aeneidos 590
Argus 368
Aries qualis 98
Arion 32
Aristæus ad matrem Cyrenen 111
Aristæus Apollinis filius ibi.
Arisba 394
Aritia 351
Arpi 470
Aruncæ 351
Aruns Camillæ occisor 483
Aruns ab Ope necatus 487
Asbutes 504
Ascanus 140
Ascanij fatum 140. & flammæ caput circumdatũ 187
Ascanij dignitas 211
Ascanij iaculandi peritia & uirtus 422
Ascanij forma eodem
Ascanius fluuius 93
Ascræus Hesiodus 26
Asia Nympha 119
Astrologiæ usus 633
Astur 424
Astyanactes 212
Assaracus 48
Asylas dux Troianus 478
Asylas aruspex 424
Asylum 367
Athamas 170
Athenienſium septennale trĩbutum. 285
Athenæ unde 646
Athenæ sub Palladis tutela ibi.
Athesis 411
Athos 518. 602. 53
Atina 346
Atlas 316. 359. 239
Atranius 446
Atys 275. inde Atyi genus eodem.
Auarorum studia 84
Auentinus Herculis filius 347
Auerni descriptio 293
Atinas 516
Auernus lacus 67
Augurium 500. 538. 188
Augustus Cæsar 316. 381
Augusti gesta 83
Autarium 77
Auiũ post pluuias concẽtus 56
Auleates 502
Auletes 425
Auni cum Camilla congressus 481

Aurea secula 623. 367. 18
Auroræ descriptio 215. 221. 402. 494
Ausonij 367
Auster 93. 56
Automedon 179
Autumnus 535

B.

Bacca 143
Bacchus Thyrsis pugnat. 682
Bacchus amat colles 65
Bacchanalia festa 336
Bactra 66
Balsama 65
Balteus Pallantis Turno mortis caussa 527
Barcæ Sichæi nutrix 245
Bauius 17
Batalus 350
Belides 610
Bella opp. 350
Bellæ populi ibi.
Belli portæ 345
Belli indicendi mos ibi.
Belli tempore agriculturam negligi 60
Bello pereuntium apud inferos locus 303
Bellona 382
Belus 158
Benacus lacus 67. 425
Berecinthia ad Iouem pro manibus Aeneæ orat 387
Beroë 119
Bianoris sepulchrum 37
Bitias 158
Bitias perit 411
Bitiæ & Pandari historia 410
Bisaltæ 101
Bistonius Rex 610
Blatta 115
Bola 315
Boues optimi qui. 84
Brontes 371
Britanni 9
Brito 660
Brutus 317
Bubo lætalis 239
Bufo 47
Butrotum 204
Busyris 82
Buten 480. 264
Buxus 78

Caci

C.

Caci fabula 362
Cacus obtrũcatur 364
Cadauerum combustio 460
Caducei descriptio 230
Cæculus Præne. fund. 396
Cœlestia signa 587
Cæneus 406
Cæneus ex iuuene in fœminam
Cæsaris imperium 67. (302
Cæsaris de Anthonio triumphus 382
Cæstus certamen 263
Cæus 51
Caicus 120
Caieta Aeneæ nutrix 321
Caieta portus eodem
Calchas uates 165
Cales 350
Calliope 567
Calybe anus 338
Calydona Diomedis uxor
Calydon 333. (464
Camertes 439. 499
Camerina urbs & palus 220
Camilla Amazon 353. 479
Camillæ studia 355
Camillæ uirtus 473. 479
Camillæ ortus, educatio 474. (676
Camillæ interitus 485
Camulli 67
Campanæ urbis autor 422
Canes Taygeti 84
Canes alendos rusticis 98
Canis cœleste signũ 49. 74
Canopus 117
Capeni 349
Caper cur Baccho sacer 75
Caphareus 463
Capitolinus 368
Caprarum cura & usus 94
Caprarum pastus 602
Caprea 75
Capua 67
Capys 161
Cares 383
Carmenta uates 367
Carmentalis Romæ porta. ibi.
Carthaginis origo 141
Carthago colonia Tyriorum 143

Carthæ-

Carthago Iunoni grata 130
Carthago extruitur 146
Carthago Roma. exosa 245
Caseus 68. 621
Casia 69.79.106
Casmilla mater Camillæ 475
Cassandra uates 170
Cassandræ uaticinium 200
Cassandra rapta 176
Cassiopea 709
Castalia 94
Castaneæ 29.63
Castra urbesq; Roma. 315
Castra lapidibus defensa 422
Catilina 381
Catillus 348
Cato 318.381
Caucasus 78
Caurus 93. 96
Cayster 55
Cedrus 78. 99
Celæno harpyas 202
Celenæo 357
Centaurea 116
Centaurorum apud inferos locus 295
Centauri Lapithis uicti 78
Centaurus nauis 254
Cepe capiti inimica 672
Cerasus 61
Ceraunia 112. 53
Cerberus 125
Cerberus Herculi raptus 300
Cerberi descriptio 301
Ceres colenda rusticis 54
Cerua belli causa inter Thyrrenos & Troianos 340
Cerui ætas 572
Cerui iaculantur ab Aenea 137
Cerynthe herba 108
Cethegus 510
Cetra 350
Cesperia ibidem.
Chaonia unde. 206
Chaonia Heleno cessit eodem
Chaonium port. 204
Chaos 240
Charmeanus 657
Charon 296
Charybdis monstrum 209
Charybdis nauigatio 215
Chelydrus 99. 69

Chimæra 296
Chimæra nauis 254
Chiron latro 666
Chloreus Cybeles sacerd. 484
Chorœbus Cassandræ sponsus 174
Chorœbi inconsultum consilium 175
Chorea 550
Chorineus 293. 406
Chromis 480
Chryses 696
Chyron Phyllirides 104
Cicada 95
Cinna Poëta 36
Circe 33
Circes fabula 322
Ciris 648
Cissæ, id est, Hecubæ somnium 334
Cisseus gigas 429
Citharon 84
Cnidus 699
Clanius 69
Clarius Apollo 207
Claudia gens unde 349
Claustus ibi.
Cleopatræ interitus 381
Clio 566. 119
Clitumnus 66
Cloanthus 254. 258
Chlœlia 380
Clonius 446. 406
Clotho 387
Cluentus 254
Clymene 119
Clypei Aeneæ robur 371. & artificiosa sculptura 379
Clytius 414
Cocles 380
Cocytus stag. 295
Cocytus fluuius 84.124
Codrus 20
Codrus pastor 28
Columba in aëre sagitta tra-iecta 269
Columbæ Aeneæ ad aureum ramum duces 296
Colles amare Bacchum 65
Conuiuium 137. 157. 548
Contentio inter Iunonem et Venerem 419

Conon 15
Cornix tempestatis nuncia 51
Cornicis ætas 561
Copa 674
Copiæ exempla 577
Cora 315
Cornus 78
Corna 62
Coras Turni frater 471. 477
Corinthus 666
Corui tempestatis nuncij 55
& seremitatis 56
Corui ætas 562
Corydon 10. 13. 28 &c.
Corylus 63
Corytus 384
Cosa ciuitas 423
Cossus 318
Crabro 115
Cremandorum cadauerum mos 293. 544
Cremona 35. 707
Crepusculum 243
Creta 69. ἑκατόντπολις 196
Creta sub tutela Dianæ 698
Cretes 226
Creteus poëta 414.
Idem occisus 511
Creusa amissa, eius q; simulachrum Aeneæ uisum 189
Crinisus 250
Crocus 112
Crustumeri 346
Cucumis 110
Culex ad pastorem in somnis 600. 608
Culicis epitaphium 616
Cumas delatus Aeneas 284
Cumæa urbs 210
Cupano 424
Cupentus 511
Cupidinis origo 31. 32
Cupidinis potentia 652
Cupido in Ascanium 157
Cupressus 78
Curetibus custoditus Iupiter infans 112
Curuis 614
Cursus certamen 260
Currus inuentor Erichtonius 87 &c.
Curtius se deuouet 114

Cybele

Cybele 197
Cybales 670
Cyclades 666. 198
Cyclopũ statura uiolẽtia q; 219
Cyclopum labores 371
Cydippe 119
Cydon 429
Cygni & Phaëtontis fabula 424
Cygnus dux eodem.
Cygnus auis 349
Cyllarus equus 86
Cyllenæ sub Mercurij tutela 698
Cymnus 349
Cymodocea nympha 119. 282
Cymothæ 135
Cynthius Troiæ autor 84
Cynthius insula 667
Cyparissus 64
Cyrene nympha 120
Cypselides 666
Cythera 156
Cythisus 77. 98
Cytorus mons 78

D.

Dacæ 363
Dacus 80
Dædali fabula 285
Damon 14. 30
Damonis querela 32
Danaidum fabula 436
Danæ 627
Danaë Ardeæ ædificatrix 337
Daphnis fascinatus 34
Daphnis mors 21
Daphnis epitaphium 22
Dardanus Latinus 330
Dardanus Ilij autor 359
Dardanus in Phrygiam profectus 550
Daretes 504
Dauni lamentatio 539
Decij 64. 317
Defrutum 116
Deiopea 119. 135
Deiphobe Phœbi Triuiæ q; sacerdos 285
Deiphobi & Aeneæ apud inferos colloquium 304

Deiphobi cædes 667
Delos 196
Delos ſtabilitata 698
Delphis Apollo præeſt 433
Demodocus 259
Demoleus 480. 605
Demophon 388. 421. 522
Deorum iuramentum 507
Deorum auxilium 421
Deorũ auxilium negatum 417
Deorum concilium 682
Deorum ſingulorum arma & inſignia 149
Dianæ forma 663
Dij deæq; marini 506
Dictamus 158
Dictynna 149
Dido regis officium exequitur 143
Didonis fuga 144
Didonis in ſolo mercando aſtutia 152
Didonis humanitas 154
Didonis hoſpitalitas 232
Didonis inſanus amor 305
Didonis coniugum cum Aenea 227
Didonis oratio ad Aeneam, ne ſe deſerat 233
Didonis imprecatio in Aeneam 244
Didonis animus amore fluctuans 222
Didonis conuentus cum Aenea apud inferos 302
Dido Dianæ collata 149
Dido mori ſtatuit 239. 242
Diei ortus deſcriptio 192. 215. 221. 402. 425. 494
Dierum diſcrimina 48
Diomedes 463
Diomedeæ aues 464
Diomedes Venerem uulnerat ibidem
Diomedis equi 159
Diores 261
Dioxippus 406
Diræ 524
Diræ ad Iouis ſolium perpetuo eodem
Diræ Verg. 617 &c

Diſcordiæ ſedes 295
Diuitum ſtudia 81
Dodona ſub Iouis tutela 698
Dolon 504
Dolones 347
Dona inimicorum 198. 141
Donyſa inſula 657
Doriclius 254
Drances Latinus orator 458
Drances ad Aeneam 542
Drances melior lingua quàm dextera 466
Drepanum 220
Dryopes 226
Dryades 84
Drymo 119
Dryope nympha 438
Druſi 317
Ducum Aeneæ catalogus 423
Dulichium 203
Dumus 95
Dymas 173

E.

Ebrietatis mala 78
Exemplum 396 &c.
Ebuſus 502
Ebuſus occiſus eodem
Echo 605
Eclipſes 79
Electra Atlantis filia 359
Elethes ad Niſum & Euryalum 395
Eleuſina 47
Elis urbs 308
Eloquentiæ fructus 135
Elorus fluuius 220
Elyſij campi 42. 306
Emathia 50
Enceladus gigas 215
Enipeus 120
Enthuſiaſmi deſcriptio 286
Entelli & Daretis certamen 264
Epeus 170
Ephialtes 609
Ephyre 119
Ephyreium æs 79
Epidaurus equorũ domit. 84
Epirum adnauigat Aeneas 204
Epirus eodem
Epitaphia illuſtriũ uirorũ 524
Epitaphium culicis 616
Epops 806
Epulo 508

Equestre certamen 271
Equæ Zephyro grauidæ 93
Equicolus 411
Equi caput inuentum ubi Carthago 147
Equi donantur Troianis 332
Equitãdi autores Lapithæ 87
Equorum partus 83
Equorum forma, indoles ibi.
Equorum quis usus eodem.
Equorum educatio 90
Equorum libido 92
Equorum morbus 102
Equorum cura 88
Equorum quale omen 213
Equos à Venere arcẽdos 91
Equus admissarius 86 &c.
Equus ligneus 161. 170
Erato 322. 566
Erebus 311. 240
Ericates 446
Eridanus 50. 120. 310
Erigone 42. 646
Erichtonius currus inuentor 87
Eriphyle 173. 302. 610
Eruca 673
Erycinus 279
Erymanthus 411
Erymanthum nemus 316
Eryx 265
Est non est 596
Etheoclis & Polinicis mutuæ cædes 610
Etæmon 422
Euadne 302
Euander Romæ conditor arcis 366
Euander cõtra Latinuum 356
Euander ad Aeneam 359
Euandri fortitudo 376
Euandri affectus erga Pallantem 377
Euandri luctus ob Pallanta filium 459
Euantes 444
Eumedes 504
Eumedes occisus 504
Eumenidum sedes 295
Euphrates 383
Europa 627
Eurotas 646
Eurus 78

Eurus 78
Euryali & Nysi historia 590
horum mutuus amor 261
capita hastis infixa 402
Euryali forma 263. 398
Euryali victoria in cursu 262
Euryali pietas erga matrẽ 395
Euryali lament. matris 403
Euryali interitus 401
Eurydice icta 124
Eurydice ab inferis reducta 125 &cæ.
Eurydices & Orphei fabula 611. 126
Eurypilus 164
Eurystheus 86
Eurytius 269
Eurytiõ insignis cælator 436
Eurytion sagittandi peritus 269
Euterpe 566
Experientia mira 578

F.

Fabaris 349
Fabarum satio 49
Fabius Maximus 318
Fabricius eodem.
Fadus 397
Falisci populi 349
Famario 539. 228
Fames Troianorum 326
Fames pestem insecuta 198
Fatum 367. 435. 476
Fati necessitas 234
Fauni 366
Fauni fatidicinium 325
Fœlicitas summa quæ sit 603
Ferrea progenies 74
Ferocientis descriptio 434
Feronia 353. 376
Fidenæ 315
Flammæ augurium in Lauiniæ uertice 550. Iuli. 187
Flauinia rura 349
Flumina sub terra recondi, & redire 628
Fœderum faciendorum ritus 39. 494. 497
Fœdus uiolatum 501
Fontis descriptio 606
Formicæ tẽpestatis nuncij 53.
sedulæ & prouidentes 236

Fortunæ uis 541. 560. 367
Fortunatorum apud inferos locus 310
Foruli 349
Fratrum similitudo indiscreta etiam parentibus 432
Fraxinus 63
Frumẽtis quæ optima terra 68
Frumenta quomodo frangantur 671
Fuci 112. 115
Fucinus lacus 351
Fulgura cœlo sereno 50
Fulmen 371
Fulmen Iouis proprium 681
Funebris pompa 456. 460
Funebris ludus 252
Funebria iusta 403
Funerũ expiandorum mos 195

G.

GAbij 315
Gadibus Hercules præest 698
Galatea 625. 387
Galesi cædes 342
Galesus fluuius 810
Galli poëtæ laus 26. amor 37
Galli 318. Gargaridæ 83
Ganges 66. 385
Ganymedes 559
Ganymedes raptus 130
Gargara 44. 93
Garamantides nymph. 228
Gela ciuitas, fluuius 220
Geloni campi eodem
Geloni 65. 101. 383
Genista 61. 78
Geographiam Astronomiæ priorem esse 633
Geryon 362
Gigantũ θεομαχίαι 439. 626
Gigantum apud inferos pœna 307
Gilippi septem filij 506
Glandium usus antiquis 605
Glaucus Deus marinus 57
Glauci chorus 282
Glaucus equus laceratus 93
Glaucus 303
Gloriæ affectatio 535
Gloriæ affectatæ exẽplũ 434
Gorgones 296
Gracchi 318
Græci Dijs adiuti in euertenda Troia 185
Græcorum duces 170
Grandinis signa 58
Grauisca urbs 424
Grues strymoniæ 427
Grynæus Apollo 234
Grynæum nemus 26
Gyaro 196. Gyges 414
Gyas 255. 429

H.

HAemon 411
Hæmus mons 80
Halcyones 96
Halcyones serenitatis nũcij 56
Haleius 350
Halesi uirtus 433
Halius 383
Halys eodem
Hamadryades 39
Harpalycus 480
Harpyiæ 201
Hasta Aeneæ 421
Hebe 559
Hebenum Indicum 65
Hebrus 411. 605
Hebrus fluuius 39
Hecates 294
Hecates tergemina 240
Hector patri uenditur 148.
Aeneæ in somnis apparet, 424
nauibus Græcorum ignem infert 427
Hecubæ fuga ad aras 480.
centum nurus eodem.
somnium 335. 444
Hedera 70. 110
Heleni hospitalitas 206. uaticinium 207. munera 218
Helenus uates Chaoniæ rex 189 &c.
Helenus à Pallãte occisus 432
Helena 333
Helenæ in Deiphobum perfidia 305
Heliades in pop. mutatæ 605
Helenoris cædes 405
Helymus 268
Herculis imperium 364. sacerdotes 365. sacra 358. claua 682. labores 562. seruitus apud Omphalẽ 570

Hercules Cerberum rapit 300
Hercules Cacũ interficit 364
Herebi filij 295
Hermione 205
Hermus fluuius 667
Herilus tricorpor. 376.
occisus eodem.
Hesiodus pastor 604
Hesione Priami soror 360
Hesperia 199. 150
Hesperus Veneri adama. 572
Hetruriæ incrementum 81
Hiera 410. Hilus 511
Hypanis 120
Hyppodame 82
Hippodates 480
Hippolytus 351
Hippolytes 479
Hippomanes 680
Hippomanes uirus 93
Hirundo tempestatis nuncia 55
Hirundo 117
Hispon 432
Hominũ uaria studia 80.603
Hominis ætas 561
Homolo 348
Hortina 349
Horti descriptio 672. laudes 557. commoda 110
Hospitalitatis exemplum 196
Hospitalitatis ius fractum 195
Hostium contemptus malè cessit 396
Humanæ uitæ in rosarum ætate descriptio 599
Humanarum rerum inconstantia 485
Hursia 349
Hyacinthus 113
Hyali 119
Hydaspes 446
Hyades 46. 159. 213
Hydrus 66
Hyemis descriptio 29. 581
Hylas 25. 82
Hylax 34
Hyleus 78.366
Hymella 349
Hymetus 351
Hypanis 173
Hyperboreæ 97
Hyrtacus 400

Laniculus

I.

Laniculus 368
Ianus Martis custos 345
Iapetus 51
Iapis medicus 505
Iarbæ de repulsa querentis oratio 228
Icarij fabula 285
Idæus 197
Idalium Veneri sacrum 156
Idas 406
Idmon 493
Idomeneus Salentinos occupat 208
Ignis sacer 105. æternus 172. portentum 187. 324. 515
Ilia Romuli & Remi mater 315
Ilex 78. Ilij autor Darda. 359
Ilione Priami filia 156
Ilioneus Troianorum orator 150. ad Aeneam 329
Ilium in Italiam fertur 132
Ilua insula 423
Imbri progn. 56
Impietatis exemplum 143
Inachus 552
Inachia iuuenca 88
Incendij descriptio 538
Infantium locus apud infe. 301
Inferorum uiæ duæ 306
Inferis dijs sacrific. mos 294
Inferos qui accesserint redierintq; ad superos 289
Inhumatos non uehi à Charonte 297
Inuij 315
Intyba 110
Ithyrei arcus 78
Inuidiæ uis 12. 148
Io œstro agitata 88
Ioui prædarum decimæ 207
Ioue loquente silentium 427
Ioues tercentum 240
Iopas citharœdus 159
Iphytus 173. 177
Iræ descriptio 386
Iris Didom uitam soluit 248. in Beroë 273. ad Turnũ missa 383. à pugna dehortatur 416
Iris 580. Ismarus 25. 41. 68

Ismarus

Ismarius 274. Ister 96
Isthmus 666
Italia unde dicta? 199. quæ & hesperia 150. antiqua describitur 208. 407. fertilis laudatur 66
Italorũ priscorum mores 368
Ithaca 203. Itis 406
Iulius Cæsar 317
Iulij Cæsar. origo 141. Bacchanaliũ Romæ institutio 121. cædes, quæq; hinc sequuta prodigia 58. Inter Deos relatio 22. Iulus 140
Iuno Iouis soror et coniux 131 quur Troianis inuisa 130 pronuba 223. Saturnia 130 Gabina 348. ad Alecto 334. pro Turno rogat 441. proserpina 290
Iunonis numen Aeneæ præcipue placandum 210. templum 147. 213. astus in Aeneæ & Didonis nuptijs conficiendis 224 & cæ. oratio contra Venerem 419. de Aeneæ successibus conquest. 333
Iuppiter infans à Curetibus custoditus 111. humanarũ rerum curator 138. incensas naues extinguit 276 ξένιος dictus 158. anxur 353. pro imbre 71
Iuramenta in faciendo fœdere 497
Iuramentum Deorum 388. 421. 522
Iustitia 79
Iuturna nympha uitiata à Ioue 496. Turno fœdus dissuadet 499. aurigæ officio fungitur 509. gladiũ reddit fratri 421. querula ad Turnum 425
Ius fabula 570
Ixion 84. 308

L.

Abysinthus 272. 285
Lades 504
Ladon 433
Læstrigones 613
Lagus 431
Lalage 677
Lamirus 397
Lampsacus Priapo sacer 699
Laocoon 161
Laocoonis & liberorum eius interitus 168
Lamus 397
Lappa 98
Lapis bibulus 74
Lapithæ 308
Lapithæ equitationis inuẽ. 87
Lapitharum bellum 333
Laridis & Tymbri simili. 432
Lariss æus Achilles 168
Larius lacus 67
Larus eodem.
Lausi uirtus 433 laus 347. interitus 449
Latagus 444
Latina 479
Latinorum aui 329. duces 354. in Troia. impetus 385. 386. cædes 406 deditio in potestatem Aeneæ 530
Latinus Fauni filius 323. ex Marica. eodem. regæ eius descriptio 328. suadet pacem cũ Aeneã 466. ad Troianos 331. 346
Latium unde 367. 549
Lauinia Aeneæ in uxorem datur 547
Lauiniæ crines accensi 324
Lauina urbs 552
Laurentum undt 323
Laurus 62
Laurus sacrata Phœbo 29. 323
Lautæ carinæ 368
Leandri interitus 93
Leda 627
Lelege 385
Lemnos Vulcano sac. 699
Lerna 316. 295
Letheus amnis infe. 609. 314
Leucaspis 297
Leucate 381. 203
Liberi patris imperium 316
Libetrides musæ 28
Libidinis uis in omne animantum genus 139

Licoris 37. Liburni 139
Ligea 119
Liger 439
Ligur 67
Lilybeum 220
Linus 20
Liparis Insula 370
Lituus 328
Liuoris descriptio 558
Locri Naritij 208
Lolium 21
Lothos 64. 98. 605
Lucagus 439
Lucetius 406
Lucina 18
Lucrinus lacus 67
Luctus locus 295
Ludo abstinendum 362
Lugentes campi apud inferos 302
Luna tempestatum significatrix 54. 57
Luna Pani decepta 98
Lupercal 368
Lupinum 49
Lupi 93
Luporum ululatus 90
Lustralia exta 366
Luxus 408. 603
Lycaon 396
Lycaonius 446
Lycas ex utero matris exectus 429
Lydiæ amicæ desertionem deplorat 610
Lyciſca 14
Lycoris 38
Lycorias 119
Lycurgus 617
Lycurgus Thracum rex 193
Lycus fluuius 120
Lyci cædes 406
Lyris 480

M.

MAcnalus mons 31
Mæan Mœotia 316
Machaon 170
Magus mortẽ deprecatur 417
Magia 32. 239. 663
Maia 359
Malea 257

Mali citrini descriptio, usus 65
Malitiæ exquisitæ exemplũ 51
Manlius 380
Mantua 35. 68
Mantua unde dicta 425
Mantus 424
Mapalia 96
Marcus Marcellus 318
Marica 323
Marij 67
Maruuia sacerdos 351
Mars ense pugnat 682
Marsi 67. 351
Maßicus 423
Matrimonij fructus 132
Mauruſia gens 229
Mecœnatis obitus & laus 567
Medea 609
Medi 66. 114
Medon 303
Megara 652
Megari sinus 219
Megera furia 524
Melquomodo eximendũ 114
Mella fluuius 116
Melampus 104
Melãpus comes Herculi 427
Melea promontoria 257
Melibœus 27
Melicerta 57
Meliſſophyllum herba 108
Melite 282
Melpomene 566
Memnon 149
Memnu genus 253
Menalcas 11
Menalus Fauni sacerdos 698
Mendacij exemplum in Sinone 163
Menelaus 170
Menelaus Deiphobum in lecto obtruncat 305
Menœtius in mare præcipitatus 256
Menœtes occisus 510
Menſæ comeſtæ Troian. 325
Mephitis 325
Mercurij habitus 214. 359.
ad Didonem miſso 141.
hortatio Aneæ, ad profectionem 229. 231. 242

Meridiei descriptio 604. 121
Merops auis. 106. uir 411
Messapus 348. 354. 404. 430. 474
Metabus Camil. pater 474
Metallorum inuestigatio. 67
Metiscus 509
Metius 379
Menus 17
Mezentius 354. pro Turno succedit pugnæ 444. crudelis 373. comparatur apro & leoni 445. uulneratur 448. ad Lausum 450. interimitur 452
Minantes 444
Mincius fluuius 28. 425
Miconi 28
Milij satio 49
Mineruæ Calabriæ templum 213. arma 682
Minos apud inferos iudex 615. 301
Minos contrà Nisum 653
Minotaurus 285
Misenus 202
Miseni fabula 291
Miseni mons 293
Misus fluuius 120
Mnestheus 390
Molorchus 83
Molossus canis 98
Monstra 167
Monstra inferni 295
Montanorum armatura 348
Mœris fascinator 34
Mœsis 44
Mopso Nisa nupta 31
Moretum 669
Mors 85. 541. 669
Morientium affectus 248
Musæus natus 311
Mundum in uere cõditum 74
Munera 360. 548
Musarum inuenta 566
Mutius 614
Mutuscæ 349
Mycenæ 87. 140
Mycenæ sub Iunonis tutela 698
Mycon 28

Mycone 198
Myconis 14
Myrthæ incestus 658
Myrtetum 65
Myrtus 30. 78. 110. 606
Myrtus Veneri sacra 29

N.

Nais 12
Nar fluuius 341
Narcissus 22. 110
Naritij Locri 208
Naritia insula 78
Nasturtium 673
Natalis dies 560
Nauale certamen 253
Naues Aeneæ in Nymphas 425
Nauium Tro. incendium 275
Nautes senex 277
Naxos 198. Neacles 44
Nemus Argileti 368
Neoptolemus 170
Neptunus equis per mare fertur 282. sedat tempestatem 134. Troianorum mœniorum extructor 281. & euersor. 184. Aeneam nube eripuit 281. ad Venerẽ ibi. eius comitatus 282 Tridens eius 681
Nereus 121. Neritos 203
Nestor Pylius 572
Nilus 83. 117. 385
Niphates 83. Nipheus 439
Nisa Nympha 119
Nisa Mopso nupta 31
Niseæ 282
Nisus in Haliætum 56
Nisi odium in Cirim 669
Nisi & Scyllæ fabula 651
Nisi crines 653
Nisi & Euryali historia 396. 390. mutuus amor 401. ad Lunam oratio 399
Nympharum nomina 119
Noctua 56
Noëmoneus 414.
Nomades 383. 233
Nomentum 313
Noricum 101. Notus 57
Notus 52. Noualia 69

Nox 51. 392. 355. 244
Noctis initium 171
Nucum spargendarum in nuptijs mos 31
Numa Pompilius 316
Numanus Remulus 407
Numina quæ quibus locis præsint 698
Numicius 353
Numitor 315
Nuptiarum in auspicatarum prodigia 227
Nursa 351

O.

OAxes 9
Oceantides 119
Ocium 81
Ocnus 424
Odoramentorum genera 616
Oeagrius 126
Oebalia 350
Oebalus eodem
Oenotria 324
Oestrum 881
Octas 608
Oleæ cultura 77
Olea pacis signum 457. 327
Olearos insula 198
Oleaster oleæ nõ inserendus 72
Oliuæ uariæ 64
Olitoris laus 110
Olympus 51. Omen 270
Onager 99
Onytes 510
Oraculum perperam intellectum 196
Oratores Latini ad Aeneam missi 541. Aeneæ ad Latinos missi 149
Orcus 51
Oreades 327
Orestes insanus 239
Obtruncat Pyrrhum 206
Orion 669. 150. 213
Orion aduersus nauigantibus 480
Ornitus 223
Ornus 65
Orontes 134
Orõtes ad Acherõtis uada 297
Orodes 445
Orpheus 310. 561

Orphei & Eurydicis fabula 124. 611. descensus ad inferos 124. luctus 125. cantus 125. 612. 605. interitus 127
Orses 446
Orsilochus 480
Ortygia insula 198
Ortygia olim Plemnyrium 219
Ortygius 406
Opheltes 391. Opis 119
Opis Aruntem Camillæ interfectorem occidit 487
Ossamons 51. Osinius 442
Osiris 508
Ostrum Sarranum 80
Ostrum Tyrium 83
Othos 609
Ouium pascua 98. scabies unde, & febris 100. & cura harum 100 & 94

P.

PAchinum pro. 220. 207
Pacis leges 497
Pægasus 480
Palæmon 15. 282
Pales 21. 94. 601
Paladium à Græcis raptũ 166
Pallantæum 356
Pallas ad Herculem 435. exercitus eius 375. hortatur ad pugnam 431. interitus 436. remittitur pæ tri 458
Palamedes 163
Palinurus Aeneæ nauta 213
Palinuri interitus 283
Palinurus herba 22
Palma 63
Palmus 444
Pampinatio 75. 76
Pan 11. 80. 38
Pan Lunam decepit 98
Panacea herba 507
Panchaia 66
Pandarus fœdifragus 269
Pandari & Bitiæ historia, & interitus 410. 413
Pandioniæ puellæ 610
Panopæa 57. 258
Panthus 173
Panthu cædes 177

Panthagias fluuius 219
Papauer 672
Paphos Veneri sacra 146 699
Parcæ 130. 433. 496
Parentatio 252
Paris 334
Paris Achillem interficit 286
Paridis iudicium 130
Parnassus 94. 601
Paros insula 198. 667
Parthenopæus 303
Parthi 83
Pascua optima ubi 68
Pasiphaë 25. 32
Pasiphaës stuprum 285
Pastorum fœlicitas 603
Patauinæ urbis conditor Antenor 133
Patros 261
Pauor subitus 194. 165
Pecorum ægrotantiũ signa 100
Pestes multifariæ 192 &c.
Pedamna uitium 75
Pelethronij Lapithæ 87
Peleus 612
Pelias 51. 177
Penelope 611
Pelops 82
Pelorum promont. 219
Penates Troiani 551
Penates Troia. apparent in somnis 199
Pentheſilea 144. 479
Pergamum in Chaonia 206
Periphas 179
Periurij pœna 531
Peſtis deſcriptio 198
Peſtum op. 119
Petilia 208
Phæacum insula 204
Phædras 302
Phaëtontides in alnos 26
Phaëtõtis et Cygni fabula 424
Phalaris 414
Phaneus mons 64
Pharon 429. Phasis flu. 120
Phegeus 505. Philippi 50
Phillis 20. 27. 69
Philomela 27
Phlegeton 306. Phlegias 309
Phœnicis ætas 562
Pholoë serua 260, Pholus 78

Pholus

Pholus interfectus 366
Phorcus 258. 282
Phorci septem filiorum in Aeneam impetus 429
Phthia 140 Picea 70
Picus 323
Picus in auem 328
Pietas 53
Pietatis exemplum 186
Pilumnus Deus 420
Piorum sedes apud inferos 310
Pirithous 308
Pira uaria 64
Pirus 111
Pix 78. Platanus 63. 111
Pleiades 46
Plemnyrium, nũc Ortygia 219
Pluton 334
Pocula coronandi mos 213
Podalirius 502
Pœnarum apud inferos uaria genera 307. 314
Poëtarum uariæ de Aetna opiniones 625
Poëtarum temeritas 627
Polus 503
Polinicis & Etheoclis mutuæ cædes 610
Pollio 18. Pollux 86
Pollucis & Castoris morientis uices 289
Polybetes 303
Polydori interitus, deq; eo prodigium 195
Polyphemus 218
Polytis cædes 181
Polytes Priamides 271
Pomorum cultura 77
uarietas 64
Pompilius Numa 316
Pompeius 318
Pontum uenenis abundare 34
Populonia ciuitas 423
Populus Herculi sacra 29
Portenta 147. 239. 323. 324
Portunus Deus 258
Portus descriptio 135
Potitij & Pinarij 365
Potniades quadrigæ 93
Praxiteles pictor 679
Prædarum decimæ Ioui 201
Præneste 348

Prænestæ fundator Cæculus ibi
Præmia naualis uictoriæ 260
cursus 261
Priamus Polytis filius 271
Priamus Laomedontis 360
diues 180. 182. credulus
166. cæditur 182
Priami fatum 180. domus capitur ibidem.
Priapus 28. 676
Principis boni officium & typus 132. 136
Priuernus 406
Prodigium horrendum 194
Prodigium in Ascanio 187
Prodigium in auspicatarum nupt. 227
Prodigia Iulij cædē sequuta 58
Procos 315
Prochita 412
Procris 302
Proëtides 25
Pragnæ 106
Prognostica tempestatum 53
pluuiæ, uentorum, serenitatis 37
Prometheus 25
Prometheï furtum eodem.
Promulus 406
Proserpina Iuno infernalis 209.
Proteus 121
Protei transformatio ibidem
Prytanis 414.
Pfithia uitis 116
Punicum bellum à Ioue præ-dictum 417
Pygmalion Sichæum obtruncat 143
Pylius Nestor 572
Pyra Didoni extructa 240
Pyracmon 371
Pyrgo nutrix 275
Pyrgum oppidum 424.
Pyrrha 25
Pyrrhi ferocitas 179
Pyrrhi interitus 206
Pythagoræ littera 586

Q.

Qvercus 605
Quercus oraculis addicta 61. Ioui sacra 95
Quercens 411
Quirini

Quirini Imperium 83

R.

RAmus aureus 289
Ranæ tempestatis indices 55
Rapo 446
Regis officium 149
Regni incommoda 535
Regni surgentis studia 80. 146
Regnandi cupiditas 535
Religio Deorum 530
Religionis exemplum 190
Reliquiæ mortuorum qualiter antiquis seruatæ 293
Remulus Numanus 407. 398
Remus 81
Radamanthus Iudex inferorum 307
Rhamnetes 396. 398
Rhamnusia 657
Rhea 347
Rhemus 397
Rhenus 381
Rhetus 397
Rhodope 53. 96. 101
Rhodos sub tutela Solis 698
Rhœtus 78
Rhesus 613
Rhipheus 173
Rhiphei cædes 177
Romæ septem colles 82. 315
Romam cœperunt Galli 380
Romani unde dicti 140
Romani milites 96
Romanarum rerum descriptio 379
Romanorum Reges 315. Imperiū 140. 316. fata 345.
140. strages 59. 316
Romanæ arcis conditor Euander 366
Romulus 59. 315
Rutuli 353
Rubus 95
Rusæ 350
Ruris cum urbe collatio 79
Ruris commoda 79. 81
Rustica sacra 23
Rusticæ uitæ encomium 79
Ruscus 77
Rutulorum stulta securitas 390

S.

SAbæum thus 65
Sabella pubes 67
Sabellicus sus 92
Sabaris 504
Sabini 81
Sabinarum raptus 379
Sacrator 446
Sacrificia 532. 197
Sacrorum ritus 165
Sagaris 406
Sages 516
Sagittariorum certamen 268
Sal dandus pecoribus 98
Salij 365
Salictum 61. 77
Salius 261
Salix 12. 21. 64. 65. 78
Salmoneus 307
Same 203
Samos Iunonia 130. 698
Sanguinis guttæ ex arbore 194
Sarmus 350
Sarpedon 133. 435
Saturnia 139. 368
Sarrestes 350
Saturnia Italia 67
Saturnus 82
Saturnus legislator 367
Saturni fuga eodem
Saturnus equus 86
Saturni stella frigida 53
Satyri 23
Scæa porta 206
Schæneis 681
Scipiones 318. 615
Scopas sculptor 679
Scorpius 669. 42
Scrobes quales faciendæ 71
Scylla nauis 254. monstrum 209. auis 56
Scylla Nisi filia 26. Minoa amauit 653. impia 663. 659. in Cirim auem 667. in fabulis 651
Scyllacæum oppidum 214
Scyra pubes 179
Scyronis arces 666
Schyti pastores 96
Schytiæ frigora eodem, & 97
Schytarum uenatio 97.

potus

potus eodem. nimia securitas 397
Sebetide nympha 350
Seditionis descriptio 135
Sebetis ciuitas 220
Senectus 85
Serranus 397
Seres 65
Serenitatis indicia 55. &c.
Serestus 390
Sergestus 254
Sergiorum nomen ibi.
Seryphus insula 667
Serpentis descriptio 607. sitis 100. fugatio 99. ex adytis elapsus 252
Serpillum 106
Sibyllæ folia & uaticinandi mos 210. 287
Sibyllæ cum Aenea ad inferos descensus 294
Sicani 353. 367
Sichæi interitus 143
Sicilia quæ & Trinacria 209
Siciliæ situs eodem
Sicyonia bacca 81
Sidicina æquora 350
Sigæum 172
Silarus fluuius 88
Sileni carmen 24
Siler 61
Similus Hortulanus 669
Simois 259
Simon proditor 162
Simon uinculis liberatur 166
Sirenes 283
Sirenum cantus, interitus 559
Sirius stella 427
Sisyphus 610
Siticus populus 350
Sol tempestatum & bellorum nuncius 58
Solis ortus 548. 602. 662
Solitariæ uitæ commoda 80
Somnus sub diu cur noxius 100
Somnus Lethi consanguineus 295
Somnus ad Palinurum 283
Somni uis 283. portæ 320. sedes 295
Soractes 484
Soractis arces 348

Sparta 98. 183
Spartanæ uirgines 142
Speculum 577
Sperchius 80
Spio 282
Spiritus descriptio 192
Stella uiæ dux 188
Stellæ cadentes 54
Stellio 115
Sthenelus 503. 170
Steropes 371
Stimicon 22
Strophades 201. 666
Styx 124
Sucro 510
Sulmonis interitus 400
Sulphur 640
Surculi ut abscindendi 72
Sus alba 356. 357
Siderum descriptio 49
Sidera quæ nautæ obseruẽt 213
Sylaẽ 518
Syluanus 80
Syluæ descriptio 290
Syluia Tyrrheni filia 340
Syluius 314

T.

TEda 77
Taburnus 62
Tagus 400
Tanager fluuius 88
Tantalus 610
Tapsus insula 219
Tarchon 374
Tarchonis ad suos hortatio & interitus 428
Tarentum Herculeum 68. 218
Tarpeia 368. 479
Tarquinij 316
Taurorum μονομαχίαι 518
Taurorum pestis 330
Tauri quando uicti doleant 91. quando à uaccis arcendi eodem
Tauri ignem spirantes 66
Taxus 65. 70. 78
Taygete 80. 114
Taygeti canes 84
Telon 350
Tempe 79
Tempestatis subitæ descriptio 132. 200. 227. 249. 277

Tempestatis prognostica 53
Tempestas à Neptuno seda tur 135
Tenedos 161
Tereus 27. 480. 646
Terra infimum elementũ 628
Terræ qualitas quomodo exploranda 70. densa 71
Terra optima frumentis 69 pinguis, grauis, humida, nigra 70
Terrarũ uarietas 70 etc. 634
Terra omnis peruia 628
Terra Borea flante nõ aranda
Terræ motus 50. 629 (73
Terpsichore 566
Tersilochus 504
Teucrus Teucrorũ autor 197
Teucri Latinorum nomina accipiunt 523
Thalia 24. 119. 282. 566
Thamiris 503
Thaumantias 384
Theano 444
Thebis qui occubuerunt 303
Thelebous 350
Theletusa puellæ 68.
Themilla 406
Thermodoon 479
Therone 429
Thersilochus 303
Theseus 309
Theseus & Perithous Proserpinam rapere conati sunt 309
Theseus uelum album extendere obliuiscitur 646
Thestylis 18
Thetis 282
Thoas 170
Thraces quondam sub Lycurgo 193
Thule 4
Thus Sabæum 56
Thymbra 106
Thymbræus 508
Thymbri & Laridis similitudo 438
Thyrrenorum cum Troianis bellum 340. 343
Thymus 116
Thyrses 27

Tigris 9. 92
Tilia 113
Timauus 101. 139
Timoris natura 194
Timœtes 161. 504
Tiphys 19
Tisandrus 170
Tyrij 129
Tisiphone 104. 306. 307
Tithon 84
Tithanus 58
Tityon 609. 308
Tityus 559
Tmarus 411
Tmolus mons 64
Tolumnius augur fœdifragus 500
Tolumnius occisus 508
Tonitrua 53
Tophus 69
Torquatus 317
Troiæ autor Apollo 84
Tria cum nomine occidit 523
Troiæ excidium 173
Troianorum excidium pridum Carthagine 148
Troianis cur Iuno inuisa 130
Troianorum origo 199. 549
Troianorum uirtus, solertia in armorum mutatione 175
Troianorum cædes à suis 178
Troianorum reliquiæ ad Aeneæ collectæ 192
Troianorum fames 325
Troianorum lætitia fatali terra cognita 326
Troianorum mas iuuenes excitandi 327
Troianorum cædes 401
Troianorum calamitates 533
Troianorum dona Latino data 338
Troianorum mulieres incendunt naues 276
Tribulos ouibus obesse 98
Trinacria 219
Triones 213
Triptolemus primus serere docuit 606
Triumphi Cæsaris præcipui 382
Tritones 282

Triton 135
Troius 142
Tulla 479
Tullus Hostilius 317
Turris ruina in Græcos 178
Turnus insanus Rutulos ad arma hortatur 340
Turnus qualis in bellum procederet 252
Turnus leoni cõparatur 490
Turnus falsam Aeneæ sequitur imagnem 442
Turnus Pallanti congressus 434
Turnus ad Faunum 521
Turni ducum & sociorum catalogus 347 &c.
Turni generositas 492
Turni intra ciuitatem Troianorum rabies 413
Turni magnanimitas 470
Turni conquestio ad Iouem de turpi fuga 443
Turni rabies in mortem ultro ruentis 516
Turni cũ Ae. μονομαχία 518
Turnus ad Iuturnam 515
Turnus occisus 527
Turnus Rutulis redditur 53
Turni funus 534
Tyberinus Aeneæ in somnis apparet 35
Tybris 367
Tybris constitit 356 &c.
Tybur 346. 348
Tybur sub Hercul. tutela 698
Tydeus 303
Typhoëus 51. 366
Tyrannidis exemplum 14
Tyrrhenum æquor 13
Tyrrhenus 480
Tyrij bilingues 15
Tytides 166

V.

Valerus Varus Pœta 440
Vari laudes 36
Vcalegon 24
Velinus 17
Venatio 97. 9
Venationis apparatus 34
Venulus legatus 35

Venuli responsum à Diomede 462
Venuli interitus 482
Venatrix Aeneæ Venus obuia fit 142
Venus ad Cupidinem 155 ad Iouem 417. cum Ioue expostulat 138. ad Neptunum 280. à Vulcano Aeneæ arma impetrat 369. offert Aeneæ arma Vulc. 378. Troianis omnis mali causa 420 à Diomede uulnerata 464. Aeneæ uulnus sanat 506. Aeneæ immortalitatem promittit 551
Venere nimia abstinendum 558
Veneri sacra loca 419
Venti pronostica 57
Ventorum natura, patria, Acolus rex 131
Ventorum pugna 322
Ventos sub terra esse 629
Venti uis 635
Ver 581
Veris commoda 53. 74
Vergiliæ 49
Virgilij obitus 554. opera, eorumq; summa 590 &c. iussa 554
Vesenus 69
Vesper 96. 212
Vesta 50. 172
Vesulus 444
Veterum supplicãdi ritus 216
Vfens 508. 354
Via uirtutis & uitiorum 586
Vitia 43
Vini usus 558
Vini incommoda 558
Vinum Schytarum 97
Vir bonus 597
Virbius 352
Vita beata, rustica, urbana, solitaria, tumultuaria 80. & inde
Vitium genera 64
Vitium satio 73
Vitium plantatio 68. 59
Vitium fossio 76
Vitium putatio eodem

Vitulorum, usus, cura, tractatio 89
Vlmus 63.64.78. 111
Vlysses 613. 160. 162
Vlyssis sociorum aures cera obturat contra Sirenum cantus 560
Vlyssis & Cyclopis fabula 217
Vngendi corpora mos 293
Volisentis interitus 401
Volscorum contrà Aenei. auxilium 398
Voluptatis descriptio 675
Volusus 471
Vrania 566
Vrbis incomnoda 80
Vrus 75
Vrsi deformes 91
Vulcania Insula 640
Vulcani fabrica 730
Vulgi diuersa opinio 611
Vulturnus 350

X.

Xanthus 206
Xanto 119
Xeniæ 398

Y.

Pythagoræ litera 586

Z.

Acynthus insula 203
Zonæ. 49

FINIS.

FRANCOFORTI, Apud Chri. Egen.
Anno M. D. XLIII. Mense Martio.

PIETAS AD OMNIA

VTILIS EST 1. Timoth. 4.

COR HVMILIATVM. Psal. 50.

SACRIFICIVM DEO

S	A	T	O	R
A	R	E	P	O
T	E	N	E	T
O	P	E	R	A
R	O	T	A	S

